





Smithsonian
Institution
Libraries

Gift of

DR. FREDERICK M. BAYER



HISTORIA NATVRA-
lis de Insectis. Libri. III.
de Serpentibus et Draconibus, Librill
Cum aeneis Figuris

IOHANNES IONSTO-
nus Med. Doctor
Concinnavit
FRANCOFURTI
ad Moenum
Impensis
Heredum Merianorū
MDCCLIII.



ILLUSTRISSIMIS ET CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS ET DOMINIS,

DOMINO

GEORGIO,

DOMINO

LUDOVICO,

DOMINO

CHRISTIANO,

D. G. DUCIBUS SILESIAE,
Lignicensibus, Bregensibus, Gold-
bergenibus, &c. &c. &c.

FRA-
TRI-
BUS:

DOMINIS ET PRINCIPIBUS SVIS

Gratiosissimis:

Hanc HISTORIAE NATURALIS de INSECTIS
partem, fidelissimi obsequii monumentum,
offert, utque sibi & suis subditis clementissime
favere dignentur, demisse orat, Illustriss.
Celsitud.

Fidelissimus Client

JOAN. JONSTONUS
Med. D.

A 2

PRÆ-

*Trapijca: Gaeer Haermanna: Gashrooy
& Pharmacopoeu Junij J. D. Bibliotheca
D. & Cap. dicentia 7. 2. 1734*



P R Æ F A T I O

ad Libros

D E I N S E C T I S.

Nomen.



INSECTORVM nomine animalia illa exanguia intelligimus, quæ incisuras parte sui vel supina vel etiam prona vel etiam utraq; habent, & corpore intus forisq; duro constant. Aristoteles ^{Plin.H.N. l.11.c.7.} ἐντομα vocat, ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum, atq; alvi procinctu separant membra tenui fistula cohærentia. Albertus *annulosa* dixit, quod corpora quibusdã quasi annulis distincta gerant. Imperfecta ad sanguinea si cõparaveris dici possunt: nec enim tanto partium apparatu

Partes.

stipantur: si in se considerentur, quia nulla re ad naturã suam pertinente destituuntur, perfectissima jure dixeris. *Partes* si attendamus, Antennas quædam in *capite* gerunt, quæ in Lucano cornua potius vel forcipes propter duri-

Plin. H.N. 21.6.27.37.

tiem vocantur: nullas alia habent. *Oculi* in omnibus patent, illiq; duri, ut quasi per membranam vitri modotrans lucidam cernant; mobiles iidem, ut, cū ob duritiem hebetius videãt, clarius, splendore recepto videant. Nec *genæ* ipsi, nec *palpebræ*, *Lingua* quibusdam mollis & infirma, durã & valida omnibus, quibus non in alvo aculeus est. *Dentibus* carent, quæ cibo utuntur humido; de quibus ut & aliis cibo accommodatis ita Aristoteles: *Partes quæ cibum administrant, non pariratione datæ omnibus, sed plurimum differunt. Quibusdam in ore est, quod aculeus appellatur, quasi compositum, ac una lingua & labiorum obtinens potestatem. Quibus autem aculeus non parte priore habetur, iis intra dentes tale sensorium continetur.* Ventrem, nonnulla habere advertit idem, à quo reliquum intestinum vel simplex vel replicatum proficiscitur. Viscus nullum est, nullum etiam pingue: nec ossa, nec spina: natusam inter carnem & nervum mediam obtinent. Cute omnia circumdantur, sed admodum tenui. Brevissimè hæc Plinius. *Insecta aut intelligi potest, non videntur nervos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pingua, nec carnes, nec crustam quidem fragilem, ut quædam marina, & quæ jure dicatur cutis: sed mediæ cujusdam inter omnia hæc natura, corpus amenti simile, nervo mollius, in quibusdam partibus siccius verius quàm durius. Pennas quædam habere, quædam non, in textu dicemus, de varietate in differentiis.* Ελυτρον dicitur crusta quæ pennis supervenit, easq; vaginæ instar condit. *Caudam* solus scorpio, si Aristotelem sequimur, habet. *Senectam* exuere fuerum illis quorum pennæ vagina continentur. *Pedes* quibus sunt in obliquum moventur: quorundam extremi longiores foris curvantur. Quæ verò saliant, vel crura posteriora habent longiora, vel gubernaculis quibusdam saltui accommodatis fulciuntur, retrò curvatis. Causam apud Aristote-

Aristot. de part. lib. 4. c. 5.

lem invenies. *Pedes*, inquit, *priores longiores nonnulla ex illis habent, ut quoniã propter oculorum duritiem non exquisitè cernunt, cruribus illis longioribus incidentem molestiam abstergant & arceant.* De numero sciendum, plures habere quæ pro corporis

Aristot. de gener. l. 4.

Arif. H. A. l. 4. c. 7.

Plin. H.N. l. 11. c. 4.

Arif. H. A. l. 8. c. 7.

Aristot. de part. lib. 4. c. 6.

Plin. H. N. l. 11. c. 48.

poris


Apes : Bienen . Immen .



Fuci Bombylii . Hummeln .



Vespa . Wespen et Crabrones . Hornausen .



Cicadae . Krichart .



poris sui longitudine plurimum frigent; pauciores, quæ volucres. Pennarum adjuventō pedum inopia compenſatur. Partim ſpontè partim per coitum generantur. Culices & vermiculos nec coire, nec ex animalibus naſci, Ariſtoteles habet. Ut mas in coitu ſcœminæ inferat, viſum paucis, nec ad eò exploratum habetur: mirumque genitale oblongum ſcœminis, quo genitalem auram à maſculo hauriant. De illis quæ vermẽ generant ita Ariſtoteles. *Generant & vermem inſecta, quæ vim obtinent generandi, & quæ non per coitum, ſed ſponte natura oriuntur, ex tali Origine conſiſtunt. Nam & Erucas genus eſſe vermis cenſendũ eſt, & fœtum araneorum, quanquam propter figuræ orbiculatam ſpeciem, ſimilia ovo, tum eorum nonnulla & alia complura primordia eſſe videantur. Verum non figura, nec mollitiæ aut duritiæ ovũ deſignandum eſt. Sunt enim conceptus nonnullorum duri, quamvis ovo diverſi, ſed quod totum mutetur, nec ex parte animal gignatur, id vermis eſt. Omne autem hoc vermiculi genus, ubi ſuæ magnitudinis finem receperit, quaſi ovum efficitur. Indureſcit enim putamen eorum, & tantisper immota redduntur. Quod in vermiculis apum & veſparum atque etiam in erucis apertum eſt. Cujus rei cauſa eſt, quod Natura pro ſui imperfectione quaſi maturans antequam tepeſtivum ſit ovum pariat, tanquam hic vermis ad incrementum ovi mollis adhuc pergat. Hoc eodem modo in cæteris evenit omnibus quæ non coitu generantur, vel in lanis, vel aliis huiusmodi, atque etiam in aquis. Omnia enim poſt vermis naturam motu ceſſant, & putamine obareſcunt. Mox rupto putamine exit veluti ex ovo animal, tertia perfectum generatione, idque pennatum quod iure multi mirentur. Eruca enim quamprimum capiant cibum, mox non capiunt, ſed motu ceſſant, quæ per id tempus Aureliæ à nonnullis vocantur. Veſparum etiam vermiculis, & Apum, idem accidit. Poſt deinde, quæ Nymphæ appellantur, proveniunt, quæ nihil huiusmodi habeant. Ovorum enim natura, adepta ſuum finem, non inſuper accreſcit, ſed antè augetur & alitur, donec diſtinguatur, & fiat ovum perfectum: Vermium autem alii hoc intra ſe habent, unde excrementum ipsis nutriendis accedat, ut vermes apum & veſparum: alii de foris capiunt, ut Eruca & cæterorum nonnulli vermium.* Diu coitus durat, tardo digreſſu ſe junguntur: brevique maxima ſui parte pariunt. Emittant ne ſemen incertum eſt. Quot diebus generatio abſolvatur, apud Ariſtotelem habemus. Maximæ partis ternis ſeptenariis aut quaternis ut in oviparis deſcribitur. Septem ab initu concretionem & conſummationem ovi ſibi vendicant: reliquis tribus ſeptenis incubant & excludunt, eã ſcilicet quæ ſuo procreant fœtu, qualis eſt araneus. Quoad motum nota, repere, ambulare, volare, &c. Omnia pluribus motuum quam ſanguinea generibus moveri, utpote quæ in fruſta diviſa, mutilatis corporib. ſatis diu vivere poſſunt.

Spiratio. Spirant nec ne non convenit inter authores. Negat Ariſtoteles, & perfrigerari duntaxat voluit. At Plinius, Non video cur non magis poſſint non trahere animam talia & vivere quàm ſpirare ſine viſceribus: quod etiam in marinis, (addit) docuimus, quamvis arcente ſpiritu denſitate & altitudine humoris. Pulmone carere, nec refrigerio cum ſint frigida indigere, certum. Quorſum itaque reſpiratio? Murmur quod Apes & Muſcæ edunt, interioris ſpiritus agitato accidit. Quæ canere videntur, membrana ſepto tranſverſo ſubdita, ad quam ſpiritus inclufus atteritur, obſtrepunt. Exanimantur ſub aquis multa, in cineribus reviviſcunt, non quod inſpirare non poterant, ſed quod interior ille ſpiritus ab humore ſuffocatus fuerit, quo per calorem diſcuſſo, ſibi reſtituitur. Odoratus quisquis in illis, nativo ſpiritu ipſor. corporis perficitur. Nec enim ſenſorio carere, ſi ſenſus ad eſt, dicendum eſt. Vocem edere quis dixerit? ſonum ex interioris pelliculæ attritu. Locuſtæ ſuis ſe atterentes gubernaculis ſonant. Diverſus tamen iſ. Murmur edunt apes: cum attritu ſtridorem Cicadæ. Et quia hoc genus intus ſonum habere viſitur, hinc Enceladum inſecti genus appellari Grammatici adſtruunt. Univerſim Bombycia à bombo diceret. Tenaciorem præ ſanguineis ſortita vitam non eſt quod dubites, ea in primis quibus longum corpus eſt, & pedes multi, ut in Centipeda videre eſt. Singulare illud quod in agro Liguriæ Auguſtinus obſervavit. Secti per medium vermis partes à vulnere tanta celeritate in contraria diſceſſere, ac ſi duo diverſa animalia fuiſſent. Cauſam ad multiplicem principii eorum partem

Generatio
Ariſt. de
gener. lib.
1. c. 16.

Motus.

Ariſt. l. de
ſem. & vig.

Odoratus.

Ariſt. H. A.
l. 4. c. 7.

Ariſt. H.
A. l. 5. c. 20.

Spiratio.
Plin. H. N.
l. 11. c. 3.

Auguſt. l. de
quant. ani.
c. 31.

tem referre videtur Aristoteles. Subitò intereunt, & vel solius olei aspersu enè- Aristot. de
cantur, quod viscositate huius angustissimis per naturam meatibus occlusis; part. lib.
spiritus interceptatur. 4. c. 5.

Differentiæ sunt innumeræ: præcipuæ à loco in quo nascuntur & degunt; Arist. H. A.
quantitate, qualitate, partibus, victu, generatione, coitu & gressu, sumuntur. Locis va- l. s. c. 10.
riis gaudent. In igne oberrât pyrausta ut Plinius vocat: in nive vermes hirti & rû-
bidi: in aquis marinis scolopendra, pulex & alia: in dulcibus hiruines, scarabæo-
rum quoddam genus corpore lato, compressoque, quod & in fundo reptat. In
terra oriuntur vermes, lumbrici, iuli, &c. Sæpè etiam intra fossilia inveniãs. Plani-
ta in primis diversi generis insecta ferunt. In arborum caudicibus reperies Cos-
fos & Tereidines; in ficu Cerasten; in olea plantata ubi effossa quercus, Ranam
vel Raucam vermem; in sorbo, vermiculos ruffos, pilosos; in vitibus Butyros, ut
Tullius vocat; & Ipses, qui verno tempore, Austro spirante orti, oculos vitium
erodunt; & Involvulum, qui in pampini foliis intortis se implicat: nihil de Vo-
lucella dicam, quæ in vino nascitur. Cupressum & esculum infestant Galbæ, à
quib. Sulpitior. genti cognomen: Evonymum quoddam erucar. genus, quod
frondibus absumentis emoritur: vesiculam ulmi pferit: coccum, bestiola Conopi
similis, quæ fructu maturescence erumpit: gramen, Crotones: dipsaci fructum,
vermis, qui portatus quartanam solvere dicitur: solani folia vermis viridi & cro-
ceo colore distinctus, cornu in fronte gerens, digiti longitudine: porrum Pra-
sifocurides: brassicam Crambides: Alphodelum vermes in volucres bestiolas
flosculorum specie degenerantes: malvam cimices agrestes: rutam perniciosi
vermiculi. In frugibus quoque peculiarìa oriuntur insecta. In tritico namque
occurrunt Curculiones: in farre vermiculus teredini similis, quo cavo dentium
cera incluso, vitiati cadere dicuntur: in faba, Mida: in lente & aliis alii. Nec
exfortia insectorum animalia. Lendes & pecudiculi caput humanum infestant:
in manibus sub cute pedicellus vulgò dictus oritur. Dracunculi Ægypti & Indiæ
incolas, in cruribus & brachiis musculis infestant. In ovibus sunt Ricini: in bubus
& canibus Cynomia: sub lingua littæ. Mullum piscem affligit scolichia: Cypri-
num, primo nativitatibus anno vermiculus quidam niger circa branchias. In per-
cis fluviatilibus duodecem ceu uniones ervi magnitudine generantur, carnosus,
candidi, quibus singulis vermis gracilis, oblongus, & teres inest. Gobius piscis ver-
mibus, quos in vêtre gestat vitiatur. Leuciscus lumbricis candidis, latis, qui se inte-
stinis & visceribus circumvolvunt. Nonnullis aliis minuta quædam animalcula quæ
partum expellunt innascuntur. Carnes sale inveteratæ blattas gignunt. Taceo
ipsa insecta, ex quibus generantur alia. In Apum sanè alveis Clerus, qui aliis Py-
ranyas, invenitur. Obnoxia denique huic malo & artificialia. Tereidines in pri-
mis vestibibus nasci Plinius affirmat. Tineæ in lanificio producantur: in libris
blattæ: ubi & bestiolam scorpioni similem, chelas brachiave forcipibus bisulcis
dentata habentem, inveniẽs. Inter Qualitates maximè Color occurrit. Alia enim
simplici duntaxat tinguntur: alia vario, ut in papilionum & Erucarum in primis
generibus. Quantitatem & figuram si attendas, sunt parva, magna, rotunda,
ovata, angulosa, hirta, glabra, &c. A Partibus plurimæ sumuntur, alis in primis, pe-
dibus, lingua, dentibus, & aculeis. Alata sunt quædam, ἀπτερα nonnulla: aliqua muta-
ta forma alata fiunt, ut Erucarum genus, quod postea in alatos Papiliones tran-
sit. Ex illis sunt alia Celeoptera, quæ alas velut in vagina recondunt, vaginipen-
nia Plinius dixit, ut Scarabæi, Cantharides, &c. alia semper conspicuas & aper-
tas gerunt ut Muscæ, Apes. Ἐλυτρον Philosopho crusta illa dicitur, quæ pennis
supervenit. Sunt & alia bipennia, alia quadripennia. De quibus ita eleganter
Plin. H. N. Plinius. Insectorum quædam binas gerunt pennas, ut Muscæ: quædam quaternas, ut Apes.
l. 11. c. 28. Membranis & Cicadæ volant, quaternas habent, quæ aculeis in alvo armantur. Nullum
cui telum in ore pluribus quam binis advolat pennis. Illis enim ultionis causa datum est, his
aviditatis. Nullis eorum penna reviviscunt avulsa. Nullum cui aculeus in alvo bipennæ est.
Quibusdam pennarum tutela crusta supervenit, ut Scarabæis, quorum tenuior fragiliorque
penna.

penna His negatus *aculeus* etiam. Invenias inter ea & *ολοπτερον* totipennia seu totala, quæ alas habent non scissas ut Apes & Vespe. Papiliones farinaceas habent. *Pedum* ratione Apodes sunt Lumbrici; Multipedes Centipedæ & Millepedæ. Haud pauciores sex plurima habent. *Lingua* aliis mollis infirmâq; : aliis dura & valida, ut Tabanis, Asylis, &c. Omnibusq; data quib. aculeus in alvo non est. *Dentes* haud pauca habent: Non habent illa quæ humido cibo vescuntur. *Aculeus* quibusdam in ore est, linguæ ac labiorum potestatem obtinens: quibusdam in alvo est. Nos Omnia in *Terrestria* & *Aquatica* distinximus, utraque in *Pedata* & *Apoda*, prout in Historia viderè est. Et hæc sunt quæ de Insectis in genere dicere volui. *Vsum* sub singulis speciebus prosequemur. Historiam Animalium, plantarum excipiet historia, cum figuris æneis, cujus gustum ante quinquennium dederam. Tu *Benevole Lector*, fave, & felicem successum, cum prospera valetudine nobis apprecare, ut & hoc opusculum, bono literariæ juventutis conceptum, absolvere possimus. Dabam Lesznæ ex Musæo 10. Junii An:

M DC LII.



HISTO-



HISTORIÆ NATURALIS

De

INSECTIS.

LIBER I.

DE INSECTIS TERRESTRIBUS,

pedatis & alatis.

TITULUS I.

De *Anelytris*, seu *Detecti-*
pennibus.

CAPUT I.

De *Anelytris* *quadripennibus*.

ARTICULUS I.

De *Anelytris* *quadripenni-*
bus membranaceis.

PUNCTUM I.

De *Apibus*.

DICESSIMUS in præ-
fatione Insecta : jam
secundum præmis-
sam seriem de iisdem
digemus, de *Anelytris*
quadripennibus mem-
branaceis primò dictu-
ri ; quorum alia quidem *favificant*, ut
Apis, *Fucus*, *Fur*, *Vespa* & *Crabro* : alia non
favificant, ut *Cicada*, *Orsodacna*, *Perla*, &
Cimex sylvestris.

Ordo.
Plin. H. N.
lib. 10.

Ab *APIBUS* incipimus, quibus in-
ter omnia insecta principatus, & jure
præcipua admiratio, solis ex eo genere
hominum causa genitis. Mella contra-
hunt, succumque dulcissimum ac salu-
berrimum. Favos fingunt & ceras. Illæ
ad usus vitæ tolerant, opera conficiunt,
republicam habent, consilia priva-
tim, & duces gregatim : at quod maxi-

mè mirum est, mores habent. Præterea
cum sint neque mansueti generis, neque
feri : tamen tanta est natura rerum, ut
propè ex umbra minimi animalis incõ-
parabile effecerit quiddam. Quos effi-
caciæ industriæque tantæ comparemus
nervos? quas vires? quos rationi medi-
us fidius viros? hoc certè præstantio-
ribus, quo nihil novere, nisi commune.
Virgilius eis partem divinæ mentis & Virg. Georg.
l. 4.
haustus tribuit. Scripsere de illis præ-
ter Aristomachum Solensem, qui duo-
desexaginta annis nihil aliud egit ; & Plin. H. N.
l. 11. c. 9.
Philescum Thasium, qui quodin deser-
tis apes coleret Agrius cognominatus
est; Hyginus, & quidem diligentissimè ;
Virgilius ornatissimè, & Cels. eleganti-
ssimè : ut de *Meno* inter Samnites na-
to taceam. Aristodemum cujus Augu-
stinus meminit, eundem cum Aristom-
macho Plinii esse puto.

Latinis *Apis* & *Apes*, hæc insecta di-
cuntur, seu quòd sine pedibus nasci vi-
deantur : seu quòd examina pedibus Nomen,
mutuò sibi herent, ac firmiter sese qua-
si in botro teneant, Græcis est *μέλισσα* &
μέλιττα vel à *μέλι*, id est, melle, cujus opi-
fex est ; vel à *Melissa* puella, quæ cum
favos melle plenos in Peloponeso reper-
risset, alias Nymphas ad degustandum
invitavit : vel à *μελέτη*, id est, meditatio-
ne & exercitio, quòd semper sit in ope-
re. Hesiodo *μέλις, ὡραμέια, & ἀνθήνη* legi-
tur; sed hanc Suidas, Aristoteles & alii,
crabronem potius faciunt. Apud Ru-
landum, *ἀπὲς, σχάδων*, dicitur : apud He-
lychium Ruland. in
Synonym.

sychium φώμα. Stephanus σμελιδας quoque vocari scripsit. Vnde σμελιόδω, apes alvearibus condo. Epitheta occurrunt plurima. Dicuntur enim à fingendo πλασείς; à florum depopulatione αθηδωνες; à colore ξανθαί; à natali solo βεγενεῖς; ab obtusioribus aculeis σμαί; ab alarum in aëre vibrantium sono βομβύλαι, & βομβύλοι; à loco communi αεείδωνες; ab aliis ήγέμονες, ήργόφοροι, & πασιδες: quod cum sole & surgant & quiescant, *Solis equa*. Theocritus λαγίας dixit, à corporis hirsutie; Aufon. & alii *Cecropias*, quòd in Attica regione primùm conspectæ credantur: Virgilius, & Martialis ab Hybla monte Siciliae *Hybleas*. Callimachus, quòd omnia florum fastigia pervolitent πανακείδες; Varro, quòd mel conficiant, *mellis matres*.

Descriptio Vnicolores magis esse quàm crabrones aut vespas Aristoteles prodidit: generaliter nigras, Cardanus opinatur. Tenuem earum substantiam, quia leves, facillè excoqui; excoctum & humidum velut nigrum evadere. *Pennas* habent quatuor, siccas, ut cuncta volatilia infecta, pellucidas, scapulis annexas, quarum postremæ minores ne remigio obessent; *linguam* prælongam quam foris gerunt: *aculeum* ventri confertum: *dentes*, & *oculos* subcorneos intus conditos; stomachum ex omnium membranarum tenuissima contextum, quo collectam mellaginem, non solum continent, sed etiam concoquunt & depurant. Plinius *Vtriculum* dixit. Imis *pectunculis* duo quasi digiti emergunt, quibus procellosis temporibus lapillum ad vibrandum corpusculum ferunt, ne per ventorū impetus abripiantur. Excrementum rubrum est: *ήμια* Græci vocant. De Ducis seu Regis aculeo non convenit. *Quærat nunc aliquis*, inquit quasi indignabundus Plinius, *unus ne Hercules fuerit, & quod Liberi patris sepulchrum, & reliqua vetustatis situ obruta? Ecce in re parva, villis que nostris annexa, cuius assidua copia est, non constat inter authores: rex nullum ne solus habeat aculeum, maiestate tantum armatus: an dederit quidem eum natura, sed usum ejus illi tantum negaverit?*

Aristoteles habere, sed non uti scripsit: Aelianus dubitavit. At Columella, qui pleraq; ab experientia scripsit, sine spi-

culo esse prodidit, *nisi quis fortè*, inquit, *Colli. R. R. pleniorē quasi capillum, quem in ventre gerunt, aculeum putet.* Ut ut sit, ad unum iectum, hoc infixio, quidam eas quæ untur, statim emori putant. Aliqui Plin. H. N. non nisi in tantum adacto, ut intestini l. 1. c. 17. quippiam sequatur: sed fucos postea Arist. H. A. esse, nec mella facere velut castratis v. l. 3. c. 12. ribus, pariterque & nocere & prodesse desinere. Nullas in novæ Hispaniæ in Locus. sulis reperiri scribunt quidam: nullas in Scotia Solinus, in Hibernia alii, sed falsò. De hac Polydori Virgiliti testi- Polyd. Virg. monium habemus. In illa vidimus ipsi, l. 13. Hist. & in horto hospitis nostri Andreapoli, Anglica. summa cum jucunditate tractavimus interdum. In Africa paucas invenias, propter nimitū sine dubio solis æstum, Leo Nolan: qui & flores depascit, & fontes absumit. In Mycono non gigni, importatas Ael. H. A. mori, Aelianus author est. Frequentiores sunt in Italia circa Padum, in agro l. 5. c. 42. Nolano, in *Arcadia, Thracia, Corsica, Sicilia, Attica, Lucatana & Goa*. Hostilia vicus Plin. H. N. alluitur Pado. Hujus inquilini pabulo l. 21. c. 12. circa deficiente, imponunt navibus alveos, noctibusq; quina millia passuum, contrario amne naves subvehunt. Egressæ luce Apes, pastæque, ad naves quotidie remeant, mutantem locum; donec pondere ipso pressis navibus, pleni alvei intelligantur, revertisque eximantur mella. In Nolano frequentes esse, loci ipsius temperies & benignitas ostendit. Maxima ibi vis Bacchi. Oleæ nusquam generosior liquor: pomorum ut omnia genera, ita nullis secunda: æstate aura perpetua, hyeme apricitas maxima. In *Arcadia* Aristæus Arcas primus mellis usum ostendit; in *Peloponeso* Melissa virgo. Corsicæ incolas longævos ideò Athenæus tradit, quòd melle assidue vescantur. Ovidius ob taxicopiam venenatum facit. In *Sicilia*, Hyblen montem in primis incolunt, thymi & salicum opulentissimum. Abundantia, comparisonem Ovid. expressit. In *Attica* in Hymetto monte qui Ovi. Trist. l. 5. Eleg. 7. & Cecropius, ob pascua quæ solis Halizoniis cedunt, favificant. Hinc Hymettia & Hyblæa mella. At maximus in Septentrione earum proventus. In Podolia & Lithuania, siccarum terrarum foveas melle repleti, scribit Olaus, in quas l. 22. c. 19. imma-

immanes urfi prolapsi, suffocati sint. In Moscovia pinus vacuas, eodem abundare, apud scriptores habemus, Historiam in Historia Urfi habebis. Pascuorum fortè ubertas copiam facit, odoris suavitas, florum abundantia, saporque jucundus. Hoc quoque experimento compertum est, in locis montanis mari vicinis, propter solitos maris halitus, & flosculorum copiam, ad eò propagari, ut vaga illarum examina, corticibus infidentia, obiectis alvearibus, facile capiantur, modò ipsa alvearia sale muria ve illita fuerint. Tantus illis propagandi appetitus inest, quem vi salis multò uberius expleri præsentunt. De sedibus eligendis *Columellam* consule.

Colu. R. R.
l. 9. c. 5.
Generatio

Creatas in principio cum Danæo & Dubravio dicerem: ex alterius corporis corruptione oriri, nullum dubium. Ex tauro, bove, vacca, vituloque putrefactis produci certum: modò Geoponicor. author ostendit. Hinc in descriptione Philonii, mel *νάρκτα θυγατέων τρώων liquor filiarum taurorum*, dicitur. Ex cerebro Reges & Duces, ex carnibus vulgus gigni scribunt. Nascuntur & ex spinali medulla illi; sed quos cerebrum dedit, pulchritudine, magnitudine, robore, & prudentia antecellunt. Primæ transformationis indicium, si parva & alba specie immobilia, & imperfecta cadaveri circumfunduntur. Augefcunt mox paulatim, alisque sensim ex crescentibus, proprium colorem consecutæ, Regem circumvallant; brevibusque & tremulis, propter membranorum debilitatem & volandi infuetudinem, utuntur. Fœtus quonam modo progenerent, magna inter eruditos & subtilis quæstio fuit. Apum coitus visus est nunquam. Alii eas coire & parere negant. Alii semen in floribus foliisque relictum, asportare ad alveos, ibique blanda incubatione perfici. Plinius ex flore Cerinthi colligi opinatur, Aristoteles ex calandro, Athenæus ex arundinis, quidam ex oleæ, immitti que osculis in favos. Prodire ideo, feracib. horum florum annis plura examina: rarioribus rariores & ipsas videri. Nonnullis ex melle, seu potiore ipsius parte proveniunt. Taxites coire existimat, & apes mares, Reges fœminas fa-

Plin. H. A.
l. 11. c. 16.

Arist. H. A.
l. 5. c. 21.

Cardan. de
subtil. l. 9.
Mousf. The.
atris Insect.
l. 1. c. 31.

cit: hos tempore constituto, vermiculos per examina, ut muscæ, excludere, fucos verò more serpentum incubare, & incubando ad tempus vermiculos fovere. Hinc vermes *quædam* dictos melle purissimo vesci, donec in nymphas abeant: aureliarum tunc instar involutos, in cellis manere, nec vesci, nec excrementa reddere. Tandem certo die, ruptis corticibus fieri apes, & ad suum quamq; munus vix dum alis perfectis sese accingere. Aristoteles, nec ex allato semine, nec per coitum gigni opinatur: nec apes esse fœminas, nec fucos mares. Duces & seipsos generare, & aliud genus quod Apum est: ab apibus prodire fucos, hos nihil producere. Hinc & proportio quædam servatur, & discrimen. Duces magnitudine fucos, aculeo apes æmulantur, & vice versa. Nec mirum à paucis Ducibus tam numerosas prodire. Nam & Leones cum primum quinque genuerint, mox pauciores generare, postremò unum, tandem nullum. Multitudinem primò apum à Ducibus gigni, mox sese paucos: illarum fœtum minorem, auctiorem suum, &c. Plinius ita de ea. *Plin. H. N. l. 11. c. 16.*
Plurimi existimare oportere confici floribus compositis atque utiliter (lege ex Aristotele confici ex apportatis floribus cerinthi, salicis alii, alii oleæ.) *Aliqui coitu unius Rex in quoque appellatur examine. Hunc esse solum marem præcipua magnitudine, ne fatiscat. Ideò fœtum sine eo non edit: apesque reliquas tanquam marem fœnas comitari, non tanquam Ducem: quam probabilem aliàs sententiam fucorum proventus coarguit. Quæ enim ratio, ut idem coitus, alios perfectos, imperfectos generet alios? Dum fœtificant, σμυρρογέται dicuntur: fœtus νεοτίθη, νεόστια, & Nympha vocatur. De incubatione, ita ex Aristotele Plinius. *Quod certum est, gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primò vermiculus videtur candidus, jacens transversus: adherensque ita ut pascere videatur. (lege, deinde ita pascitur, ut adhærescere videatur) Rex statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cetera turba, cum formam capere capit, nympha vocantur, ut fuci, srenes, aut cephenes. Si quis alterutris capite demat, priusquam pennas habeant,**

Aristot. de
gen. anim.
l. 3. c. 10.

Plin. H. N.
l. 11. c. 16.

Arist. H. A.
l. 5. c. 21.

beant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente instillant cibos, atque incubant, maximè murmurantes, caloribus, ut putant, faciendi gr. necessarii excludendis pullis, donec ruptis membranibus quæ singulos cingunt, ovorum modo, universum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ consularis cuiusdam suburbano, alveis cornu laternæ translucido factis. Fœtus intra XLV. diem peragitur. Fit in favis quibusdam, qui vocatur clerus, vel potius κληρος (vermiculus est in alvearis pavimento nascens) amara duritia cera, cum fœtum inde non eduxere, morbo, aut ignavia, aut infœcunditate naturali. Hic est abortus apum. Alveus totus arena obducitur,

Arist. H. A. l. 6. c. 40.

& favus putrescit. Addit Aristoteles, Duces subter ad favum pendentes oriri, separatim sex aut septem: fucos quoque seorsim si Dux superest; si obii, in Apum loculamentis provenire: cæteras in concavis imisq; favorum. Apum vermes dum recentes sunt, & aluntur, & stercus emittunt; donec lineamenta, sub quibus Nymphæ dicuntur receperint. Quiescunt tum contracti, nec ullo pacto se patiuntur moveri, usque dum destinatam speciem referant. Minus fœtificant, vere ferotino, aut si squalor vel rubigo inciderit. *quædam* aves optimæ fiunt, cum mellificatur. Scaliger genitale quiddam in cellis ponere existimat, è quo Apiculæ progignantur. Creari è roribus in foliis vermiculos; pluereranis: quanto commodius lectum rorem illum, atq; calore parentis genitali fœtum, tanquam ab architecto, in schadonem animari posse. Deprehensam à se cicindulam cum mare in coitu, meridie solutum obivisse. Edita sub vesperam à fœmella ova, quæ intra viginti horas vivificata abiere. Visam & è grandioribus. Muscis unam, quæ in vola manu aliquandiu retenta, plusculos vermiculos candidos, mobilitate propria insignes edidit. Cur non Apes pauculis horis coire possent: deinde illico parere? Vossius deniq; ex Belgicorum apiariorum sententia ita de propagatione Apum scribit. *Rex apum singulis in cellis semen emittit. Idest, folliculus albicans, unde prodit vermiculus ejusdem coloris, sem. papav. assimilis. Isti*

Arist. H. A. l. 5. c. 19.

Scalig. Exerc. 191. 2.

Vossius de Idol. l. 4. c. 66. p. 1511.

folliculo circumdatur ab apibus viscidus ex rore humor itidem albicans. Nempe album hoc, albumini ovi, regium semen vitello respondet. Folliculo sic viscido rore circumdato, apicula incubat gallinæ instar, ac suo id fovet calore. Ita folliculus turgescit magis & magis; donec talis fiat vermiculus, qualè pinguioribus in caseis nasci videmus. Porro sæpè quidem tardius, interdù in die nempe sereno, intra diem 10. vel 12. vermiculi ejus pellicula perrupta, exit apis, eaq; perfecta; senis quippe pedibus, alis quaternis; pallidior tamen, & paulo post adultioribus similis. Hactenus Vossius.

De Victu, de quo ex lege methodi victus, nostræ ante generationem agere debemus, si quæras; nihil venantur, sed venturæ hyemis memores æstate laborem experiuntur, & in medium quæsitam reponunt. Melle ergo, & si hoc nimium

Arist. H. N. l. 9. c. 40. l. 4. c. 9.

subtrahatur, ceragine, cerintho, erythace, sandaraca dicta vescuntur. Deterior hæc & ficu dulcedine æmulatur. His deficientibus. Apiarii ficus, saccarata, uvas passas siccatas, fucos tuos, schadonum capita, lanas passio defrutove madidas, & aquam mulsam pro foribus ponunt. Crudas & recentes carnes apponi jubet Plin. Floribus odoratis & calculatis delectantur, ex arboribus. pomor. cytisi, amygd. tamarisci, casia, ziziphi, pyri, perlicæ, therebinthi, lentisci, cedri, tiliæ, ilicis minoris. Rhamni: ex herbis, thymi albi & rubri, fertulæ campanæ, myrti, viticis, genistæ, phlei, fabæ, serpilli, violæ, myrrhidis, roris marini, conizæ cerinthæ, meliloti, narcisci, asphodeli, citragin, hederæ, consiligin. origani, satureiæ, violæ agrest. amaraci, hyacinthi, irid. croci, rosæ, lillii, attractilis, sinap. spondilii, batrachii, &c. De quibus omnibus distinctè Columella agit, quem vide. Bibere easdem certum, & limpida, seu fluviatili seu fontana delectari, in qua ligna & lapides injiciendi, ut commode & insidere, & sese abluere possint. Hac destitutæ, aliunde humore hausto sitem leniunt, de eoq; intus ad Reges & operatrices aliquid deferunt.

Vita ad 6. 7. & ad summum 10. annos producit: seu ut Plinius. *Vita eis longissima, ut prosperè inimica ac fortuita cadant, septenis annis universa.* Alveos, *Ætas. Arist. H. A. l. 5. c. 12. Plin. H. N. l. 11. c. 20.*

nunquam intra decem annos durasse proditur. Sunt qui mortuas si intra tectū humentes ferventur, deinde sole verno torreatur, ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent reviviscere. In totum verò amissas, reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis. Virgil. juvencorum corpore exanimato, sicut equor. vespas ac crabrones, sicut asinorum scarabæos, mutante natura

Cardan. de tura ex aliis quadam in alia. Card. robu-
variet. Rev. l. 7. c. 22.

Artollunt sese atque contrahunt cum volant. Rectà non volant, quia cauda destitutæ sunt: ideo etiam parum in volatu perseverant, aut in aëre demorantur. Prestant tamen vaginipennes. Quia exiguas pennas habent, nec rectè procedere, nec diu volare possunt.

Sonus. Vocè non edunt, sed sonum, βόμβην id Græcis Latinis bombilare, & bombillare. Sonus ipse σῆγγος & βόμβη, illis murmur & susurrus his dicitur. Quidam modulari, sed ineptè, dixit. Alii, nocte ea, qua natus est Iesus, magis

Odoratus. bombos edere, garrunt. Odoratu plurimum valere inde colligas, quòd mel à longinquo sentiant. Visæ ex agris pharmacopolia & qui mel venderent invisisse, revolasseq; onustas. Retulit

& Clutius, per longū camini tubum, cum mel domi coqueret, supernè ingressas; nec aliter quam circa candelam cicindelas & lampyrides solent, circa ahenum volitasse; plerasque in illud decedentes submersas. De instrumento non est quod solliciti simus. τὸ ζῶμα illud est, & spiritus in natus, quo & moventur.

Auditus. Auditu destitui Aquinati visum. Sono vehementi, ob ingentè aëris motum, qui & animal interimere, & lignum scindere valet, terreri & fugere. At plauū æris gaudēt, & murmure excitantur ad opus, sonituq; quieti

se dant, ut postea dicitur. Memoria valere, apud Rhodiginum extat. Visus quòd oculi duri, hebetior. Ideò facile à merope & hirundine capiūtur.

Antipathia. Odere fædos odores, proculq; fugiunt, sed & infestos. Itaq; unguenta redolentes infestant, ipsæ plurimor. animalium injuriis obnoxia. Impugnans eas naturæ ejusdem degeneres

vespæ atque crabrones, & è culicum genere qui vocantur muliones: (ἐμπίδες Arist. qui onustos in via mulos estate vexant) populantur hirundines & quædam aliæ aves. Insidiantur aquantib. ranæ, quæ maxima est earum operatio, tum, cum sobolem faciunt. Nec hæ tantum quæ stagna rivosque obsident, verum & rubetæ veniunt ultrò, adrepentesque forib. per eas sufflât: ad hoc provolant, confestimq; abripiuntur. (alii legunt, instantur, & provolantes eas confestim abripiunt) Nec sentire ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ & oves, difficile se à lanis earum explicantib. Cancrorum etiam odore, si quis juxta coquat exanimatur. Timent quoq; ab araneis, lacertis, crocodilis, upupa, paro, merope, noctua, & aliis alvearium depopulatoribus: sed & ab Echo, fulgure, tonitru, & fragore omni.

Huc & morbi pertinent, repletio nempe, inanitio, siccitas, humiditas, frigus, calorque non naturalis. Repletionem nimia satietas infert, quando alvearia non castrantur, scabie tum fordibusq; diffluunt, strumosæq; redduntur. Inanitio è cibi inopia oritur: Eiusdem inopia, malaciâ, diarrhæam, βλακιστονίαν, & tabem affert. In malacia adeò morosæ sunt, ut facilè aufugiât, nisi tinnitu, vel rerum gratissimarum suffitu retineantur. Diarrhæam ex tithymalli, hellebori, ebuli & sambuci floribus contrahunt. Tabæ correptæ pellucescūt. De remediis & quæ huc spectant, vide Authores. De his ita Plin. H. N. l. 11. c. 19. Sunt & operis morbi: cum favos non explent, cleron vocant. Item blaspigoniam, si fætum non peragant. Inimica est & echo resultanti sono, qui pavidas alterno pulsât ictu: inimica & nebula. Aranei quoque vel maximè hostiles, cum prævalere ut intexant, enecant alveos. Papilio etiam hic ignavus & inhonoratus, luminibus accensis advolitans, pestifer, nec uno modo. Nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: filiis etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maximè lanugine obtexit. Nascuntur & in ipso ligno teredines, quæ ceras præcipuè appetunt. Infestat & aviditas pastus nimia florum satietate, verno maxima tempore

tempore alvocita. Oleo quidem non apes tantum, sed omnia insecta exanimantur, præcipuè si capite sensere eximi mella avidè vorantes. Catero præparca, & quæ aliquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras atque ignavas proturbent. Nocent & sua mella ipsis illitaque ab adversa parte moriuntur. Tot hostibus, tot casibus, & quota portione eorum commemorata? tam munificum animal expositum est.

Ingenium.

Singulare ingenium regiminis & operis ratio ostendit, in quibus prudentiam, fidem, obedientiam, fortitudinem, & exactæ quasi πολιτείας exemplum, observare est. Eleganter

Plin. H. N. l. 11. c. 10.

de iis Plinius. Ratio, inquit operis hæc, interdium statio ad portas more castrorum, nocte quies in matutinum, donec una excitet gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. Tunc universæ provolant, si dies mitis futurus est. Prædivinant enim ventos imbresque, & tunc se continent tectis. Itaque temperie cæli (& hoc inter præscita habent) cum agmen ad opera processit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttasque lanugine totius corporis. Quibus est earum adolescentia ad opera exeunt, & supra dicta convehunt: seniores intus operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra, pedes priores rostro: totæque onusta remeant sarcina pandata. Excipiunt eas ternæ, aut quaternæ atque exonerant. Sunt enim intus quoque officia divisa. Aliæ struunt, aliæ polliunt, aliæ suggerunt, aliæ cibum comparant ex eo quod allatum est. Neque enim separatim vescuntur, ne inæqualitas operis & cibi fiat & temporis. Struunt orsa ea concameratione alvei, texumque vel usque ad summa tecta deducunt, limitibus binis circa singulos arcus, ut aliis intrent, aliis exeant. Favi superiore parte affixi, & paululum etiam lateribus simul hærent & pendent una. Alveum non contingunt, nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poposcit alveus: aliquando & duorum generum: cum duo examina concordibus populis dissimiles habuere ritus. Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad sarcinendum. Primi ferè tres versus inanes struuntur, ne

promptum sit quod invitet furantem. Novissimè maximè implentur melle: idæoque a verso alveo favi eximuntur, Gerule secundos status captant. Si coarctatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt. Iuxta vero terram volant in adverso flatu vepribus hebetato. Mira observatio operis. Cessantium inertiam notant, castigant mox, & puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur omnia è medio, nullæque inter opera spurcitia jacent. Quin & excrementa operantium intus, ne longius recedant unum congesta in locum, turbidis diebus, & operis otio egerunt. Cum advesperascit, in alveo strepunt minus ac minus, donec una circumvolet eodem, quo excitavit, bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc castrorum more. Tunc repente omnes conticescunt.

Prima fundamenta commosis vocant periti, seu gummitionem, (κώ-
υηστν vel κωβία, ^{iv} aliilegunt) cum alveare tectorio illinunt: secunda pissoceron, tertia propolin, inter coria cerasque magni ad medicamina usus. Commasis crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo ceu dilutior: ceræ initium, plerumque è mitiore gummi. Propolis crassioris jam materiæ, (è gutta quam in foliis populi ferunt hanc faciunt) additis floribus nondum tamè cera sed favor. stabilimentum, qua omnes frigoris aut injuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum gravi, ut qua plerique pro galbano utantur. Dioscorides ad styracem accedere putat. De Regi-
mine sic idem.

Plin. H. N. l. 11. c. 7. Ael. H. A. l. 1. 59.

Plin. H. N. l. 24. c. 8.

Ael. H. A. l. 5. c. 11. &

Mira plebi circa Regem (de hoc in Differentiis) obedientia. Cum procedit una est totum examen, circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur? Reliquo tempore cum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. Circæ eum satellites quidam, lictoresque, assidui custodes autoritatis. Proccedit foras non nisi migraturo examine.

Plin. H. N. l. 11. c. 16.

mine. Id multò intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus indice, diem tempestivum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum processere, se quæque proximam illi cupit esse, & officio conspici gaudet. (Id Homerus *βορυσθὸν πέτυος* dixit;) Fessum humeris sublevant: validius fatigatum ex toto portant. Si qua lassata deficit, aut fortè aberravit, odore persequitur. Vbicunque ille confedit, ibi cunctarum castra sunt. Duce prehenso totum tenetur agmen: amisso, dilabitur migratque ad alios. Esse utique sine Rege non possunt. Invitæ autem interimunt eos, cum plures fuere, potiusque nascentium domos diruunt, si proventus disponatur: tunc & fucos abigunt. Rege peste consumto, mœret plebs ignavo dolore, non cibos convehit, non procedit, tristi tantum murmure glomeratur circa corpus ejus. Subtrahitur itaque deductæ multitudini: aliàs spectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni subveniatur, fame moriuntur. Huc *latitatio, mundicies, & alia spectant.*

Arist. H. A.
l. 8. c. 14.
Plin. l. 11.
c. 6.

Quiescunt ab occasu Vergiliarum usque ad ver, & hyeme conduntur. Alii ultra exortum latere dicunt, prout ratio climatis & tempestatis tulit. Ante fabas florentes non excurrunt ad opera & labores.

Clut. de Apib. c. 3.
Voss. de lido.
4. c. 72.

Stupendum quod ex Clutio Vossius narrat, mundiciei & amoris simul exemplum. *Repererat is in hortis suis apiculam, in olla mellis submersam: alteram item ab umbra sic afflictam, ut & ipsa quasi exanimis jaceret in herba. Vtramque igitur manui imposuit: cujus calore sic fortè planè sunt refocillatæ. Vt verò se mutuo agnoveret, utraque alteram osculari & amplecti amicum in modum. Ac illa quidem mundior, quam imber sic straverat, membratim purgare cepit alceram melle sordidatam: inque opera hac propemodum horam insumsit. Tum quæ benesicium id acceperat, os admovit alteri; eiq; grati animi ergo, de pectore suo eduxit mellis aliquid: quod ea hausit, satiataque, in alveare revolavit.* Addo de

αιθολογία & præfagiis quædam. Fructibus nullis nocetur, *inquit Plinius.* *Plin. H. N. l. 11. c. 8.* Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus insidunt. Operantur intra sexaginta passus. Et subindè consumtis in proximo floribus, speculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehensæ in expeditione, excubant supinè, ut alas à rore protegant. *Præfagia* ab examinibus ubi confedere sumuntur. Tunc ostenta, *inquit idem,* faciunt privata ac publica, uva dependente in domibus sive templis, sæpè expiata magnis eventibus. Sedere in cre infantis, *Platonis tum etiam, suavitatem illam prædulcis eloquii portendentes.* *Plin. H. N. l. 11. c. 16.* Sedere in castris Drusi Imperatoris, cum prosperrimè pugnatum apud Arbalonem esset, haud quaquam perpetua aruspicum conjectura, qui dirum id ostentum existimant semper. Aliter apud Dionem & Obsequentem legitur. Ille examine apum deterritum, ne ultra Visurgim procederet: hic infeliciter dimicasse scribit. *Dio Hist. l. 54. Obseq. l. de prod. c. 12.*

Interveniunt *usibus* pluribus apes. *Vfus.* In *Cibo, Medicina, bellis, præfagiis, supplicis,* etiam adhibentur. Vescebantur eis Cumanæ regionis incolæ. Contusæ & cum vino diuretico exhibitæ, hydropem potenter curant & calculos comminuunt. In melle mortuæ vomicas sanant: Ulcera labiorum emolliunt: dysenterix mendentur. Favis immortalæ & cum melle tritæ pilos partibus nudatis restitunt. Sæpè ab obsessis in hostes emittuntur: harumque opera Lupus Barriga Lusitanus ab obsidione oppidi Xiamaticensis in Mauritania, Ann. millesimo quingentesimo duodecimo depulsus est. Apud veteres stellationatus reum, melle illitum, & ad solis radios expositum, apibus objiciebant. De *præfagiis* superius dixi. Adde, Pompeio aciem contra Cæsarem instructuro, & Dyrrhachium egredienti, tanta apum examina occurrere, ut signa obscurarent. Victus est. Severo imperante, apes in signis militaribus, in stativis

statis Nigri maximè, favos finxerunt. Ancipites hinc inter Severianos & Nigrianos congressus: sed illi obtinere. In Consulatu L. Pauli & C. Metelli hostem imminentem præsignificaverunt. Leopoldo Austriaco Sempachum cum exercitu tendente, apum examen in oppidum irruit, ut Helvetiorum Historici produnt. Palatino Regiam Pragensem ingrediente, tegulis infedere. Mali rem ominis Anhaltinus dixit. Reliqua prætereo.

Differètia.
Arist. H. A.
l. 9. c. 40.

Differètia Apum sunt varia. Aristoteles in *urbanas* & *feras* dispescit, & ibidem, alias *gregales*, ut Apes, Reges, fucos, vespas annuas, crabrones teredines: alias *solitarias*, ut Sirenem minorem, maiorem, & bombycem. Hunc secutus Albertus, novem quoque genera facit, quæ apud Aldrovandum vide. Plinio Apes sunt & *rustica sylvestresque*, horridè aspectu multò iracundiores, sed opere ac labore præstantes, *Urbanarum*, addit, duo genera, optimæ breves variæque, & in rotunditatem cõpactiles: deteriores longæ, & quibus similitudo vesparum: etiamnum deterrimæ ex iis pilosæ. Optimè in *non operatrices* & *operatrices* distinguuntur. Inter illas sunt *Rex, Fucus & Fur*. De

Arist. H. A.
l. 1. c. 40.
Plin. H. N.
l. 11. c. 16.

Rege satis superius diximus. Duo eorum secundum Aristotelem & Plin. genera. Melior rufus, quàm hirsutus niger variusque. Omnibus forma semper egregia, & duplo quàm ceteris maior, pennæ breviores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multum etiam à nitore vulgò differunt. Varr. nullam ruffi mentionem facit. De *fucis* insequentibus agitur. *Fur* est nigrum quid, ventresque ampliore. *Operatricium* differètia, à corporis figura, aetate, moribus, operatione, colore & aculeo sumuntur. *Corporis figura*. Sunt aliæ *vastæ* sed glomerosæ, eademque nigrae & hirsutæ: aliæ *minores* quidem sed æquè rotundæ, & infusci coloris, horridique pili: aliæ magis *exiguæ*, nec tam rotundæ, sed obesæ tñ. & latæ, coloris meliusculi: aliæ minimæ gracilesque, & acuti alvei, ex aureolo, variæ atque leves. Sic distinguit ex Aristotele Columel. & Virgilius: Optimæ parvulæ, oblongæ, leves, ni-

tidæ, auro ardentes, & paribus litata corpora guttis, moribus denique placidis. *Aetate*. Sunt quædam *novellæ, vetulæ* quædam. Illarum examen quotannis avolare solitum est, nec perinde pungunt: & si annum non excessere, nitescunt, oleique similitudinem & speciem gerunt. Hæ horridulæ evadunt, & rugis obferuntur: mellificandi peritissimæ. Frigora denique & pluvias præsentunt: ideo his ingruentibus non longè ab alvearibus recedunt. *Operatione*. Sunt *inutiles*, ut *bombylius*: ἐργόφοροι, πλάσθεις, ab ἀργίfici figmento fortè. Sunt & *inertes*, quæ quidem nec favos corrumpunt, nec melli insidantur: id tamen non conficiunt. Nonnullæ Regem cingunt: quædam mortuas ex alveo efferunt: aliæ noctu excubias agunt. Quæ mellificant, vel in alveis, arboribus excavatis, petris, tabulatis; vel sub terra id faciunt. Circa Thermoodontem fluvium (in Themiscyra) duo genera: aliarum quæ in arboribus mellificant: aliarum quæ sub terra, triplici cerarum ordine, uberrimi proventus, inquit Plinius. At Aristoteles illarum duntaxat meminit, has alibi ponit. Favus ipse, addit, levis, atque æquabilis est, quem non semper, sed hybernis duntaxat mensibus construunt. Copia in eo tractu hederæ, unde mel conficitur. *Colore*. In Ponto enim sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. *Moribus*. In Æthiopia, si Alvarezio credendum, adeo cicures, ut intra hominum cubilia examina conficiant. Apud Halizones cum hominibus pabulatum exire, & opus tam concretum facere, ut mel à cera se-
jungungi nequeat, Pausanias author est. Destituuntur & aculeo quædam.

Ælia H. A.
l. 1. c. 11.

Ælia H. A.
l. 1. c. 59.

Plin. H. N.
l. 11. c. 17.
Arist. H. A.
l. 5. c. 22.

Pausan. in
Atticis.

Nieremb. H.
Exot. l. 13.
65.

De Novi orbis apibus. ita Nieremb. Multiplex apiarium genus in novo orbe semper admirabile, licet in mellificio diversum. Quædam in arborum cavitatibus, sed sine favo, corticem cereum prius effingunt ovi instar, quem imbuunt penitus liquido & suavi nectare. Hæc ova copulata simul, & racemata, usque ad viginti vel triginta inveniuntur. Inditruncum

Colum. R. R.

cum cœdunt, & deferunt ad usus suos plenum melleis globulis, cera quoq; utilissima. *Alia* glandes minores conficiunt: *alia* non excedentes nucem avelanam. Hoc genus apum exiguum est & mansuetissimum. *Alia* sub humo laborant, quædam 3. aut 2. ulnas, quædam non amplius quàm dodrantem profunde, prout oportunitas illis. Harum quædam mellificant in cereis quasi fistulis oblongis, quædam orbicularib. & rotundiorib. Ex his quædam *mites* & *innoxiæ*, *aliæ majusculæ* efferæ, & suos labores acriter tuentur. *Alia* quoque sunt *fera* diversi opificii, rotundum conficiunt favum instar malicirei circulando fistulas suspenduntque ex arborum fronde, imponentes favos alium super alium: aliquando sustinet frons racemum eiusmodi trium dodrantium longum. *Exiguiores* apes suspendunt minores racemos, & tenuioribus ramis; grandiores ex firmioribus (vocant has Indi Mateeas) quarum morsus æquat dolore ictus serpentium, & viginti quatuor horis perseverat. *Alia* mitis apum natio est in terris Haimensium, quas industria Europæorum in alvearia conclusit, ubi nec pungunt, nec irritantur, nec inquietes fiunt, recluso alveare. Mirum dictu, nec cessant à labore, tam sunt officio intentæ. Hic curiositas non indigeret vitreis, nec transparentib. vasculis, ut exemplum sedulitatis disceret. Regina & Magistra plurimum à plebe distat. Est quoque apum *nigrum* & *exile* genus, quod in sylvis sine cera mellificat. Cera subterranearum apum per commoda ceratis ad dolores ex quavis causa frigida accidentes: tumores resolvit: ad alia medicamenta etiam idonea. Albæ apes sunt in Quatemala, mel quoque album & ceram fabricant, nec nimis noxiæ.

Nunc ex aliquib. authoribus dabo aliqua. In *Ceyba* vastæ arboris & aliar. interdum cavis nidulantur apes, atq; suum mel elaborant, non minus bonum quam in Hispania teste *Ciæca*: quarum tria sunt genera. *Vnum* paulo maius culicibus. Ad favi quem probè communiunt, orificium, tubulum di-

midii digiti longitudine aptat ex materia ceræ simili, per quem apes, alis eo quod è floribus decerpserunt onustis ad suas operas ingrediuntur. Acidiusculum est mel istud, cuius paulò amplius libra præbent singula alvearia. *Aliud genus* paulo maius nigrum superius tamen candidum est. Orificium, quo in arborum cavum ingrediuntur, confectum habent ex cera alteri materiæ commixta, lapide durius. Harum mel superius bonitate longè superat, illiusq; tres mensuræ, sive veterum congius nonnunquam ex unico alveari eximitur. *Tertium genus* Hispanicas magnitudine excedit, sed aculeis caret, impetu tñ. in eos fertur, qui favos eximere volunt, mireq; sese capitis & barbæ pyris implicat. Harum interdum alvearia duodenas aut plures libras mellis, multò quam reliquarum præstantioris, continent.

Americana inquit Lerijs, apes nostris dissimiles, & exiguas illas muscas quæ ætate, præsertim maturis uvis, nobis infestæ sunt, potiùs referentes, suum Mel & ceram conficiunt, per sylvas in arborum cavis, unde incolæ utrumq; probè eximere norunt. Favu, è quo mel nondum exemptum yrayetic appellant: yra enim illis mel est, yretic cera. More nostro melle vescuntur: ceram verò, quæ instar picis ferè nigra est, in massas convolvunt brachiali crassitudine. Sed neque funalia neque candelas ex ea parant, (noctu enim nullo alio lumine utuntur, quàm certi ligni fragmentis accensis, quæ lucidam flammam parant) at ingentium cannarum lignearum tubos (in quibus suas plumas, ne à certo papilionum genere, ipsis travers dicto, corrumpantur conservant) ista præsertim obturant.

Anton. Herrera in Provincia *Vertræpacis* scribit reperiri *apes sine acule* clarum mel conficientes; quarum *aliæ* sint armatæ & noxiæ, quemadmodum nostræ, *aliæ* parvæ ut muscæ, optimè tamen mellificantes, *aliæ* noxii nectaris: quod dementet gustantes. Nullæ favum conficiunt sed condunt liquorem sub humo,

humo, aut in cavis arboribus melliquidissimum, & acescit nonnihil. Ulicus Faber scribit, *in terrâ Marchkasiorum*, si quis sylvas ingressus in arbore quacunq; foramen faciat, posse ex arbore quinq; vel sex mensuras mellis accipere quod instar mulsi ab exiguis apibus neminem cedentib. conficitur. Hoc mel ad comedendum optimum est, & vinum inde suavissimum præparatur.

Aldrov.
Insect l. 1.
6. 4.

Adjiciam hinc ab Aldrovando observatas, easq; proprijs ipsius verbis describam. Quæ inquit *priore loco* exhibetur, Apum regulus est ape duplò fermè procerior, sed fucocilientior: magis etiam lucefcit, & alvum habet in extremo acutiorem. Alæ sunt longæ, & coloris albi, flavis punctis conspersi. Caput ejusdem cum ventre coloris est. Antennæ sunt breves, sed parum benè à pictore expressæ. Apis est vulgaris, quæ *secundo loco ponitur*, color ei magis ad cinereû vergit hirta ferè tota, alvo est obtusiori, brevissima, exerit aculeum. Alæ sunt candidè intercurrentibus lineolis flavis, breves, breviores, inquam, ipso corpore: Caput magnum; antennæ, ut in ipso regulo. Fucus, *qui tertio loco* exprimitur media est magnitudine inter Regem, & Apem; magis tamen ad regem accedit, ape duplo major, Rege corpulentior, sed brevior, colore etiã magis fusco. Alæ fermè, ut in Rege, pedes breviores, caput majus. Alvi extremum velut in duas appendices desinit.

Inter *apes sylvestres*, quarum multa sunt genera, *duæ priores*, una cum suis favis expressæ, domesticis quodammodo accenseri possint. Mel enim quod parant, non omnino spernendum videtur, propter suû dulcorem, & ex favis non contemnenda cæra parari possit. Ipsarum vero apum species domesticis nostris multo est pulchrior, venustiorque. Differunt autem & magnitudine inter se & colore. Quæ major est, & priori loco pingitur, favos & cellas etiam conficit majores. Has simul cum suis apibus invetas F. Gregorius Regiensis Capucinatorum ordinis, diligentissimus

Pharmacopola, & herbarum etiam apprimè peritus cum ad montem Padernum vulgo dictum in nostro agro herbarum inspiciendarum gratia ivisset, ad me attulit, cum ut gratum mihi faceret, tum verò etiam, ut tam pulchrû naturæ arcanum posteris aliquando communicarè. cellarû alię erant vacuæ, aliæ plenæ, plenarum aliæ continebant mel, aliæ sobolem albam, qualem à latere favorum pictor exhibuit. An vacuis apes quiescere putaverim. Omnium figura non sexangulis terminatur, ut in communibus, sed erant rudes, & rotundæ, neque omnes ejusdem magnitudinis. Apis ipsa aspectu venusta admodum, tota hirsuta capite, antennis, & pedibus aterrimis, aterrima item, ac rotunda macula in tergo insignis: alæ ferruginæ, cætera modo rubicundo, modo atro colore variat. *Altera* quæ plures & minores favos construit, minor est ut dixi, & colore diverso. Caput enim in hac pedes & tota alvus nigricant, dorsum totum rubicundum est, alæ proceræ, angustæ nigricantes. Utraque favos suos operit quisquilijs, palea & musco ne facile sit invenire. Quid si harum melle D. Joannem Baptistam in deserto vixisse dicamus.

Quæ *duæ deinceps* pinguntur, nostris rusticis *Avoni* vocantur, invicem ferè consimiles. *Prior* capite antennis, & pedibus nigris; toto corpore magis, quàm præcedentes hirsuto, & lutescente, minus in dorso, magis in alvo. Sed colorem istum luteum corporis hirtuties facit, non ipsius corpus. *Altera* eadem omnino videtur, nisi candidior esset, & paulò minor. Reperiuntur in hoc genere etiam virides, & nigræ, & aliorum colorum. Hollandi, ut audio, omnes, nescio cur *Keysers* / hoc est, Imperatores vocant, nisi dicamus propter aculeû, quo acerrimè pungunt, Reges in eo vincentes qui vel eo carent, vel si habent, non utuntur.

Nigrarum duarum hic iconem etiam dedi, *prior* major est, & brevioribus tamen alis, utraque corpulenta

est admodum. Prior undique nigra est, præterquam in cervice & superiori alvi parte, ubi macula lutea est, & in extrema ferè, ubi candidat. *Altera* easdem habet maculas, sed multò majores, colorque est intensior. Priori pedes hirsutiores, & crassiores. Utrique atri. Antennæ in secundabreviores, ac exiliores. Quæ *deinceps picta est*, ex earum genere est, quæ propè latrinæ, & fœdas cloacas bōbos suos edere solent. Aspectu elegans est, alvo crassa ex nigro, & luteo varia, in extremo acuta, capite & dorso cinereis, oculis magnis, extuberantibus, nigris, pedibus brevibus etiam cinereis, alis proceris angustis ejusdem cum dorso coloris.

Est præterea alia *Apis fera*, quam *aquaticam* vocavi, seu potius amphibiam, quod, & in terra, & aqua degat. Sed rarius videtur. Hanc aliquando, ut me exercebam, sic descripsi. Api vulgaris valdè simile insectum amphibium, extra aquam volans, in aquis natans, quadripenne, sepes. Duos pedes oblongos habet, nimirum anticos, quibus utrinque distentis tanquam remone simul & remigibus ad natatum utitur. Cæteri breviculi, sub ventrem contracti. Caput compressum, oculis nigris, grandiusculis ac splendidis instructum. Corpus alistectum, prorsus atrum. Alæ superiores simul, & inferiores duriusculæ, ac crustaceæ, non nihil majori sui parte eaque superiore è luteo colore habent, & nigro maculosæ sunt, sed extrema parte aut proxima subtilissimæ, ac pellucentes, instar inferiorum alarum, quas operiunt ipsæ, appendices duæ sunt raræ observatu; imo in nullo alio Insecto à me visæ, quarum una à teram incumbens tegit, quæ faciunt, ut laciniolæ interna parte, ac triangulo sinuatæ appareant. Sed & extremo sui erectâ seu fissuram levem habent. Rostrum aculeatum est, ut Culicibus. Pedes antea, quib. natat, tribus articulis dissecti sunt. Rustici *Bonon Gvardalose* vocant, forsân quod lucente sole aquæ summa petat, velut apricari cupiens, & nebuloso cælo non conspiciatur. Ali-

quando cælum tuetur, sursum ex aqua exerto ore, aliàs deorsum, & vel levissimo strepitu aut umbra percepta, sagacitate mira statim quovis telo velocius in fundum lancinans subducit, adeò ut captu difficillimū sit.

Ad Caput de Apibus

APPENDIX I.

De Melle.

Mellis apud Latinos nomen, à Nomen Græco μέλι, deductum videtur, hoc autem vel à μέλι, curæ est, quod cum cura colligatur: vel à μυλία, pommo, quod ex ejus fructibus, descendisse videtur. Apud Athenæum, Alcman. ὀπώραν κηρίην, cereum fructū, Epicharmus, πόντον ὄρθρον, matutinum mare, quod diluculo ex aëre fluat, appellat. Favus, quod vocabulum à φαγῆν Isidorus derivat, Perottus, à fovendo, quod in favis foetus suos apes foveant; Martinius ab ὕφθ textum; Græcis ἀνθήνιον, κέρας, κήλιον, μελίδειον, μελιγκείριον, ὕθρον, audit. Cellula est apum sexangula, loculamentum, & fundamentum operis.

Quid sit, egregiè ex antiquis expofuit Plinius. *Venit hoc*, inquit, *ex aëre, & maxime Syderum exortu*, (*μάλισσι ἐν τοῖς τῶν ἀστῶν ὀπιτολαῖς* Aristoteles dixit) *principueq; ipso Sirio ex splendescente fit*, (bene hinc Mercurialis in Aristotele pro *ἡέρας, κείρας* legi debere putat) *nec omnino prius Vergiliarum exortu*, (oriuntur, octavo Calend. Aprilis, in octava parte Arietis, ut apud Columellam habetur) *sublucanis temporibus. Itaque tum primâ aurorâ folia arbor. melle rosida inveniuntur: ac si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes, capillumq; concretum sentiunt. Sive ille est cæli sudor, sive quadam syderum saliva, sive purgans se aeris succus. Utinamq; esset & purus ac liquidus, & sue naturæ, qualis defluit primò: nunc verò è tanta cadens altitudine, multumq; dum venit, sordescens, & obvia terra halitu infectus; præterea è fronde ac pabulis potus, & in utriculas congestus apum (ore enim vomunt)* ad hæc

Athen. Di-
prosf. l. 14.

Defen-
ptio.
Plin. H. H.
l. 11. c. 12.
Arist. H.
A. l. 6. c. 21.
Mercur.
Var. Lect.
l. 2. c. 24.
Columella
R. R. l. 9.
c. 14.

ad hanc succo florū corruptus, & alveis maceratus totiesq; mutatus, magnam tamen naturæ celestis voluptatem affert. Nec abire in diversa alios videbis. Nam Aristoteles, rorem qui cecidit esse, ex eo demonstrat, quod uno & altero die cellas melle repletas inveniant Apiarii, nec, autumno, postq; detractum est, reparatur, quamvis tum flores præstent. Galenus in plantarum foliis oriri, & ejusdem cum rore generis esse; recordariq; æstate copiosum in iisdem repertum, postquam per ætatem, temperiem aëris calidam & siccam, benè frigida nox exceperit, scripsit. Scilicet, sublatis terra & aquis, solis calore, halitus, exacteque tenuati accocti, à frigore subsecutæ noctis concreti coaluere. In mōte Libano id persèpè quotannis accidere ait. Itaq; coria extendunt, & decussum de arboribus excipiunt.

Galen. de Alim. facult. l. 3. c. 19.

Aelian. H. A. l. 15. c. 7.

Aelianus denique mel in Media, ex arboribus stillare prodidit, eodemq; in Prassiorum regione in India plueret. In herbarum & palustrium arundinum comas decidens, ovillo & bubulo pecori tā suave epulū, ut suavissimū lac edant. Seneca dubitat inveniantne ipsum in floribus, an succum tantū quendam, quem spiritus sui proprietate, ut loquitur, & adhibito quodam veluti fermento, in melleā substantiam densent & coagulent. Et hæc quidem veterum sententia. Ex recentioribus Senecæ Erasmus in suo Ciceroniano subscribit: *Fingunt, inquit, ore visceribusq; suis liquorem, ac in ipsas transformatum, rursus ex se gignūt.* Mufetus, Chylum apum in ventriculis earum consummatum vocat, idque vomitione eiici, vix hoc nobis probatur. Excrementum esse quo alimur non potest: observatumque à curiosioribus, ore quidem melleum ex floribus succum colligere, sed non implere ventrem. Onerari duntaxat crura & coxas, in quibus pilorum instar eminentia quædam repagula, ne mel decidat, reduces ad alvearia, distenta crurum & onustas melle coxas habere, à quo, à destinatis huic officio apiculis, exonerentur. Deciduum ex vaporibus humorem seu ro-

Seneca Epist. 84.

rem esse, dubito. Non colligunt summo manè, dum flores roscidi, apicula, fervens dies placet: nec versus cælum hiantibus insident, sed versus terram pendulis. Induere se & ad medium penetrare videbis, quo ros qui summa duntaxat folia stringit, pervenire non potuit. Herere intus melleam dulcedinem testantur, quam si leviter suxeris, gustabis. Et cur, si mel deciduum, festucis quoque & stipulis non adhæret? Cur ex certis duntaxat floribus colligitur? Benè ergo Cabeus, certor. florum succum, illumque internum & medullarem, ab apibus, naturæ genio cum aërea humiditate expressum, & qui vegetabile quid potius ac terrenum, dixit. Inde sanè fit, quod pro diversarum regionum genio, diversæ sunt & mellis fortes. Diversum hæc, floribus sal subministrant. Inde quod aquam gravitate superat, & ad eam se ut ro. ad 1. habet: inde, quod arte Chymica dissolutum, maximam partem in terram facessit: inde, quod suavem quidem sed vehementem saporem, qui salinum & terrestre quid sapit, præ se fert.

Cabeus Meteor. l. 7. textu 504. quæst. 3.

De Electione in Differentiis agetur. Electio

Optimum est Galeno, purum, ab omnibus fordibus liberum, pellucidum, flavum, boni odoris, gustu paulū acre, sed suavissimum, & coherēs, ita, ut si attollatur; continuum defluat. Plinius, plenilunio uberius capi scribit, sereno die pinguis. *In omni melle, addit, quod per se fluit, ut mustum oleumq; appellatur acetum, maximè laudabile est, Aptissimum existimatur, è thymo, coloris aurei, saporis gratissimi, quod fit palam doliolis* (ut mel τρωάδες esse monstrarent, Thymi folia miscebant) *pingue, marino è rore spissum. Quod concrevit autem hoc minimè laudatur, Thymosum non coit, & tactu præcenuia fila mittit: quod primum gravitatis argumentum est.* Acetum quid sit, inter authores non convenit. Alii ἀκτιν, νεγλιον dicunt, sua sponte fluens. Quidā ἀργιτον legunt, quod statim fluxisset, nec diu in vinacēis, fracibus, tavo, jacuisset. Defœcatum & sedimenti expers dixeris. Nonnulli, ut Dalechampius,

Plin. H. N. l. 11. c. 15.

Dalechâp. ἀκίδεσον, curioso studioque nullo labore confectum.

ad Plin.
H.N.l.II.
c.15.
Ufus in ci-
bis.

*Laert. in
Zenone.*

*Athen. Di-
prof.l.2.*

*Plin.H.N.
l.23.c.24.*

*Varro R.R.
l.3.c.16.*

*Tzetzes
Chiliad 13.
l.478.*

*Apul. Mi-
les.l.10.*

*Hippocr. l.
de Affeib.*

Veteribus loco faccari in opere dulciario erat: hoc, saporis, illis quæ acriora, gratia conciliabatur. Erant qui vehementer delectabantur, & vitam credebantur protraxisse. Zeno modicè eo cum pane utebatur. Pythagoram solo sive favo, & pane eodem contentum, quidam autumant.

Democritus in annum centesimum & nonum fati diem distulisse, quod eo oblectaretur, creditur. Idem mellis odore vitam per Thesmophoria produxisse putatur: sed Ficinus, vino liquefactum albo calentibus panibus infudisse opinatus est. De Pollutione ita Plinius. *Corpora auget. Multi senectam longam mulli tantum nutritu toleraverunt, neq. alio ullo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo. Centesimum annum excedentem, cum Divus Augustus hospes interrogavit, quam maxime ratione vigorem illum animi corporisq. custodisset. At ille respondit, intus mullis, foris oleo.*

Apud Lacædemonios initium cœnæ fuit; sed & in secundis mensis apponebatur. Placentæ quæ ex eo parabantur, *mellita, pyramuntis, & itria* dicebantur. Illa in cœnis quas Nero familiaribus indicebat, quadragies fertur constabant. *Pyramuntis* ex tritico & melle constabant: *Itria*, ex eodem & farina conficiebantur. *Mellita scitamenta* Apulejus vocavit. Quantum alimenti corporibus largiatur, non convenit inter authores.

Hippocrates, per se, attenuare magis & per urinam plus justo purgare; cum aliis sumptum, nutrire & bonum colorem conciliare dixit. Celsus inter valentissima reponit. Dulcedine illectas partes, plus ad se nutrimenti rapere, retinere, & in simile sibi convertere, verisimile. Senibus commendatur. Annoti, Antiochus Medicus, & Telephus Grammaticus senes: iidem Attico melle sapius cocto pane vel alica excepto vescebantur. Acrimoniam amittit, si aqua diluatur, ac coquatur donec spumare desinat, spuma assiduò deterfa. Urinam sic paratum tollit, & spura crassa incidit. Edulii illud genus quod *Cocetum* Fe-

stus vocat, ex melle & papavere constabat. Paratur ex eodem *mullsum, medo, melomelites & vinum*. *Mullsum* frequè apud antiquos mentio: nomen à mulcendo, quod vini austeritas ejus dulcedine molliatur. Plinius Aristæum Thracium primum invenisse tradit: quidam cum oinomelite idem censent. Sed Ulpianus dulcissimo vino idem tribuit. Ex vino & melle parabatur, ex vetere utilissimum, & quod facile cum melle concorporatur, ex austero, Massico inprimis, & mons Gauranus, in Puteolor. *Bajarumque* prospectu fundit, nobile. Crassum & turbidum olim fuisse, ex Horatio colligit Mercurialis. Duæ partes uni mellis affunduntur. Aliqui, quo celerius præberi possit, una coquunt, & transfundunt: Alii, utilitatis gratia, ad sex musti ferventis sextarios, unum mellis adjiciunt, & postquam deferbuere recondunt. Adjiciebantur & aromatica, folia malabathri, myrrha, casia, costus, nardus, de quibus authorem Geoponicorum consule. *Medo* Septentrionalium potus est, aliquando tam nobilis, ut non nisi lautioribus mensis apponatur. Laudatissimus Covenensis. Moris & aromatis condire. Per totam ferè Europam devehitur. Idem cum medone *μελίτειον*, (malè apud Ethymologum *μελίγειον*, in vulgatis quibusdam lexicis *μελίγειον* legitur) dicerè, quod *σύνθηρον πόμαλιον συν ὕδατι ἐψέμενον* Hesy-chius explicet, nisi & herba accederet. Cum illo convenit, quod *μέλι κύνεως* Athenæus vocat, quodque ex vino, melle, & herbis variis conficiebatur. Cambris nunc *Metheglin*, Hibernis *Vsbebache* dicitur. *Vina* ex melle redolere, Illyrii quos Taulatinos vocabant, olim fuetum. Favus aqua suffusa exprimebatur, ac simul ahenò ad mediam usq. partem incocta, fistilibus primum infundebatur, jam tum dulcissima: dein vasis ligneis in multa tempora reservabatur. In Græcia parum differebat à vino, quod nascitur. Plinius ita de eo. *Quinquen- nio ad hoc servari cœlestem jubet. Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam veteris mellis adii- ciunt,*

*Geopon. l.
c.24.
Plin.H.N.
l.22.c.24.*

*Marrial.
l.2.*

*Mercur.
variar.l.2.
c.17.
Dioscor.M.
M.l.5.c.16.*

*Hesy-chius
inLexico.*

*Aristot. in
mirab. au-
scult.*

*Plin.H.N.
l.14.c.17.*

ciunt, deinde quadraginta dieb. Canis ortu in sole habent. Alij diffusa ita, decima die obturant. Hoc vocato Hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur, nunquam laudatius quàm in Phrygia. Dioscorides ex duabus mensuris aquæ coctæ, & sub Caniculæ sydus insolatæ, ac melomelitis ex cotoneis facti unâ componit. Plutarchus ante vinum inventum, propinatum fuisse scribit. Melomeli quod & Cydonites quomodo fiat, apud Geoponicorum authorem qui id Hydromelum vocat, habemus, quomodo ex melle vinum, apud Portam. Est & Melitites vinum; quod adjecto ad quinque; congios austeri musti mellis congio, & falis cyatho, paratur. Seculis jam fieri non arbitror hoc genus inflationib. obnoxium, inquit Plinius. Dodram quoque genus potionis apud Ausonium, à dodrante novem unciarum mensurâ ita dictâ, ingrediebatur mel, cum jure, aqua, vino, pane, pipere, herba, oleo, & sale. Eodem, puritas vini probatur, si cum lacte infuderis.

Ad lapideam duritiem decoctum, & pulverizatum ex albo rubellum reddit, si transualando misceatur. Mellina Plauti in Pseudolo Hydromeli est. Descriptiones & compositiones, Galeni, Aeginetæ, Plinij, Dioscoridis, Anglorum, qui hordeum torrefactum adjiciunt, & Moscovitarum apud Moufetum vide; Mauritano- rum apud Aldrovandum.

Auxit & Medicorum contra morbos remedia. Nec hoc tantum Mulsam Hydromeli, seu melicratum, ὄξυγλυκὲς, apomeli, clionomeli, Thalassomeli, Omphacomeli, & Oxymeli helleboratum in usum deduximus: spiritum, oleum, & quintam essentiam his adde. Mellis quidem ipsius naturatales est, ut putrescere corpora non sinat, jucundo sapore atq; non aspero, alia quàm salis natura. Ideò Democritus melle condiri iussit: sicque Alexandri & Agesipolidis, nec non Agesilai corpora conservata, à Statio Papinio, Xenophonte, & Diodoro Siculo proditum, Hybleo inquit ille, perfusus nec stare durat. Hippocœtaurum in Thesaliâ natum eodemque die denatum, principatu Claudii Cæsaris in melle

ex Ægypto adlatum, Plinius vidit. Faucibus, tonsillis, angine, omnibusque oris desiderijs utilissimum est, arescenti; in febribus linguæ. Jam verò peripneumonicis, pleuriticis decoctum, item vulneribus à serpente percussis. Et contra venena fungorum. Auribus sonantibus instillatur cum rosaceo, lendes & fœda capitis animantia necat. Dysentericis & cæliacis medetur, in quo sint immortuæ apes decoctum. Tale & oculis utilissimum. Usus despumati semper aptior: stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, alioqui oculorum angulos melle tangi suadent. Eadem apud Dioscoridem invenies. Hippocrates in secunda pleuritidis specie favum in aqua maceratum; in casu ex alto, cremorem eius decoctum, præscribit: in convululo lingere iubet. Ex apibus quæ in tumulo eius mellificabant, collectum, ulcusculis oris puerorum medebatur. Cum fructu etiam in dentitione cum butyro gingivis inunctum; in visus hebetudine & albugine cum primo infantis stercore subactum; in faucium dolore, cum agresti papavere permixtum; in lienis, demortuis apibus appositum; in dysenteria & cæliaca cum apib. vel caseo recenti coctum; testibus frigidis, cum resina temperatum; adhibetur. Cum nitro & lacte bubulo ulcera faciei sanat: cum corii bubuli cinere, phagædenas & panos curat: spuma cum oleo iuglandium, adustionem cutis emédât. Hollerius inter Diaphoretica retulit. Cum lenticula cocta, & contrita, vel myrti foliis viridibus, vel galla, redurvia, manuum imprimis prodest. Id apud Oribasium, hoc apud Priscianum legitur. A Nicandro contra Opium laudatur: ab Ovidio, cum ovib. & pineis nucibus ad ciendam venerem. Celsus coctum inter alvum stringentia numerat, quòd coquendo, acrimonia alvum ciens detrahatur. Minui & alimenti virtutem, addere poteris.

Aqua mulsa duo sunt genera, subita & ac recentis, alterum in veterate οὐδὲν ἀσθενὲς & ἀσθενὲς, conditivæ, quod propriè Hydro-

Plutarch. Sympof. l. 4. quæst. 5.

Geopon. l. 8. c. 26.

Plin. H. N. l. 22. c. 24. Auson. E. pigr. 83.

Plaut. Pseud. dol. act. 2. sc. 4.

Moufet. de Insect. l. 1. c. 5. Usus in Medicina.

Plin. H. N. l. 22. c. 24. Columnella R. R. l. 12. c. 45. Stat. Papin. in Sylvis.

Xenoph. de reb. Grec. l. 5. Siculus l. 55.

Plin. H. N. l. 7. c. 3.

Plin. H. N. l. 22. c. 24.

Plin. H. N. l. 30. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Dioscor. l. 2. c. 102.

Plin. H. N. l. 30. c. 4.

Oribas. Synop. l. 7. c. 18. Prisc. Emporist. l. 1. c. 34.

Plin. H. N.
l. 22. c. 24.

dromeli dicitur, *Repentina*, inquit Plinius, *despumato melle præclaram utilitatem habet, in cibo ægotantium levi, hoc est, alicæ eluta, viribus recreandis, ore stomachoq; mulcendo, ardore refrigerando. Frigidam enim utilius dari ventri molliendo, invenio apud auctores. Hunc potum bibendum alsosus: item animi humilis & præparci, quos illi dixerunt micropsychos.* (τὸς Ἀλσός πομπέρος καὶ μικροσψύχος, qui immodico sudore diffluunt, & languidum pulsum habent, intelligit,) *Est & ratio subtilitatis immensa à Plutone descendens: corpusculis rerum levibus, scabris, angulosis, rotundis, magis, aut minus, ad aliorum naturam accedentibus: Ideo non eadem omnibus amara aut dulcia esse. Sic & in lassitudine proniores esse ad iracundiam, & in siti. Ergo & hæc animi asperitas, seu potius anima, dulciore succo mitigatur. Lenit transitum spiritus, & molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemq;. Experimenta in se cuique: nullius non ira luctusque tristitia & omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; observanda sunt, quæ non solum corporum medicinam sed & morum habent. Aqua mulsa & tussientibus utilis traditur, calefacta in vitat vomitiones. Contra venenum psimythij salutaris addito oleo. Item contra hyoscyamum, cum lacte maxime asinino, & contra halicacabum, ut diximus. Infunditur & auribus & genitalium fistulis. Vulvis imponitur cum pane molli. subitis timoribus, luxatis, leniendisque omnibus. In veterata usum damnare posteris, minus innocentem aqua, minusque vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnes stomacho inutilissimum, nervisq; contrarium. Semper mulsum ex veteri vino utilissimum, faciliusq; cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit. Ex austero factum, non implet stomachum, neq; ex decocto melle, minusq; inflat, quod ferè evenit. Appetendi quoq; revocat aviditatem cibi. Alvum mollit frigido potu, pluribus calido sistit. Eadem apud Dioscoridem habentur. Idem & ὄζυλον præstat.*

Plin. H. N.
22. c. 24.

Mulsum ex austero vino factum; non implet stomachum, neq; ex decocto melle, minusq; inflat, quod ferè evenit. Appetendi quoq; revocat

aviditatem cibi. Alvum mollit frigido potu, calido sistit. Corpora auget. Varro regium cognominatum morbum arquatam tradit, quoniam multo curetur. *Apomeli*, quod ex melle ex favis niveo candore splendentibus cum aqua fontis, prout ab Aetio traditur, decoquebatur, deterget & digerit, urinas ciet, calidioribus naturis inimicum. Confert & ad educendum spiritum. *Chionomeli* cum niveo & cum melle cõmissa fiebat, & in febrib. propinabatur. De *Omphacomeli*, quod succo uvæ immature & melle fit nihil singulare occurrit. *Thalassomeli* ex æquis partib. maris, pluvie, & mellis defæcatis, & in picato vase per canis æstum insolaris paratur. Sapore & odore gratum est, clementerq; purgat. *Oxymelitis* variæ apud auctores sunt descriptiones; quas apud Aldrovandum vide. Sumptum humores crassos attenuat; ischiade & arthritide laborantib. prodest: in angina utiliter gargarizatur. De *Scyllitico oxymelite* consule Medicos. *Helleboratum* Gesnero debemus, cuius encomia in epistola ad Occonem persequitur.

Spiritus, qui per retortam exit, & vel albus vel flavus est (aquam quoq; vocant) effusiones & albugines oculorum fanat, & ad capillos producidos adhibetur. *Oleum* quod instar aquæ vitæ ardet, si cum spiritu vini circuletur, gratissimi saporis evadit, & non tantum scloperariis vulnerib. & phagedænicis ulceribus convenit: sed & dolores podagricos vehementer mitigat: maculasq; faciei cum oleo Camphoræ discutit. Componitur & cum vitriolo calcinato. *Aacetum* ex cocto cum aqua fluviali & semine erucæ, quod duntaxat in petra suspenditur, destillatur. Solvit silices, reliquosque lapides: nec est quod calcinatione præmittas. *Quinta essentia* quæ sale ex fæcibus propriis incineratis acuitur, in colica, calculo renum &c. remedium creditur paratissimum. De *Elixire*, quod Doctissimus Schröderus describit, taceo.

Hartman.
in Crol.

Agric. in
Poppium T.
2. p. 973.

Schrod.
Pharm.
cop. 5. p. 316.

Non permittere ut corpora putrescant, superius ex Plinio dictum: Babylono-

Herodot. in Thalia. byloniosq; in melle cadavera servasse dici debuit. Nunc de *purpuris*, *antidotis*, & *arborum furculos* aliqua adijcere placet. *Purpuræ Hermionicæ*, compositæ quidem ante centum nonaginta annos, sed

Plutarch. in Alexandro M.

ἔτι, ἡγεῖται, recentem adhuc florem & novum servantis, quinque millia talentum, captis ab Alexandro Sufis inventa fuisse, Plutarchus auctor est. De *purpuris* hoc cum succo in massam redactis, vel flore, qui Vitruvio ostium, cum vaginula sola, intellige: talentum de pondere potius quam precio sumendum est, Durationis causa, mel, in quo massæ punicearum immergebantur. *Theriaca* & aliis antidotis haud frustra admiscetur. Conservat ea, & excipit. Lentori, consistentia debetur, & ne ambiens aër exhauriat. Servari in melle *furculos*, nec quicquam propagationi decedere, apud Cardanum habemus: Scaliger eo multa servari, multa vitari reponit. Ille mellis humido quod tenue, dulce, temperatum, non pingue, nec putredini obnoxium adscribit. Hic juglandis naturam in eo in corruptam propter oleositatem servari; ficus, persica, pyra, tabo fluida fieri, asserit. Tactum à pane corrumpitur, & in formicas similiaque animalcula abit. Fugitivo denique & exanimi vino vitam reddit, fuetum cœnopolis mangonium.

Differentiæ.

Differentia mellis sunt variæ. *Substantiam* si spectes, habetur *Aerium*, *Terreum*, *Anthinum*, *Galbanarium*, *Thymosinum*, *Cerosum*, *adulteratum*. *Aëreum*. Mense enim Majo, Junio & Julio, ambrosia quædam cœlestis, liquida, pura, suavissima, plantarum foliis illabitur, ut vulgò creditur: hanc collectam & imbibitam apes in alvearia deferunt. Initio dilutum est, ut aqua, & primis diebus fervet, ut mustum, seque purgat: vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipsius spuma concrevit. *Terreum* tore abeunte ex terræ ipsius sudore, & plantarum dulci parte exugitur, densioris substantiæ, totque differentias, quot plantæ sunt ex quibus detrahitur,

Plin. H. N. lib. c. 14.

fortitur. De *Anthino* inferius dicemus. *Galbanario* nomen Aphrodisiensis imposuit, à pastu apum, quem galbana vitiant. Prodest ad oculorum claritatem. *Thymosinum* non coit, & tactu prætenuia fila mittit: quod primum gravitatis argumentum est. Si planè thymum redolet, consummatum ne dicas: quanquam venditores ab injecto laudem conciliare soleant. *Cerosum* crassius est, & in quo crassitudines quædam innatant. Adde hisce *Bithymum*, quod ex utroque thymo, albo & nigro paratur, oculis & ulceribus aptissimum.

Alex. App. 2. probl. 74.

Plin. H. N. lib. c. 26.

Loci ratione est, *Sylvestre*, *Domeesticum*, *Atticum*, *Cycladicum*, *Siculum*, *Cappadocium*, *Scythicum*, *Samogitium*, *Cephalonicum*, *Creticum*, *Cnidium*, *Mysium*, *Halazonum*, *Thracium*, *Lydium*, *Aegyptium*, *Medicum*, *Hyrceanum*, ut alias regiones taceam. De *Sylvestri* in sequentibus agetur, *Atticum*, quod & *Hymettium*, id in primis, quod in argentifodinis fit, primas inter optima obtinuit. Optima quippe ibi apum indeoles, & terra thymo & alijs floribus luxuriat. Vidit Bauhinus Veronæ in pharmacopolio, illudque in vesica elephanti valde crassa, pondere librarum XXI. longitudine duorum cubitorum, latitudinis sesqui cubiti invenit. Ex Africa allatum fuisse verisimile est. *Cycladico* secundas Dioscorides tribuit. Urbanum & jucundum est. *Siculo* seu *Hylæo* tertiæ debentur. In *Cappadocia* sine favis conficitur, & perinde ut oleum crassum est. In *Scythia* quoque & *Samogitia* laudatissimum habetur: seu quod flores sint meliores, perflato à septentrionali vento aere: seu quod ibi robustiores vivant, & mel diligentius elaborent. Ex *Cephalenia* summæ bonitatis & faccaro suavius devehi, Cardanus auctor est; ut Aphrodisiensis in insulis & littoralibus optimum esse putat. De *Cretico* ita Plinius. *Aliud in Creta miraculum mellis: Mons est Carina I X. millium passuum ambitu: intra quod spacium muscæ non reperiuntur: natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.* E *Cnido* adve-

Alian. H. A. 5. c. 42.

Cardan. de var. Res. 6. c. 25.

Plin. H. N. 21. c. 14.

advecturi, Thasio & Hymettio proximum est. Ubi consenuit, vini conditiones assumit. De Mysio hæc apud Galenum occurrunt. *Nostra*, Galen. 1. de Antid. c. 4. inquit, in Asia, collis quidam inter Pergamum & Eleam urbem maritimam porrigitur, thymoscatens, in quo Apes optimum mel reponunt quod ibidem totum absuntur. In Mysia quoque, qua parte nostra provincia finitima est, tractus occurrit, quem Britum appellant, in quo mel Attico simile penitus, magna cum admiratione conspexi, quanquam deteriora quoque mella ibi proveniant. Extabat ibi quoque monticulus quidam non magnus, saxosus totus thymo atque origano plenus, ad cuius radices agri cythiso plurimo abundabant. Ex eo, collis dominus mel usque adeo dulce colligebat, ut in hac parte, Atticum etiam superaret: acre tamen ut Atticum non erat: idcirco statim nauseam gustantibus excitabat. Apud Halizones ita concretum est, ut à cera sejungere nequeas. Thracicum, arenosum erat. In Lydia ex arboribus colligitur. Incolæ pastillos absque cera tantâ duritie conficiunt, ut nisi vehementiore attritu nihil inde demi possit. *Aegyptium* dilutum est, quod flores illius tractus, nimia Nili irrigatione humescant. In Hyrcania multo folia tinguntur. Extinguitur, nisi ortum folis colligentis præverterint, si Curtio credimus. In Medea ex arboribus stillat. Ad Amisum denique prodente Aristotele, convehitur à superioribus locis candidum, crassumque, quod apes in arboribus sine favo, quod & in Ponto fieri notum, faciunt. Brevissimè ista complexus est Plinius. *Summa* quidem bonitatis natione constat, pluribus modis. Alicubi enim favi cera spectabiles gignuntur, ut in Pelignis, Sicilia: alicubi mellis copia, ut in Creta, Cypro, Africa: alicubi magnitudine, ut in Septentrionalibus, visojam in Germania octo pedum, favo, in cavaparte nigro.

Sumptas à Tempore colligendi differentias recenset eleganter Plinius. *In quocunq;*, inquit, tractu terna sunt mellis genera. Vernum ex floribus constructo favo, quod ideò vocatur anthinum. Hoc quidam attingi vetant, ut lar-

go alimento valida exeat soboles. Alij ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna sequatur ubertas, magnorum syderum, (Sirii, Caniculæ, Arcturi) exortu. Præterea solstitio cum thymum & uva florere incipiunt, præcipua cellarum materia. Alterum genus est mellis æstivi, quod ideò vocatur horarum, à tempestivitate præcipua, ipso Sirio exsplendescente, post solstitium diebus XXX. ferè. Immensa circa hoc subtilitas naturæ, mortalibus patefacta est, nisi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Namque ab exortu syderis cujuscunq;, sed nobilium maximè, aut cælestis arcus, (de hoc loco consule Marfilium Cagnatum) si non sequantur imbres, sed rostepefcant, solis radius, medicamenta non mella gignuntur, oculis, ulceribus internisque visceribus dona cælestia. Quod si servetur hoc, Sirio ex oriente, casusque congruat in eundem diem, ut sæpe, Veneris, aut Iovis, Mercurijque exortus, non alia suavitas visque, mortalium malis à morte vocandis, quam divini nectaris fiat. Rutilum omne tale, ut diebus confectum siccioribus. Aestivâ mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinquere placet, si pleni fuerint alvei: sin minus, pro rata portione: aut si inanes, omninò non attingi. Huic vindemia Attici signum dedere initium, Caprificalem diem Vulcano sacrum. (Incidebat is in Nonas Julij, quæ & Caprotinæ & vulgi fuga vocabantur.) Tertiū genus mellis minimè probatum, sylvestre, quod ericæum vocant. Convehitur post primos autumnii imbres, cum erice sola floret in sylvis, ob id arenoso simile. Athenienses tetralicem appellant, Eubæa sisaram, quam putant apibus esse gratissimam, fortassis quia nullius tunc alius sit copia. Hæc mellatio sine vindemia & Virgiliar. occasu, Idibus Novembris ferè includitur. Relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet, & semper eas partes favorum que habent erithacen.

Dantur & à Qualitatib. differentiæ, Laudatissimum existimatur è thymo, coloris aurei, saporis gratissimi, quod fit palam doliolis, pingue, marino è rore spissum. Tale nascitur, ubi thymus, cunicula, origanum, violæ, &c. pullulare solent, ut in Achajæ montibus, Hybla, Himetto, & aliis, fieri solet. Tale odoratum, ex dulci acre, glut-

Pausan. in Atticis.

Aphrodif. 2. Probl. 74

Mela 3. de situ orbis.

Plin. H. N. 11. c. 14.

l.c.

Plin. H. N. 11. c. 15.

Plin. H. N. 11. c. 16.

Plin. H. N. 11. c. 15.

Apiarium
Bienenstock





Cera Seu fauus . Honigstöck
Faug





Bienen

Korb





Vespetum Wespennest



Vespetum Wespennest




Hörnus
Nest







Wespenstock

Wespenstock

Hörnusstock



Hummelstock



glutinosum, perlucidum, quod minimum spumæ vomit. Tale Cretenfib. Acramaumorion, Cypriis Chytriu, Cois Calaminium. Tale, si Moufettum sequimur, pingue, lentum glutinosum, grave (unde in fundo optimum) *αὐτόχυτον*, clarissimi therebinthini liquoris æmulum, sui ubique simile, & vel nullis vel saltem paucissimis fœcibus impuratum, blandissimo calore liquefactum, & levissimo frigore quasi in lapillos concretum. Tale denique quod Strabo in Attica ad argentarias gigni, & *ἀκκίσιον* vocari scribit. *Malum* est, quod vel justo crassius, vel justo tenuius, vel diversarum partium est; quod thymum planè redolet; multam spumam egerit. Tale quod quia ex custodia computruit, male olet: quia è cicuta contagium contraxit, graviter; quia acre, naves odore ferit: quia sub vappa vapulat, nihil olet. *Venenatum* in Ponto ex argolethro Dioscoridi, ex Rhododendri floribus Plinio; ex Aconito Aëtio, testibus, colligitur. In Carina, Perside, Mauritania & Getulia, vel ob terræ halitus, vel virulentos succos tale evadit: livore deprehenditur. Apud Macronas infansiosum prodente Xenophonte, habetur. Nec stare quidem poterant, qui eo vescebantur. In Heptacometarum urbe contagiosum, & quod stupidos redderet, Strabo reliquit. In Corsica ex cicuta, Ovidius: in Trapezunto Pontica ex buxi floribus. gravis odoris, sed quod insaniam curaret, Ælianus. Cognoscitur, si non omninò densatur, rutilum est, alieno odore, & ad nigredinem vergit. Duos tali melle gustato in foro Romano obiisse, apud Galenum habemus. In Troglodyticæ parte quæ Balgada dicitur, ad eò *Candidum* est, ut ne nivibus quidem cedat; durum quasi lapis, solidum etiam ita, ut sportis contineatur. Meminit talis & Aristoteles, idque ex puro thymo confectum negat. In Tigremahon & Tagodast, Moufettus ponit. *Rutilum* est ericæum. *Nigrum fuscum, spadiceum, & lividum* suspectum esse solet. *Vinosum* apud Galenum habetur. *Ama-*

rum juxta Phasin, & in Ponto. Evadit & vetustate tale. *Dulcissimum* in Mysia superius diximus. *Fætidum* custodia evadit. Farina milii adulteratur. *Fætitium*, ex nuce Indica, & vulgaribus siliquis, quas Græci *κέρεια* vocant, paratur, qui Troglodyticam Arabiam incolunt, radices Zingiberis recentes in eo conservant. Mirum verò quod Eudoxus Cnidius apud Apollonium refert, Gyzanteres Africæ supra Sirtin & Carthaginem gentem, apum more flores colligere, & mellificium exercere, felicitate pari. Diodorus Siculus mellis conficiendi rationem Curetes primos invenisse author est.

APPENDIX II.

De Cera.

CERÆ nomen à Græcis sumptum est, *κέρως* his dicitur, seu à *κεράνειν*, quod curare est. ut Isidoro placet; seu à *κακέρωσι* *ραδίως* quod favis ignis calore liquatis fiat; seu ab Arabico *قز* quod ceram Arabibus, ut murum seu parietem Ebræis significat. Et certè favorum ceræ sunt ut parietes, intra quos *μελισσαγάς*, liquidum mel stipatur. Dicitur & *μάλθη* Galeno teste, quod vocabulum quidam emollitæ tantum attribuunt. Potest tamen & duræ imponi.

Ex lachryma arborum ab Apibus confici, Aristot. prodidit. Ex omnium arbor. satorumq; floribus confingi Plin. rumice & echinopode, seu equinopode, (quidam tribulum, alii echion, nonnulli spinæ quoddam genus intelligunt) excepta. Addit. *Falso excipitur & spartum*, (genista, iisdem locis quibus & juncus sterilis nascens) quippe cum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiunt. *Falso & oleas excipi arbitror*, (alibi verum id esse affirmat) quippe *olivæ proventus plurima examina gigni certum est*. De Lamplana apud Columellam habemus. Modus elaborandi apud Aristotelem extat. Perreptant flores primum primis pedibus, quos leviter affingunt; tum in medios sese abstergunt, & affricant: tandem verò tincturam florum aqua

D vel

Monf. l. 1.
de Insect.
sr. p. 28.

Strab. Geogr. l. 9.

Xenoph. de Cyri exped. l. 4.

Strab. l. 11.

Scal. Exercit. 132.

Gal. de An. tidot. l. c. 2.

Strab. Geogr. 11.

Nomencl.

Arist. H. A. l. 3. c. 21. Descriptio

Plin. H. N. l. 11. c. 8.

Plin. H. N. l. 21. c. 12.

Arist. H. A. l. 9. c. 40.

vel saliva sua laboratam, & compactam, in cruscula posteriorum pedum dextrè & celeritèr deponunt, & magnitudine formaq; lentis collectam, onustæ ad proprios lares redeunt, ut Moufetus exponit: Quomodo ex-

Colm. R. R.
l. 9. c. 16.

primatur Columella exposuit. *Expressa, inquit, favorum reliquia, posteaquam diligenter aqua dulci perluta sunt, in vas æneum conjiciuntur: adjecta deinde aqua liquantur ignibus, quod ubi factum cera per stramenta & juncos defusa colatur, atque iterum similiter de integro coquitur, & in quas quisq; voluit formas, aqua prius adjecta defunditur.* Brevius ita Plinius. *Cera fit expressis favis. sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, 4. die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vas melle circumlitis.*

Plin. H. N.
l. 21. c. 14.

Locus.

De Loco non est quod multa dicamus. Habetur ubi & apes. Coris olim tam copiosa, ut Romanis tributum loco centum millia, (ducenta posuit Livius) pondo persolverint. Ex Russia & Moscovia in universam ferè Europam defertur. Ad Mombazzæ urbem ingens eiusdem vis. Livones olim purgamenti instar reieçisse, à Crantzio proditum. Eiusdem usum & fluvii Senegæ accolæ ignorant.

Crantz.
Vand. 16:
c. 9.

Natura.

Ad Naturam spectat, quod calore Solis candescat, cum caro nigrescat: quod coacta opaca sit, liquida pellucescat: quod facillè calore emolliatur; & denique, quod cum oleo facillimè, cum vino & aqua difficulter confundatur. Causas in Aldrovando vide.

Vsum nobis præstat eximium, in Medicina, scribendo, pingendo, sigillando, imaginibus, conglutinando, lucem præbendo, & aliis. In medio quodammodo est calefacientium, refrigerantium, humectantium & siccantium. Habet aliquid emplastici & crassarum partium, ut Galenus scribit. Ideo reliquorum medicamentorum materia efficitur, et ad emplastrorum, & ceratorum compositionem adhibetur. Præbetur dyfentericis cum pomo asfato. Nervis & tendonibus denudatis

Galen. de
simp. l. 7.

applicatur. Linteo in cera intincto, & calidissime appposito, juncturarum ex frigore dolores tolluntur. In Ictero cum ovi vitello ad duritiem cocto, aliquot granis cröci, & syrupo absynthii, pillulæ ex eadem laudatissimæ. Valde sitim excitant. Dat & oleum, in diuresi, & tumorum emolitione eximium, cuius præparationem apud Chymicos vide. De Adulteratione & Coloratione alibi dicetur, sic & de aliis usibus.

Genera ceræ dantur aliquot. Est *Nativa*, est & *Factitia*. Habet Aldrovandus *Indicam*, colore flavo, viridi, rubro, & nigro, lapideæ prorsus duritiæ, quam ex lacca conficiat Acofta discimus. *Laudatissima* est recens, subpinguis, pura, odorata, halitum melleum referens, Pontica aut Cretica.

Differetia.

Dios. M. M.
2. c. 76.

Pontica, si Galenum sequimur ob flores absynthii amara est. Plinio *optima que Punica dicitur*, (candidissimam omnium Dalechamplus facit) *proxima quam maximè fulva, odorisq; mellei*, (hinc Cicero, unguentâ gratiora esse quæ ceram quam quæ crocum redolent, scripsit. Sic omninò legendum, non terram) *pura, natione Pontica, quam constare, addit, equidem miror inter venenata mella. Deinde Cretica, plurimum enim ex propoli habet. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. Alba, seu candi-*

Plin. H. N.
l. 21. c. 14.

*da, quam quidam virgineam vocant, quomodo fiat Dioscorides & Plinius prodidere. Ventilatur, inquit hic, sub dio sæpè cera fulva. Deinde fervet in aqua marina ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id est, candidissima quæque, transfunduntque in vas quod exiguum frigidum habeat. Et rursus marina decoquunt separatim: dein vas ipsum refrigerant. Et cum hac ter fecere, juncea crate, sub dio siccant Sole Lunaque: hac enim candorem facit. Siccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit post insolationem etiam incocta. Scilicet. Tollitur ita à cera mel, eæque partes exspirant, quarum tenuitate color conficitur. *Eximudzelej* mel ab igne, inquit Scaliger. Venetiis candidissima habetur. Talis & *Tarentina* fuit. Adulteratur therebinthina.*

Scal. Ex.
325. 12.

binthina. Inalbescit & tractando. Vnde $\alpha\epsilon\iota\tau\omicron\kappa\eta\rho\varsigma$ λευκοπάτης Aetio dicitur; & $\phi\alpha\upsilon\omicron\rho\iota\kappa\alpha\iota$ ζεν Phavorino inalbescere. Sed & $\kappa\alpha\pi\upsilon\epsilon\iota\delta\iota\alpha$ tractadicuntur, quod manib. tractata albescant. Medicis utilissima est, & commendatur à Paulo ad psoram. Vsurpatur & ad excipiendos pulveres in masticatoriis, & quidem factitia, qualis Tyrhenica fuit. Convenit renib. inflammatis. Paulus $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\epsilon\ \pi\rho\sigma\phi\epsilon\iota\kappa\eta\rho\varsigma$ meminit. *Flava* ob aëream ex melle naturam magis emollit, relaxat, & dolorem solvit. Frequentius liquefacta terrestrem naturam contrahit. Ideò recens & nova adhibenda, *Virginem* vocat Hollerius, à juvene Apum populo elaborata. Actuarius propolia esse dicit. Commendatur ab eodem in ceratis. *Viridis* in Ægyptiacis numerat inter medicamenta purgantia Hollerius, vel mollita oleo imponitur. *Nigrescit* cera, addito chartarum cinere sicut anchusa admista, *rubet*. Colligitur tamen & in Moluccis insulis & America naturaliter nigra. Mirum quod scribit Aristoteles tepefacta junior. boum cornua in cera flecti: nec sentire dolorem pedum, si ea inungantur.

Holler. In-
fir. Chir.
l. 6. c. 7.
Plin. H. N.
l. 21. c. 14
Arist. H. A.
l. 8. c. 7.

Propolis.

Addere aliquid de *Propoli* & *Erythace* placet. Illa dicitur quasi *suburbana*, quod præ forib. alvei ab apibus ædificetur. Græcis aliàs $\sigma\mu\eta\eta\iota\omicron\nu\omicron$, $\sigma\alpha\mu\upsilon\lambda\iota\varsigma$ & $\alpha\gamma\epsilon\sigma\tau\omicron$. Scribonius pro cera virginea accepit: pro fæce alvearium Sylvaticus. Bellunensis sorditiem parietum vocat, & pro Bdellio adhiberi. Nonnulli ab arborib. stillare contendunt, alii primum esse favum: Dicere, crassiorem quandam esse materiam, inter commosin, quæ Aristoteli *Mitys*, $\mu\iota\sigma\sigma\acute{\iota}\kappa\eta\rho\omicron\nu$ & ceram mediam, flavescentem, odoratam, styracem referentem, & in mastiches modum ductilem. Cordus apud Mousetum, lachrymam esse, arborum gemmantium oculis innascentem, scribit. Collectam, circa vestibulum alveorum ab apib. suspendi, contra iniurias frigoris munimentum. Quatuor eius facit species. *Prima* è nigra tantum populo colligitur. Ægyrinam vocant. Tractatu est mollis, visci instar, colore

Mouset.
Theatr.
Insect. l. 1.
c. 6.

flavo, odore iucundo, somnifero, & styracis æmulo: sapore populneis gemmis respondente. *Secunda*, ex betula, eandem redolet, colore inter flavum, cinereum & subviridem medio, ductilis. *Tertia* ex Alpinae populi lachrymis colligitur, eaque rara. *Quarta*, ex his omnibus eaque mixta. Desitum jam est ea uti. Apiarii exemptis favis confundunt: & cera, quæ Avic. *Mum nigrū*, nihil aliud est quàm quoddam post decoctam ceram fundum petens sedimentum. Resolvitur oleo veluti cera, sed præponderat, & fundo illabitur. Syncera & odoratissima optima. Fusione in aquam facile à cera seiungitur. *Cretica* & *Passidica*, quòd maior illius pars à styracis & ladani pinguedine colligatur. *Vsum* si spectes vitiosam materiam ex alto elicit. Celso inter anatomica recensetur. Aëtio calefacit, discutit, maturat, extergit. Varro propter multiplicem usum, multo carius in sacra via, quàm mel ipsum venditam scribit. Inde fortè *Cera sanctæ* apud Lar-

Varro R. R.
l. 3 c. 16.

Erithacam Aristoteles *Sandaracham* Erithaca: & *Smerion*, alii *Cerinthum* vocant. Ductioribus est *Vernilago*, quibusdam à tempestate *Vernix*. Rusticis Lombardis, apud Niphum. *Carbina*. Diximus de eo ex Plinio supra. Varro gluten esse vult, quo favos extremos apes inter se compingunt. Mira ei vis eliciendi examina. Vbi volunt examen considerare, ramum erithace, addito apiastro, oblinuat. Virgilius *gluten* vocat.

Arist. de
plant. l. 2.

CAPUT II.

De Fucis.

FUcus à fucō, seu quòd sit fucata Nomen. Apis; seu quod fucum faciat, & Aldr. Hist. Insect. l. 1. c. 5. prætextu alvearia calefaciendi, mellificia absumat, dictus videtur. Αφάγμαι qui deducunt, audaces nimis sunt: ut & illi qui à furando, quamvis verum sit furari. Græcis est $\kappa\upsilon\phi\eta\iota\nu$ &

θρόναξ. κόβρε & epitheton est, ὅτι τὸ κεύθειν τὴν ἑαυτῶν ἄραν, quod aculeum, ut aliæ apes non exerat.

Descriptio Columella eos genus amplioris in-
Colum. R. R. cremēti appellat, simillimum apum,
l. 9. c. 15. Plin. H. N. atque inter gregalia animalcula col-
l. 11. c. 11. locat. Plinio sunt sine aculeo, velut imperfectæ apes novissimæque, à fessis ac jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi servitia verarum. Aristoteles quartum genus apum, sed perperam, nec enim mella faciunt, facit. Vulgari ape ferè duplo maior est: imò Regem crassiore & compactiore statura æquat. Duces essent, si aculeo instruerentur. Magnitudo ex vitæ instituto obtrigit. Nihil superfluitatum laboribus absunitur; & interdiu & noctu sese liquore melleo ingurgitant. Colore splendente nigricant magis quàm apes. Qui Fur, Aristoteli φῶρ, Hesychio φῶρ & dicitur, minor est. Plin. inter apes grandissimos nominat, nigros, lataque alvo, ita appellatos, quod furtim mella devorent.

Generatio De Generatione, variæ sunt opinion-
nes. Ex mulis putrescentib. nasci prodidit Hidorus, ex asinis Cardanus, ex equis Plutarchus & Servius. Sunt qui aliunde, ex cerinthi, oleæ, vel arundinis floribus portari credunt. Alii ex apibus degeneratione quadam fieri existimant, posteaquam aculeos perdidere. Nonnulli has ex fucis originem ducere nugantur. Quidam deniq; in mares & fœminas distinguunt, (sanè Varinus κηφήνας τὰς ἀρρένας τὰς ἀπερίκτας τῶν μελιεσῶν explicat) & coitu propagari contendunt. Aristoteles ex apib. longioribus & porrectiorib. prodire tam fucos quam fures affirmat, & quidem annis prosperis, quib. largior mellis copia speratur, abundante humore, quod & ex Plinio superius adduximus. Addit, seorsim gigni si Dux vivat: si obiit, in Apum loculamentis, & hos fieri animosiores. Minores verò ipsis cellas confingunt; nec eas sparsim per alveum, sed extimis & velut eiectitiis castris. Sic intra ternarium numerum, ratione generationis, totum Apum genus redegisse videtur. Duces & seipfos &

Arist. de gener. lib. l. 3. c. 10.


aliud genus gignunt: Apes fucos: fuci gignendi facultate destituuntur. Fœtus autem prout Apum, candidus est: ex eo vermiculi apum vermiculis minores exsurgunt.

Græcis quibusdam ἀσυντελής, ἀτελής, ἀλειτῶρηγῆτ & ἀσύμβολ & μηδὲν εἰς τὴν κοινὴν συμφέρον, fucus est: ideo Virgilius immunem ad aliena pabula sedere dixit. At quibusdam visum magno esse usui. Vivunt quidem, si mellificium attendas perpetuò ociosa: imò totum diem in mellariis cellulis latent; nocte, sopitis somno apib. opera invadunt & vastant alveos, ut Æliano proditum; sed si nos Bartholomæus Anglicus non fallit, regias mansiones, illasque magnificas, in apice & meditullio favi specioso cooperculo insignes, exstruunt. Tzerzes ὑδροφόρος Tzet. Chil. 8. facit: Columella feminibus, quibus Hist. 227. apes figurantur insidere scribit. Ad Plin. H. N. l. 11. c. 11. fovendam & educandam novem prolem adhiberi, exclusis proturbari: Colū. R. R. l. 9. c. 11. quæ omnia egregiè Plinius. Domos, inquit, primum plebeis exadificant, deinde regibus. Si speratur largior proventus, adiciuntur contubernia & fucis. His cellarum minima, sed ipsi majores apibus. Sunt autem fuci sine aculeo, velut imperfectæ apes, novissimæque, à fessis & jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi servitia verarum apum. Quamobrem imperant eis, primosque in opere expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fœtu quoque adjuvant eas, multum ad calorem conferente turba. Certè quò major fuerit multitudo, eo maior fiet ex aminum proventus. Cum mella cœperunt maturescere, abigunt eos: multaque singulos aggressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere conspicitur. Fucus ademptis alis in alveum reiectus, ipse cæteris adimit: Vel potius, si Aristotelem sequimur, cæteror. fucor. intus relictorum alas ipsæ apes comedent: ut malè Plinius, ἔτ & pro αὐταῖς legerit, & τῶν λοιπῶν ad apes retulerit. Sunt qui ex Aristotele favos in eodem alveo fingere tradunt. Manent enim maxima temporis parte intus, cumque exeunt efferunt sese fusim, in sublime, gyroq; volitant, & quasi exercitium faciunt, quo peracto, domum redeunt, & epulis

Ælia. H. A. l. 1. c. 10.

Tzet. Chil. 8. Hist. 227. Plin. H. N. l. 11. c. 11. Colū. R. R. l. 9. c. 11.

Arist. H. A. l. 9. c. 40.



Perla Libellæ

Schneider Graf-mätze Aldrov.



Libellæ

Moufeti Maxima



pulis perfruuntur. De *Antipathia* quæ
occurrunt, ex jam dictis petantur.
De *Furibus* hoc adiciere placet, adeò
fese aliquando replere, ut vix exire
aut resistere possint: sæpè in apum
cellulis parere: neque mel colligere,
nec ædes erigere: ingressos, verberari
& pro foribus semianimes relinqui,
sæpè morte affici.

CAPUT III.

De Vespiis.

Aldrov. de
Insect. l. 1. c. 6.
Nomen.

VESPÆ à Latinis nomen inditum
esse puto, non tam quòd vesperi
muscas capiat; vel vi petat & adoria-
tur; quàm quòd vesca, id est, gracili
sit pede. Græcis σφιζ & σφήκιον, aut à
σφίγγω stringo & gracilem facio, aut
ἀπὸ τῆς Ἀφροφαγῆς, quòd medio ita sit
dissecta, ut quasi hiare appareat, dici-
tur. Nicandri Scholiastæ sunt λευκο-
σπάδες, Suidæ δέλιδες & δέλιθες. Hefychio
ἀλῆται & πιασάλερες Gazæ, sed καταχρη-
στικῶς ἀνθρῆναι. Hæ enim potius Cra-

Descriptio bronnes dici debent.

Animal est gregale, annulosum,
oblongū, quatuor alis membraneis,
(quarum primæ maiores) præditum,
exangue, intus aculeatum, sex pedib.
instructum, colore luteo deaurato,
super maculas nigras triangulatim
positas, corpore toto transversim va-
riegatum, unde fortè Pollioni Ἀφροφ-
σφῆ dicebatur. Corpus medio pectori
tenuissimo veluti filo alligatur, ut
veluti elumbes & hiatulæ appareant.
Aculeum omnes gerere, Moufet. exi-
stimat. Var. eo ab Ape distingui putat,
quòd Aps sit brevior, còpactior, pe-
ctore ac dorso pilosis, capite oblon-
giore, acutiore rostro, minus colorata
alvo, annulor. lineis colore ruffis, &
nigris ut plurimū distincta, antennas,
sub oculorum regione locatas habet:
vespa verò longior, veluti quadam fi-
stula medio cohærentib. alvo & pe-
ctore, glabra tota, rotundiore & bre-
viore capite coloratior: & antennas
supra oculos gerit.

LOCUS.

Gaudent locis asq; eris, in iisq; magis

multiplicantur. Quædam tn. genera
quibusdam in locis, ut post dicemus,
non reperiuntur. In insula Nicelin,
Ortelio referente, mortem icu infere-
runt. In extremo polari climate fre-
quentissimas Olaus ponit. Condunt
& vespeta, cellulis & foraminib. ple-
nos in quibus nidificant & stabulan-
tur. Reperies ea in sublimi aliquãdo,
tectis, arborum truncis, montibus &
quercubus: aliquando sub terra, in
maceriis, cavernis & speluncis. Al-
drovandus & in leguminibus & in
humilioribus arbusculis conspexit.
Tria nobis idem dedit. Vnum ovale
sub nucis iuglandis arbore, terra ad
pedis altitudinem effossa: alterum,
subterraneum itidem, sed orbicula-
tum: tertium phialiforme. Prioris
hæcerat constitutio. Antrum, inquit
Aldrovand. seu foramen angustum t-
nempe ea amplitudine, qua singulis
pateret aditus in terræ superficie
conspicuum erat, à quo iter erat eius-
dem amplitudinis tendens ad Vespe-
tum, non quidem rectâ, seu perpen-
diculari linea deorsum tendens, sed
ad latera per cuniculos quosdã duo-
rum, plus minus palmorum interval-
lo, à primo (quod in summam humum
desinit) foraminis vestibulo. Hic ma-
iori & ampliori sinu terra excavata
est rotunda propè modum, ac ipsius
Vespeti ovali figuræ proportionem re-
spondens, ita tamen, ut inter Vespa-
rum domicilium, & telluris cava la-
tera, tantum sit spacii, quantum in-
gressuris sua penetralia vespis sufficit,
ad transeundum arcum illud ostio-
lum totius alvearis unicum, ad late-
ra collocatum. Hac scrobe aperta, ef-
fossaque vesparum ædificium, domi-
ciliumque apparuit, figura ferè ova-
li, altum ferè dodrantem, duas pal-
mas transversas medio latum, undi-
que ceu ovum testa, ita hoc mem-
brana corticea obductum, eaq; sub-
albida arenosa, simili licheni marino,
eiusdem cum favis substantiæ, non
ut Apum cerea, sed lignosum quid
habente, siliquisque tenuiorib. legu-
minū, seu lunariæ maioris bulbonaca
dictæ pericarpio, aut scabiosæ similli-

ina substantia. Huius superna pars, tecti vicem gerebat, & veluti tuguria ac mappalia culmine medio in conum fastigiato ab imbre undiquaque (cum forte incidit) defendebat, inq; parietum lateribus omnem hostilem incursum aditumque præcludebat. Infima basis fundamenti viceungebatur, denique undiquaque à sordibus, putredine turas reddebat. Hoc veluti putamine detracto seniavorum sese prodūt classes seu orbis, qui sibi mutuò ceu tabulata solaria, aut cōrignatione super ponuntur, ac imminet, iustoq; dissitē intervallo. Sed ne tabulata superiora in inferiora collabantur, fœtusq; premant, aut suffocent, singula columnis quibusdam sustentur, quæ non susque deque formatæ sunt, & constitutæ, sed à lata basi incipiunt, & ad concavam, seu pronam superioris tabulati faciē lato, ac protēso epistilio protendūtur, instar clavi utrinque capitati pollicis lati longitudine, ita ut fornices, & hypogæa videantur, infimi ac supremi orbis exigui, & angusti, medijs amplissimi, reliqui orbis mediæ amplitudinis. Singuli plurimis cellulis abundant sexangulis, in quarum quibusdam Vespa adultæ, in alijs fœtus juniores, attamen perfecti, & alati, alijs Vermiculi condebantur, qui omnes posteriori parte sursum siti erant, capite deorsum.

De altero nihil singulare occurrit. Phialiforme, erat collo angusto, contra ventre capacissimo, cui latus pediculus appendebat. Materia constabat subtili, membranosa, qua undique circumductum erat. Forfice per longitudinem dissectum, tres membranas, illasque inani spacio distinctas, per quas circumcirca percurrere poterant, exhibebat. Prima membrana, exteriorē minor, secunda amplior, tertia omnium minima conspiciebatur. In intimæ medio, septem cellæ eæque sexagonæ erant.

Victus.

Apollonio ἀμοεόροι, Aristoteli μολοεόροι, quòd crudis carnibus malisve maturis vescantur. Sed nec pyris, prunis, uvis, floribus fructibusq; varijs parcunt; nec ulmorum succo,

faccharo, aut melli. Muscas etiam grandiores venantur & amputato iis capite, reliquum corpus auferunt, ne apibus quidem parcētes. Serpentibus avidè vesci apud Plin. legimus, eoque alimento mortiferos ictus facere.

Plin. H. N. l. 11. c. 21.
Arist. H. A. l. 9. c. 41.
Plin. H. N. l. 11. c. 53.
Arist. H. A. l. 9. c. 41.

Sexum agnoscit Aristoteles. Majorēs & robustiores mares, instruunturque aculeo: minores imbecillioresq; fœminæ, & carent eo. Matrices vocari possent, nisi eas Arist. latiores, ponderosiores, crassiores, & vespis maiores poneret. Dari sexus, apud quosdam indicium, quòd, si vespa ex pedibus ceperis, & bombilare si veris, quæ aculeo destituuntur advolent, Coire visas fuisse, idem ipse scribit: alii ambigunt Vincentio, agrestes cum domesticis rem habent. De Generatione ita Aristotel. duob. locis. Primo, *Crabrones vespaque favos edificant pullis suis, si duce[m] habeant nullum, eumque palantes quarant. Ac crabrones quidem in sublimi loco: vespa in foramine: qua duce[m] habent sub terra. Horum item fœvi sexanguli, quemadmodum ut apum, compositi non è cera, sed ex corticea materia & araneosa. Ad cella latus deponunt fœtus suos gutta magnitudine, que parieti hærent. Non omnibus in cellis tamen simul fœtus est: sed in quibusdam adeo grandes, ut etiam volare possint: in alijs nympha: in alijs vermiculi adhuc. Quibus solis subest sterco, sicuti etiam in apum genere. Ac quandiu nymphae sunt, neque moventur, & obducuntur folliculo. Altero.*

Duces ubi cepere locum conspicuum, in eunte estate fingunt favos: & constituunt, quæ vespeta vocantur pusilla. Puta, quaternis ostioli, aut propè modum: in quibus vespa oriuntur non autem matricēs. Quibus adultis, de integro, præter superiores telas, alias majores construunt: atque his adultis alias. Adeo ut ad finem Autumni plurima & maxima vesparia sint. In quib. dux, quæ matricem nominavimus, non amplius gignit vespas sed matricēs. Oriuntur hæ grandiorū vermium specie in quatuor aut non multo plurium inter se continuatarum superior: cellar. labris summis. Plin. addit. Fœtum ipsum inaequale & barbarum alium evolare, alium in nympha esse, alium in vermiculo. Et autumnō non vere omnia ea. Maximo numero matricēs oriun-

Arist. H. A. l. 9. c. 65.
Scal. edit.

Plin. H. N. l. 11. c. 21.

riun-

riuntur, si anno proximo vesparum & imbrium copia præcesserat. Vermiculi antequam in Nympham transeunt oblongi sunt, vermiculis in carne (*εὐλας* vocat Hippocrates) & in avellanis nascentib. non dissimiles; albicantes, incisuris notabiles, extremo corpore crassiore, linea nigricante per dorsum discurrente, sine pedibus non repentes, sed huc, & illuc se volutantes & moventes. Deposito fœtu, tenui quadam pellicula cellas obvestiunt, qua, ubi ad perfectionem ducuntur perfracta, egrediuntur in lucem, & à biduo volucres circumvolant. Oriri & ex putri certum. Ex equi cerebro nasci prodidit Pachymerius; ex carnibus, Plinius, Plutarchus, & Antigonus. Nasci ex asini corio, apud Isidorum: ex Crocodili sanguine vel cadavere apud Horum; ex putredine arborum & fructuum apud Albertum legimus. Ex senis cervi, capitis sub oculo terebrato osse concrevisse, Vincentius Belluacensis, ex vetustissimo quodam auctore tradidit.

Plutar. in Cleomene. Antigon. in Mirab. Plin. H. N. l. 11. c. 20.

Ætas.

Vitam quod spectat, matrices bimatum non superant: Operariæ una cum autumno finiunt ætatem. Imò, inquit Mousetus, utrum matrices si ve dices anni superioris, novellis jam procreatis ducibus intereant, una cum vespis novellis, idque simili modo semper eveniat, an amplius etiam tēporis possint vivere, multi dubium relinquunt. Agrestes vivaciores habentur. Vitæ brevitatem, tenacitas compensat. Nam si alvos à capite, hoc à pectore seiungas, ferient tamen, & quidem nec levius quàm antehac. Circulariter volant, quia cauda destituuntur. Cedunt tinunculis, hirundinibus, noctuis, taxo, & vulpi in cibum. Vulpes caudam in vesperum inserit: onustam, ad arbores alidit: & mortuis vespis vescitur. Pseudosphecam, quam solitariam vocat, sinistra apprehensam atq; annexam, (quæ prima eo anno capitur, maxime conducit) contra quartanam laudat Plinius. Mizaldus aquæ ex vespis stillatitiæ meminit, quæ tumores absque dolore excitet. Inflativum esse

Vitas.

Plin. H. N. l. 30. c. 11.

necesse est. Curatur ictus si contusas vulneri imposueris, vel emplastrum ex terra furnorum, aceto, & muscarum capitibus. Alii extra succum citrulli, folia teneriora filiquæ Plinii; salviam cum aceto; cretam in pulverem redactam, melissophyllon cum oleo, asparagum tritum cum melle; simum deniq; bubulum laudant: *intus*, succum sampsiuci cum bolo Armeno & agresta folia tenuiora lauri cum vino; Althææ decoctum exposita; rutæ vel melissophylli succum; folia eiusdem commanducata, etiam commendant. Si à *venenatis* ictus est, quod stupor, delirium etiam ostendunt, locus primò scalpello aperiatur; dilatatus fugatur, in sequenti cataplasmate ex terræ in qua vespæ nidificant rasura, cum aceto subacta: Inter *preservativa*, malva & althæa palmam tenent. Quomodo capiantur vide apud Mousetum. Inserviunt & ad *presagia*. Longam portendunt hyemem, si ante finem Octobris apparuerint: pluviosam ac frigidam, si multis in locis, ante Veigiliarum exortum; subterraneos specus glomeratim ingrediantur: ingentes imbres, si multæ autumno generantur. Scilicet, frigida cum sint animalcula, subterraneos quæ calent specus subeunt: & quia non nisi terra humida & vaporosa procreantur, nimiam humoris copiam, si copiose proveniant, indicabunt. Capuæ, ingens earum multitudo quæ in æde Martis confederat, hostium adventum; & & urbis incendium quasi præfagebat.

Steph. de A. grec. l. c. 8.

Theophrastus de sign. tempor. Aratus in Phenom. Theon in Comment.

Differentiæ vesparum sunt plurimæ Aristotel. *sylvestrium, domestica-rum, matricum*, seu *Ducum & Operariarum* meminit. Apud Plinium sunt *Ichneumiones, & Pseudospheca*. Apud alios occurrunt, *parva, magna, flavæ, Indæ, spuria, venenata solitaria, Laerta, Aculeata, non aculeata*. Aldrovandus duodecem species quas observavit descripsit, quarum icones damus. Mousetus duas ex Hungaria accepit, quæ etiam hic exhibentur.

Differentiæ. Arist. H. A. l. 9. c. 41. Plin. H. N. l. 11. c. 21.

Ferum illud & Sylvestre genus raturum est.

est. In montib. & sylvis nascitur: & non sub terra sed in quercu nidificat. Grandius est, porrectius, nigrius, varium, longius, fortius aculeatum. ictuque acerbis. Authores sunt, ter novenis punctis interfici hominem. Vivit toto anno; & hyeme, cæsa arbore, evolat. Hyemem in latebra exigit. Moufetus semel in sylva Essiensi cum vitæ periculo observavit. A toto examine obrutus fuisset, nisi aliquot genistæ ramulis sese defendisset. Varro pilosas magis facit. *Domestica*, quæ & *Cicures*, & placidæ, seu mitiores, minores sunt. Dividuntur in *Matrices* & *Operarias*; quarum illæ biennio durant, & majores sunt. Plinius clementes facit. Latior earum, addit, species: dubiumq; an habeant aculeos, quia non egrediuntur. *Operaria* in opere versantur, & matres pascunt. *Ichneumones*, minores sunt quàm aliæ, & unum genus ex araneis perimunt phalangium appellatum, & in nidos suos ferunt, deinde illinunt, & ex iis incubando suum genus procreant. Vocantur ita, quòd ἰχνη, exiles nempe & graciles videantur. *Pseudosphæca* caput, fuscum, duo breviora & gracilia in fronte cornicula; oculi magni, nigri, prominentes; os oblongum, bifurcum: pectus crassum ac prominens, quibus tres utrinque pedes affixi; scapulæ densæ, gibbosæ; corpus procerum, gracile, articulaturn; alæ fuscæ, duæ; pedes hirsuti, & colorem alarum assecuti.

Parnopes uvas tam maturas quàm immaturas exsugunt. Vnde ita dicantur, nescire me fateor. Noctuarum stridularumque præda sunt. πέμ-
 Nicand. in Φρήδων, Nicand. Scholiasti, est animalculum σφικτιῶδες, minus apæ, majus formica, aligerum, albo nigroq; colore varium. Montes saltusq; incolit, & è fruticum floribus melleos succos carpit, & in cavis quercubus stabulatur. Idem esse cum τενθρηῖν, aut τενθρηῖδωνι, non facile dixerim. Βέμειξ apud Nicandrum ex vesparum quoque genere insectum, μέλαν ἔχτην χροιάν, κέντρω χρωμένον, coloris nigri: aculeo utens: Vocatur, ni fallor, & βέμειξ. Nicander sylvestre & montanum facit. De par-

vis nihil singulare occurrit. *Ma-* Ardoyr. l. 2. de Veneti
gnarum, quædam capita nigra, & aculeos plurimos habent. *Flava* Ardoyno *citrina*, in duas divisæ partes, in medio tenuissimi ligamenti beneficio hærent. *Inda* sunt & domesticæ, quæ innoxia; & sylvestres, quæ virulentæ. Quas Ovidius descripsit, sunt corpore magno, colore luteo, ad album tendente, alis maculatis nigris, extremitate aliquantulum albicante. *Spuria* apum aut muscarum figuram obtinent. De *Venenatis* in sylvestribus & Indicis dictum. *Laerta* huc spectant, quia mortiferam plagam, ut *laerta* viperæ formicæ inferunt. *Solitaria* in muris & aggeribus congestis nidificant. Ante ostium foraminis lutosa ponitur porticus. Longitudo ejus duos quasi transversos digitos æquat: intus lævigato luto emplastratur. In *aculeatas* & *non aculeatas* distinxit Aristoteles.

De suis ita Aldrovandus. Quæ à Aldrov. de Insl. l. 1. c. 5. p. 202. edit. Bononiens. me observatæ sunt vespæ.

Prior vesparum omnium, quot quot observavi maxima est toto corpore atro, præterquam in superna alvo, ubi quatuor sunt maculæ luteæ, illæ sc. quas albasicon exprimit. Caput minus, quam in plerisque aliis à cervice distinguitur, in quo oculi non nihil lutescunt. Antennæ sunt magnæ, & latiores, quam in aliis, nigrae, nigri quoq; pedes, & hirsuti. Alæ argenteo, & aureo obscuro ad castaneum inclinante resplendent.

Secundum genus est vespar. minimarum, alis proportionè latiusculis, & oblongiusculis subflavi coloris. Corpore toto ex nigro ad castaneum vergente, sed zonis ex alvo flavis ad croceum inclinantibus distincto. Caput erat exiguum valdè, punctis duobus croceis ferè, supernè insignitum. Oculi nigricabant, antennæ nigerrimæ in extremo obtusæ. Pedes exigui, colore croceo.

Tertia magnitudine Vesparæ vulgari compar, vel paulò minor, sed tota atra, antennis, pedibusq; longissimis, capite ovali, alvo breviori, lineis exiguis transversalibus, subflavis distincta, tenui ligamento pectori annexa.

Alæ

Moufett.
de Insect.
p. 45.

Varro R.R.
l. 3, c. 16.

Moufett. l. 6.

Alæ vero argentæ, splendidæ, subrubris velut venulis percurrentibus præditæ.

Ex minimarum genere sunt *quarta* & *quinta*: quarum *prima* tota atra est, capite nimirum, pectore & alvo, quæ partes ferè æquè magnæ sunt, quod in aliis non observabis: Pedes quoque nigri sunt, & leves, antennæ item nigræ & exiles: Alæ fuscæ sunt. *Alter* capite item est nigro, rotundo: Huic antennæ breviores sunt, sed nescio quid velut tricuspitem exerit; pectore est angusto, qua capiti hæret latiore, ac lutescente, quæ alvo angustiore & nigro, alvo ferè rotunda, primo lutea, dein modo lutea, modo nigro varia. Alæ ad aureum colorem accedunt.

Allatam ad me eam, quæ *sexto loco* depingitur, propter miram capitis formam. Simiæ quodammodo aspectum æmulantem, Vespam sinuformam nominavi. Tergore est crasso, rubicundo: rubicundo it. vertice, oculis nigris, maiusculis, infra linea semilunaris, ceu os constituit. Alvus it. crassa est, sed tenui pellicula tergori adhæret: Anterius nigricat, in extremo candicat, punctis transversalibus nigris. Alæ fuscæ, sed perperam duas tantum pictor expressit.

Septima inter magnas & parvas ambigit, tota atra, sed maculis undique aureis, aut flavis interstincta, iis autem, quæ in expressa icone albæ apparent. Pedes non ut in aliis Vespis, tenues, sed crassi respectu corporis, quod compactius est, colore subcroceo antennæ a terrimæ, exiles, & breves, Alæ cinereo luteo.

Octava icon, Vespæ est imperfectioris, quam ut posset volare, seminymphæ adhuc, ut ex nymphæ recens orta. Corpus ex albo ad luteum vergere incipit, nondum maculis distinctum. Est eius generis, quod decimo subinde loco depingetur, nimirum favis insidens.

Nona pectore est longissimo, alvo mediocris longitudinis, ita invicem hærent, ac si duæ diversæ essent Ve-

spæ. Tota flavo & nigro colore alternatim constat, pedes & antennæ sunt longi, sed valdè tenues, coloris ferruginei. Ferruginæ quoque alæ sunt quatuor, quanquam tinæ tantum sint depictæ. Caput quoque luteo, & nigro colore variat.

Decima eiusdem omnino cum novissimè descripta coloris est, sed breviori pectore. Vespeta talia quali insidet, ferè edificat, vel ad fenestras, vel ad arborum ramos, vel alicubi alio in loco.

Undecima elegans genus sylvestrium vesparum est, alvo miniacei coloris; sed annulis nigris, & nigra podicis extremitate. Alas habet quatuor, oblongas, sed angustas coloris ferè cinerei. Pectus, & dorsum nigricant, & ad ferrugineum vergunt. Caput eiusdem est coloris, rotundum, exiguum: antennæ verò longiusculæ, nigræ in extremo acutæ.

Duodecima tota est coloris fusci, ad atrum vergentis, pedibus longiusculis, longis item antennis: capite, & alis non nihil ad ferrugineum accedit.

Decimotertio, ac postremo loco depictum Vespis congener judicavi, quanquam revera nondum didicerim an favificet. Corpore ex proce-ro, nigro, & flavo coloribus vario, tenui. Alas pictor duas expressit, sed nunquid vel duas, vel quatuor habeat, ut quod res est dicam, ignoro. Capite interim Vespas potius, quam Muscas refert. Antennæ in extremo obtusæ sunt. Pedes sublutei. Mufeti Hungaricæ, quas Vienna accepit, dorsis erant luteo atroque variè pictis; Corniculis huic pilosis, illi glabris; tertia penè parte vespis vulgarib. majores.



CAPUT IV.

De Crabronibus.

DIVERSUM à Vespis Crabrones genus pono, quod in corpore tantum discriminis appareat. Nec placet ab Aristotele & aliis abire, qui diversis capitibus de iisdem egere.

Nomen. *Nomen* ipsi apud Latinos vel à Crabra in agro Tusculano, ubi per frequenter sunt; vel à cabo, seu caballo, ex quo creantur, ut Isidoro visum, obvenit. Scaliger à craceo deducit, à quo Craber & Crabro: alii à κρέας caro & βόσκεις cibus, quòd carnibus vescantur. Græcis est αὐθῆνη, fortè quòd icu carbunculum excitet.

Descriptio Duplo vespis sunt maiores forma proxime ad easdem accedunt. *Alis* instruuntur quatuor, quarum externa internis duplo minores, & humeris obscure fuscis & castaneo colore tinctis, affiguntur. *Pedes* habent sex, eiusdem cum pectore & humeris coloris. *Caput* oblongum, croceum. *Oculi* sunt propenduli *κελευροειδῆς*, inter quos antennæ duæ oriuntur, falcis æmulæ, eiusdem cum pedibus coloris. *Venter* tenui quasi filo humeris annectitur: cuius anterior pars media, fusco colore, & cingulo croceo notatur: posterior, tota crocea videtur, octo fuscis punctulis notata, una cum triangulo parvo, incisuris præterea quibusdam in utraque parte existentibus, quib. se extendere & contrahere pro lubitu possit. Iuxta ventrem maculas utrinque quatuor nigras habet, & in *cauda*, aculeo longo, robusto, & maxime venenato armatur. Hoc inter crabrones & vespas intercurrit discriminis, quòd vespis sint maiores, alvum minus gracilem habeant, eiusque pars, quæ tenui ligamento thoraci annectitur, multò fit latior; thoraxque compactior.

Locus. Favos (*αὐθῆνη* Suidæ) sub terra, quam formicarum instar egerunt, faciunt: duce ab alveis aberrante, sublimia & arborescunt. Ideo Plinius in cavernis arborum de eger scripsit.

Arist. H. A.
l. 5. c. 23.
Plin. H. N.
l. 11. c. 27.

Nidos ad amussim omnes ferè sexangularès ædificant. Exterior facies candidis ferrugineisque segmentis distinguitur: materia membranacea est, & betulacei corticis per æstum in laminulas fatiscantis per æmula. Lenita quadam saliva, & gommosis foliis, plurib. ob prolem tabulatis adauæti eleganter poliuntur. Duos Aldrovandus observavit, de quib. ita scribit. Inveniuntur quinque aut senis, & ut plurimum sex ordinibus, seu tabularis constructi, cuiusmodi is erat, quam agricola meus, cum quercum per medium ferra divideret, offendit: cuius cacumen in superna trunci cavi parte situm, recti locoungebatur, substantia membranacea betulæ mediano cortici simili, quam ex populi nigræ & salicis ligno putrilaginoso, ac pulverulento ab exedente carie, humore glutinoso iis peculiari, compingere dicuntur: nec ea contigua, & solida est, unica veluti membrana constans: sed pluribus: ita ut lancelle plures sibi mutuo adhærentes videantur, in eo, quòd inter ipsas intercedebat interstitio, rotundos quosdam ductus canalium modo seu fistularum continuo ad fundum, seu ultimum orbem via, effinxerant, per quos supernæ deorsum ferri possent, in fundo autem cortex, quo totus alveus circumvestitur, parulo aditu deliscebatur, utpote per quem alvei penetralia subeuntes, ad singula tabulata ascendunt, inerant enim, & singulis tabulatis sua foramina satis ampla, per quæ in singulas cellas singulæ se recipere poterant. Observavimus quoque alveum tam prudenter ab his fuisse conditum, quam ab aliis quibusvis, aut apibus aut vespis, nam superna arboris cavæ parte uno latere, in quod nonnihil parte superiore reclinabat, suspensus erat, eo situ, ut cellularum oscula deorsum propendentia fundum antri arborei spectarent, & crabrones ac eorum Nymphæ, & vermiculi capite deorsum tanquam ruituræ conderentur, nec id aliam ob causam quam ut ab omni aëris iniuria, & quæ desuper in ea arbore incidere

Aldrov. de
Insect. l. 1. c.
c. 7. p. 229.

videre poterant, pluvia, aliisque ut pote adrepentibus tutiores essent. nam si cellulae ea parte, qua patent, caelum spectassent, magnis certe incommodis obnoxii fuissent, singula autem tabulata ejusdem erant materiae, cuius cortex exterior versicoloribus lineis albis dico & ferrugineis, tanquam segmentis interstincta. Reperiuntur nonnulli quoque alvei Crabronum maiores multo, quam praedicti, & septem tabulatis exornati eiusmodi rure meo in tuto reperi trahi appensum, altitudine duorum dodrantum circumferentia, quinque iisdem lineis aut cum superiori eminentibus albis & ferrugineis, tabulatis rotundis tanquam orbibus, cellulis plenis, digitorum transversum altis, quae digitorum duorum latitudine a se invicem distabant, ad facilem singulis ingressum; haec columnis optimè erant fulta, in superiore huiusnodi parte foramina erant maiora, in quibus parentes degebant, in inferiori minora, in quibus filii.

Victus.

Quia Cibum in favis per hyemem non recondunt, ideo jejuni tum latent, & plurimi moriuntur. Vescuntur muscis maioribus. Captis caput abscindunt. Uvas corrodere vel inde constat, quod autumnis tempore frequentes vites circumvolitent.

Arist. H. A. l. 9. c. 42.

Carne quia magna ex parte, Aristotele teste vivunt: ideo in stercorebus saepissimè versantur. Aves ubi caperint, accipitrum ritu, caput primo vulnerant, deinde abscindunt. Penius in Petropoli, in publico urbis vico, passerii accidisse vidit. In India oleum, butyrum & reliquos cibos infestant, ut nihil intactum ferè relinquunt.

Generatio
Ovid. Metam. l. 5.
Landus de Num. vet. Aristot. de Gener. l. 3. c. 10.

Ex equorum cadaveribus oriri, plerumque cum Ovidio, sentiunt: ex asini cerebro Landus; ex duriore carni equi parte, ut vespas ex teneriore Moufetus. De Coitu ita ex Aristotele & Plinio Aldrovandus. Quod (verba sunt Aristotelis) ad generationem, cognatorum iis (Apibus) animalium pertinet, ut Crabronum, Vespasumque, similis quodammodo

ratio est: sed defuit his locuples naturae dotatio merito. Nihil enim apum genus habent divinitatis. Generant, quippe matricibus vocatas, primosque favos confingunt. Generatione verò coeundo inter se finguntur. Visus est enim saepè eorum coitus. Fæturam autem Apum modo instillant ad latus cellularum favi, & parietibus admovent. Sed quemadmodum Vespasum fœtus, ita quoque Crabronum haud est aequalis, nam aliis cellis grandiusculus inest, ut queat volare, aliis Nympha, aliis adhuc vermiculus. Excrementorum vermiculis tantum ut & in Apum genere est. Nam ut ait Aristoteles, Apum & Crabronum & Vespasum vermes, quamdiu recentes sunt: tantisper & stercus emittere videntur: at cum formae lineamenta receperint, sub qua facie Nymphae appellantur; iam neque cibum praeterea coquunt, neque ullum reddunt alvi excrementum, sed coerciti, & contracti quiescunt; nec ullo pacto movere se patiuntur, usque dum species destinata perficiatur, quo pacto evolat proles rupto quo continebatur folliculo. Cæterum quod fœtus inaequalis sit, Plinio quoque traditur. Fœtus (inquit tam de Crabronibus quam de Vespis) ipse inaequalis est & Barbarus (alii legunt ut Barbaris) alius evolat, alius in Nympha est, alius in vermiculo. Et autumnis non Vere omnia ea. Plenilunio maxime crescunt. Mellis quoque paululum quantum gutta, in cellis Crabronum è regione parari scribit Aristoteles, Schadonesque huius generis non vere, sed autumnis fieri, crescereque plurimum plenilunio.

Vespas amici sunt. Ideò percussis à Scorpionibus, nec à Vespis, nec à Crabronibus feriuntur. Muscis inimicos esse de victu dictum. Inter Caniculæ & Arcturi ortum, apibus prodeuntibus ante alvearia plerumque obsidantur. Iuvencis quoque sunt infestissimi. Melis plenio illorum antra ingreditur, totamque familiam destruit.

E 2

De

Natura.

De *Natura & Moribus* pauca occurrunt. Ducem unum habent, magnitudine corporis maiorem, eumque impensè amant. In singulis hic eorum alveariis oritur, contra

Arist. H.A. l.9. c.42. hostes foris pugnacissimus; facillimus domi erga subditos. Nulla fit examinis, ut inter apes emissio; novella profapia sinu parentum fovetur, & ad illius conservationem plures contignationes superstruuntur. Amplificant, inquit Mousetus, maiorem in modum favos, & jam ex valentiore quodam grege, qualos tres aut quatuor favorum plenos excepimus. In cellis parum mellis quantum gutta è regione prolis paratur. Maiorem quam Vespæ inter volandum sonum edunt. Cicurationem non admittunt: & tantæ sunt malignitatis, ut, Syrio præsertim orto, ter novenis ictibus, hominem, imò & Equum interficiant. Haud remerè sine febre esse, dixit Plinius. Remedia in Vespærum historia posuimus. Maiore duntaxat quantitatè, hic exhiberi debent. Si luce crepera; sapius nidos intraverint, quasi se occultaturi; pluviam & ventos expecta: serenitatem proximæ diei, si vespèri numerosiores obvolitavere. Ieiunos per hyemem latere, superius dixi.

Avien. in Carmin.

Vfus.

De *Vsu* nihil habeo quod dicam, nisi quod Mizaldus prodit, aqua destillationis eorum; cutim attractam, in tumorem attolli. Mentiri sic imprægnationem coram amasiis meretriculas.

Differentiæ.

Nec de *Differentiis* quicquam occurrit. Quæ hic de Tenthredine, Tenthrene, & Pemphredine Mousetus habet, in capite de Vespis allata sunt.

CAPUT V.

De Cicada.

Aldrov. de Inf. l.2. c.13

Hactenus de Anelytris quadripennibus membranaceis, favificis dictum: jam de illis quæ non favi-

ficant agemus, & primum de Cicada. Nomen apud Latinos invenit; seu Nomen. quod cito quasi cadat & evanescat; seu quasi κικαδων. Apud Græcos pro regionum, sexus, ætatis, & magnitudinis ratione, varia obtinuit. Generaliter vocatur τέτιξ, Eleis βάσαν, Sidetis σειγάρ. Ponticis βότραχ, Cretensibus σύμφυγον, Suidæ popularibus ἐρη, quod rorem exugendo vivat. Fœmina non vocalis Æliano est κερκώπη & καλαμαία: Athenæus tamen simile cicadæ animal credit. Novella, κίκκα & κίκκα, parva καλαμαία, καλαμίδας & κερκώπας alii dicunt. Τεττιγόνια etiam Cicadastras significant, ut apud Cælium legimus. Epitheta apud authores plurima invenies. Dicuntur πελαλίδες à volando: πετραπτελυίδες, quod quatuor pennis in aere remigent: ἀμήτροι, quod nimio cantu se oblectent: φιλομεροι, quod tempestate pluvia plurimæ nascantur: ήλιομανείς, quod insano solis amore capiantur: αἰθαλίονες, πορθητό αἰθε.σαι ὑπὸ τῆ ήλίου, quod à sole comburantur: κυανόπτεροι, quod alas cyaneas habeant. Virgilius querulas & argutas dixit. Nemesianus æstivas: quidam graciles dixere. Pontanus Choralistrum vocavit, quod alternatim & chori instar canat.

Athen. Diapros. l.4. Hesyeb. in Lexic.

Virg. in Culic. Nemes. in Eclog.

Descriptio.

Vulgares ita Mousetus descripsit. *Vulgarium caput pronum, magnum videtur; & pentagonum imitatur, lateribus inæqualibus finitum. Colore est viridi nigricante; (Aldrovandus superiorem corporis partem nigram ponit, inferiorem ad nigrum vergentem: unde & Martial. nigram fecit.) utrinque tumulos duos obtinens, ejusdem coloris, sed ovalis figura; & margine quadam fusca circumseptos; fusca item linea tumulos secat medios, mediumque caput jota litera nigerrima dividit. Oculos habet ex fusco non multum viridantes, prominentes quidem & magnos pro corporis ratione: (immobiles adde & lucidos) ut mirer Nigidium, qui cicadis oculos negavit, eos non vidisse. Supinum caput sive facies, diluto ex albo viridiusculum apparet. Inter insecta omnino in hoc animalium genere una, ore caret: habet tamen prolixum quid, compactum, indivisumque intus plerumque conditum,*

Mart. l. 1. Epig. 216.

Arist. H. A. l. 4. c. 30. *Plin. H. N. l. 11. c. 37.* *conditum, quod veluti promuscis, tum oris, tum linguae usum supplet, denis striis transversis affabrè canaliculatum.* (Plinius linguam fortè appellavit: figuræ est triangularis, coloris castanei.)

Corpus capiti brevissimo collo, vel potius nullo annectitur: Scapule, ex viridi & nigro maculatæ; pectus viride

Mart. Epig. l. 3. ep. 93. *magis albicat,* (durum hoc, idè Martialis vetulas, pectus Cicadæ habere dixit.) è quo tres utrinque pedestibiaque erumpunt prassini coloris. (Aldrovandus subtilissimos, & in fine asperos, ut arbores conscendere possent; addidit) Venter, in maioribus duos digitos transversos aequat, latitudine unum: interna ventris pars, peltam refert in apicem desinentem, & limbo duodecem tredecemve articulis constante cingitur: intus incisuræ aliquot apparent concolores ventri, caudamque extremam mares, id est, minores, fissam habent; fœminæ contrà integram. Dorsum nigricat, septem vel octo lineis & incisuris virentibus, transversim ductis ornatum. Alæ pulcherrimæ, argento illitæ, navisque fuscis & maculis cum ornatu pictæ, externa internis duplo longiores sunt, marginisque variegatæ. Membranæ quia sunt, idè *ὑμεροπέροι* vocantur. Peninarum illis natura quæ apibus, sed pro corpore amplior, dixit Plinius.

Locus. Arist. H. A. l. 5. c. 30.

Non visuntur in septentrionalibus regionibus, quod frigus averfentur. Nec apud Cyrenam in campo ullæ, cum circa oppidum multæ proveniant. In nemoribus umbrosis frustra quæras. Ideo oleas, quia minus opacæ ambiunt. Nullas in Gecala agri Nolani monte, nullas Neapoli proditum: seu Maronis magia id factum, ut Nipho placet; seu incolarum industria qui atcere norunt, seu terræ ipsius genio. Scio quid signis & scripturis, quæ *σοχηα*, adscribatur. Copiosas Italia, Narbonensis Gallia, & Ægyptus ferunt. Mirum verò, in

Plin. H. N. l. 21. c. 27. Milesia regione paucis esse locis. In

Aldrov. de Ins. l. 1. c. 13. Cephallenia amnem quendam penuriam earum & copiam dirimere. In Dulichio maris Ionii insula idem observatum. Vesuvium, qui agrum

Nol. l. 1. c. 1. Nolanum à meridie claudit eas necire; Abellam, quo monte idem ab

Arcto sepitur, plurimas producere. De mutis & vocalibus in Differentiis agemus.

Rore vesci, præter Aristotelem, Theocritus & Virgilius prodidere. Excitata, cum subvolant, inquit Plinius, humorem reddunt, quod solum argumentum est, rore easdem ali.

Quia verò ore carent, quiddam aculeatum linguis simile pro eo habent, & hoc in pectore est, quo rorem lambunt, Antonius ab Altomari ex fra-

xini & Orni præcipuè ramis corticibusque lachrymam fugere dixit. Ex herbis vel de herbis more papilionum id facere, probabile est; tum quod jejunæ semper & inanes reperiantur, tum quòd nihil excernere

conspiciantur; nisi fortè ubi plusculum roris absorpsere, superfluum eius partem, ut rustici notarunt, removendo eijciant. Aristoteles tamen

alimentum Cicadarum, in ipsa corporis humiditate situm esse, opinari videtur: foramenque se conspexisse dicit, per quem aquosum qui in ventre continetur humorem, eiiciunt.

Ex Cuculorum sputo nasci fabulatur Isidorus. Provenire & ex putri, verisimile est. Vidit Baldus Angelus sub quercubus ratoribus, imperfectas, forma solita, albas, & sine alis effossas, cum terra non culta, & ad Orientem obversa foderetur. Novimus & Anguillas ex limo nasci, quæ postea more ceterorum animalium generant: & circa Ægyptias Thebas post vehementes in æstibus pluvias, universa arva soricibus impleri, Basilii prodidit. Sed & lutum, si non debito tempore proscindatur, Cicadas proferre, testatur Paracelsus, & antè eum Hesychius. Ordinariè per coitum generant. Coitus supinis: masque inserit in fœminam, quæ genitali reciso, recipit quod à mare injicitur. Asperitate quæ in dorso, excavant fœturæ locum in terra. Quapropter magna Cicadarum, in agro Cyrenensi copia est. Pariunt & in squillæ caulibus: & in arundinibus quibus vites eriguntur, nidos fœturæ cavant. Ova alba deponunt;

Victus.

Arist. H. A. l. 5. c. 30.

Virg. Ecl. 5.

Altom. l. de Manna.

Arist. H. A. l. 4. c. 7.

Arist. de part. anim. lib. 4. c. 5.

Generatiō Isidor. in Origin.

Basil. in Hexam.

Plin. H. N. l. 11. c. 26.

nunt. Fit primò vermiculus: dein ex eo, quæ vocatur, Tettigometra, (theca est, aureliæ papilionum simili) cujus cortice rupto, circa solstitia evolant, noctu semper: primum nigriæ atque duræ. Tettigometra in eo à Chryfalide differt, quod in hac nulla sit partium distinctio: in illa, caput, oculi, pedes, cæteræque partes exceptis alis, apertissimè conspiciantur. Color ei subalbidus, sed qui multis lineis subferrugineis respersitur. Quomodo exeat, Aldrovandi verbis visum exprimere. *Cum è Tettigometra egredi cupit, inquit ille, ascendit primum arborem, & illico alicui ramo adhaeret, (quamvis scribat Aristoteles, ubi Cicade eruperint, oleis & arundinibus insidere) deinde exit parte superiore, in qua rima primum apparet; rupto autem operculo, ut rectè scripsit Philosophus, parum in eo relinquunt humoris; nam hoc operculum cum manibus contrectarem, humore aliquo aquoso digitos ille vit. Iam tum simul atque Cicada emerit, toto ferè corpore viridis est, dein superiore parte aliquantum ad castaneum vergit, quæ spacio unius diei subnigro fit colore, insidet tam diu huic exuvio, donec volare incipiat. Imbecilles enim primum sunt alæ pedesque, ut difficulter incedere queat. Exuvium hoc reamvō dici Hefychius reliquit: aliis est*

Lucret. l. 4. & 5.

λελευεις & γηεις. Lucretius modò tunnicam, modò folliculos nominat. Ætate deponi addit.

Ætas.

Hyeme, imò in autumno perire, apud Aristotelem & Plinium habetur: in montium antris aut terra se condere, ex Aristophane quidam evincere conantur. Temperamentum in causa, quod quam aliis insectis frigidius.

Cuculo infestas esse, eumque audita voce invadere, creditum quibusdam. Ideò sub exortum caniculæ cuculare desinunt.

Cantus.

Quia sonoram vocem edunt, inter insecta ἐγκέλαδα numerantur, πηλιζεν id Græcis, fritinnire Latinis. Theocrito à sono πηλιζες λαλαγεωνες dicuntur. Ambrosius *dulcem in exi-*

quo gutture Cicada cantilenam dixit. Ambros. Platonis eloquentiam Simon Sillographus, Cicadarum cantilenis comparavit: eundemque sonum & citharæ & harum veteres τῶ περιόματι nomine vocabant.

Ambros.

Hex. c. 22.

Incipiunt autem æstate canere; minores citius, quod citius è Tettigometra exeunt. Achetas sub Syrio astro canere, cum capræ & vinum optima sunt, apud Hesiodum habemus. Plinius cantus acerrimi facit, quo tempore Scolymus floret: floret autem serò, diu, & æstate. A libi solstitium, æstivum scilicet, ponit. Aliquot post auroram horis, cum sol validius ferit, canere, vel ex Poetis colligi potest. Hinc Virgilius

Virg. Ecl. 2.

Sole sub ardenti resonant arbuta Cicada.

Quam diu canant sciri non potest: autumno filere cognitum.

De modo non convenit. Ægyptii per aculeum emodulari, & motu suo stridorem ciere, veluti plectrum quo citharæ pulsantur, opinati sunt. Basilio, aëris respiratione id fieri visum. At quia & pulmonibus carent; & capite, cui illa fistula inhæret orbæ, canunt, nihil horum est. Multo minus verum, vel dentes inter se atterendo, quos in commissura Scapularum haberent, id facere, vel alarum attritu, (hæc Procli Diadochi sententia) quod locustis fuerunt. Membranulæ sub flabellis (sic vocant operimenta illa duo, post postrema crura ventri adhærentia) reverberationi id adscribendum. Sonant quippe, ut brevissimè Aristoteles, alliso ad membranam septo transverso subditam spiritu. Nam dum illa eo pacto distenditur ac remittitur, sursumque ac deorsum impellitur, sonus erumpit stridulus, non secus quàm in puerorum arundineis fistulis pellicula tenui constantibus; qua depressa, intenta, vel vibrata,

Bas. Hexa.

Hom. 8.

Cardan. de

variet. Rer.

l. 7. c. 28.

Arist. H. A.

l. 4. c. 9.

vibrata, sonitum fieri necesse est. *Ælianus* τὴν ἴξιν λαλεσάτους esse dixit. *Pierius Valerianus*, colliso, attrito, agitatoque cavo utero: Quia verò hæ partes sub alis, haud impropriè veteres *Poëtæ*, Cicadas sub alis canere dixerunt.

Natura. *Moufēt. de Insect. l. 1. c. 17.* Hominum ita gaudent consortio, ut agros messorib. vacuos si viderint, submissius & rarius canant: si concinentes hos audiverint, maximo laterum cantu, πολύφωνοι καὶ ὀξύφωνοι adstrideant. *Æstatem* certò præfagiunt, nec unquam post Cicadæ adventum frigus rediisse visum est. Quod si citius solito aliqua die cecinerint, æstum majorem expecta. Tempestuosum tempus, si ab austro venerint: morbidum & pestilentem annum, si frequentes appareant. Raræ tamen An. M D LXXV. grassante in Italia peste visæ, quòd rore destituerentur.

Vfus. *Aristoph. in Horis. Athen. Diapros. l. 4. c. 2.* *Plin. H. N. l. 11. c. 26.* *Arist. H. A. l. 5. c. 30.* Vescebantur Athenienses assis, quales & in *Cotiis* convivio appositas *Athenæus* author est. Ante coitum *Parthi* mares præferunt; à coitu fœminas, ovis earum correpti, quæ candida, suavissima eadē antequam cortex cadit, si *Aristoteli* credimus. *Carabi Americæ* juxta sinum *Darienem* populi, siccas vel salitas apponunt. Pro aliis mercibus commutare, *Oviedus* prodidit. Cedunt & canib. in escam: idque canis *Aldrovandi* exemplo.

Habent & in *Medicina* locum. *Trallianus* exsiccatas, & contritas alis ac pedibus abiectis, in balneo cum mulso, contra calculum exhibere jubet. *Galenus* à quibusdam, tres, quinque aut septem cum parib. piperis granis, in *Colica* laudari scribit. Apud *Æginetam*, compositio *diatettigon* occurrit: quam & apud *Myreptum* invenies. Quidam ad urinam ciendam cantharidib. substituunt. *Aetius*, tres ex vino exhibet. Utilissimum eadem apud *Aretæum* contra vesicæ laxamentum remediū. Aridæ & tritæ cum aqua & radicis nardi pauxillo elixantur. In iisdem æger, loco balnei, ad vesicæ laxamentum, desiderè jubetur. *Lanfrancus* ad frangendum

calculum *Cicadar. spodium*, ex aqua raphani vel cicer. decocto magni facit. Merum an aqua dilutum vinum sit, Cicada cognoscitur. Narat si illud: si hoc mergitur, si *Gaudentio Merulæ* fides:

Cicadarum plura sunt genera; *Differentiæ:* quorum quædam, quod solo nomine ab antiquis prodita sunt, difficulter cognoscuntur. *Ælianus*, *Membracis*, *Arist. H. A. l. 16. c. 44.* *Lachetarum*, *Cercopis*, *Acheto*, & *Acanthæ* meminit. Quid sibi per priores velit, non intelligo. *Cercopæ* *Dalechampionis*, sunt fœminæ, mutæ, pusillæ, oblongæ. *Acanthias* epitheton potius est quam generis nomen, seu ab acantho seu spina in qua habitare solent; vel ab *Acantho* *Arhamantum* urbe in *Ætolia*, ut *Stephanus* prodidit; quæ quoniam ferè confilescunt, inde receptum, ut qui non loquuntur, eo insigniantur nomine. *Acheta* maior est Cicada. Apud *Aristotelem*, *Arist. H. A. l. 5. c. 36.* quoque & *Plinium*, *Achetarum*, *Tettigoniarum*, *Minorum*, *Majorum*, *Surculariarum*, *Frumentariarum*, & *Avenariarum* mentio. *Acheta* sunt, ut dixi majores, quorum corpus, sub septo transverso præcinctum distinguitur, magisque sunt canoræ & serius prodeunt, & primæ intereunt. Ex his *Helychii* κώραξ, quam μεγάλην τέτιγα exponit, esse videtur. *Tettigonia* minores, & quia minus vocales, idè *Aristoteles* ἀφώνες dixit. Primæ prodeunt, & novissimæ pereunt. *Gaza* Cicada-*Plin. H. N. l. 21. c. 26.* dastras vocavit. *Surcularia* grandiores sunt, & virides. *Frumentariis* nomen, quod simul cum frumentis arefcentibus appareant. *Avenaria* cum istis eadem. Fit apud authores, & *Marium*, *Fœminarum*, *Locrensum*, *Rheginensium*, *Seripharum*, *Guineensium*, & *Virginensium* mentio. *Mares* vocales sunt; nisi *Arist. H. A. l. 5. c. 30.* natura soli impediatur, fœminæ mutæ, *Ælia. H. A. l. 11. c. 20.* quòd *Νεζωμ* illud cuius figura fructui *Thlaspi* parvi hieracifolii à *Lobelio* depicti, respondet, non habeat. Tam in maiore, quàm in minore specie reperiuntur. *Rheginenses* silent; *Locros* translata garrunt. Vterque ager fluvio *Alexe* qui per profundam vallem decurrit, & *Pausaniæ* *Caicinus*, *Prolo-*

Protopomæo *Locanus*, modernis *Aleppo* dicitur, Idem de Seripho insula apud Plinium occurrit. Mutæ ibi, si aliò transferantur, strident. Idem dixit in Rhegino agro filere omnes; ultra flumen in Locrensi canere: quod & Pausaniæ placuit. Umbrosa ibi opacaque regio in causa, unde membranulæ inhumidatæ minimæ panduntur. Arescunt eadem in Locrensi aprico, & veluti cornæ evadunt, unde stridor emittitur. Plinius & Ælianus ignorari rationem scribunt. Ex *Guinea* delata *fusca* est, eamq; Pennius à Ludov. Atmaro accepit. Quæ ex *Virginia*, cinerei omninò coloris erat: alis argenteis, non maculatis. Aldrovandus, præter vulgarem, sex alia genera observavit, de quibus ipse ita. 2. 5. Cicada lineis in alvo ruffescentibus, cum eiusdem tettigometra. Huic in pedibus anterioribus natura duabus providit chelis durissimis: quibus terram excavat paulatim veris tempore cum è terra prodire cœpit; posteriores pedes quatuor in extremitates asperi sunt, quibus & ascendit, & se sustinet, ne in eundem locum recidat: sunt & hi aliquantulum hirsuti; chelas priorum pedum dum tettigometram deponit, relinquunt, & in fine prætenues ut cætera insecta pedes adipiscitur; habet & mediocres antennas *Tettigometra*, coloreque tum plurimum temporis ratione variat. Nam cum primum è vermiculo exit, colore magis albicat, & quanto vicinior est ei tempori, quo tettigometram exiit, eo apparet nigrior. Tettigometram, & albamateria deprehendimus. Cicada minor *Tettigonion*, aureis lineis pronam partem corporis perreptantibus. Cicada non diu ex involucre egressa lineis viridibus pronam partem depingentibus. Cicada major *Acheta* prona, &

supina.

†

*

CAPUT VI.

De Orsodacna, & Cimicibus sylvestribus.

ORSODACNA, Gazæ *Mordella* est, quasi ad mordendum concitetur. Constat 4. pennis, ore largo, & penè denticulato pustulasq; puerorum appetit. Nascitur secundum Aristotelem ex vermiculis immutatis, qui in brassicæ caule generantur.

Ex alatis sunt & *Cimices sylvestres*, iisque quadripennibus & membranaceis. Lectulariis sunt majores sexuploque eos superant, æque ac illi fœtidi. In malvis sæpius, in aliis plantis arboribusq; coniferis, in ulmo & salice quandoque, reperiuntur. In Dariene quoq; provincia reperiri, Cardanus scripsit. Coeunt mense Maio averfis caudis, & finem Veneri per diem integrum vix faciunt. Mas minor, fœmina maior & latior. Volant sole exæstuante satis celeriter, sed nec diu, nec longè.

Genera sunt varia. Mousetus tres, supinos & pronos, quos inter vaginipennes ponit, repræsentat. *Prima*, inquit, dorsum, collum, antennulæ, atque elytra porrum referunt; alæ elytris longiores ex viridi flavescunt, uti etiam oculi & pedes. *Secundus* undique infuscatur. *Tertio* corp⁹ nigro rubroque varium, antennæ pedesque anthracini. Omnes aureo fulgore hinc illinc micant. Quickelbergius ex agro Viennensi duas alias species ad Pennium miserat, aureo nigroq; undulatas. De suis ita Aldrovandus. Ii, quos ego diversis temporibus observavi, differunt invicem colore magnitudineque & latitudine, sed pictor deceptus nominis vicinitate exiguum quædam silicem in quo humana facies expressa est, pro Cimice primo, & secundo loco depinxit. Numer. 3. Cantharidis potius quam Cimicis species. Pedibus enim lest longioribus, quam Cimices habere solent. Undiquaq; colore est minia-

ceo

Plin. H. N. l. 11. c. 27. Pausanias in Eliacis.


Mouset. Theat. Inf. l. 1. c. 17.

Aldrov. de Inf. l. 2. c. 13

Arist. H. A. l. 5. c. 19. Plin. H. N. l. 27. c. 4.

Mouset. Theat. Inf. l. 1. c. 29. Cardan. de Rer. variet. l. 7. c. 28.

Aldrov. de Inf. l. 5. c. 3.



Tip.
Mouf.

Tipula

Wassermücken

Wasserspinne

Meis

die

Maxima. 2

Minima. 3

Minim. 1

Minim. 2

Minim. 4

ceo, sed maculis nonnullis atris respersitur. *Num. 4.* Cimex lectularius, nulli non notus. *Num. 5.* Cimex sylvestris nō fœtēs, undiq; subflavus, lineis fuscis. *Nū. 6.* Colore flavo. Aliter versus caudam albescens. *Num. 7. 8. 9.* etiam flavescunt, sed veluti humanam ferè faciem per alas expressam gerūt. *Nū. 10.* Colore ferme est castaneo, & alterius ferme generis, vel Cantharides vel Scarabæorum. *Num. 11.* Cimex sylvestris minor undiq; cinereus. *12. Num.* Ex Scarabæis videtur, aut Ricino congener, si alati vultus, quod nōdum observavi, ex cinereo ad castaneum vergit. *Num. 13.* Totus est coloris Castanei, lineis nigris in longum sectis. *Num. 14.* Cimex atro cœruleus propè caudā tribus notis albis respersus. *Num. 15.* Colore est castaneo, macula in extremis alis cinerea. *Num. 16.* Luteus nigro & albo cōspersus. *Num. 17.* Cinereus macula argentea. *Num. 18.* Cimex oleraceus atrorubeus, macula circa anum cinerea, Mordella vulgò *Num. 19.* Mordella sive Orfodacne alia oblonga. *Num. 20.* Cimici & Rampreno simile insectum. *Num. 21.* Cimex Cinnabrinus cruciger *Nū. 22.* Cimex viridis. *Nū. 23.* Cimex non fœtens, atroviridis, guttis albis plurimis ornatus. *24.* Cimici simile insectum cinereum ferè anelytrum. *Num. 25.* Cimici simile anelytrum aliud pedibus longis locuste. *Num. 26.* Cimex ruber lineis nigris in longum insignitus.

De *Vsu* si quæras, Matthiolus iis omnes vires demit. Plinius, hortenses in cinerem redactos, & cum oleo rosaceo infusos, contra dolores aurium variè commendat. Palladius, cum amurca, felle bubulo, foliis hederæ, & oleo, ad sanguifugarum virulentarum vulnera inungit. Arnoldus Villanovanus, contra disuriam, caput virgæ in oleum camomillæ calidum, in quo Cimices ebullierint, mitti, & mox cum allio pistato inungi jubet.

* *

* *

CAPUT VII.

De Perlis vulgò dictis.

Perlarum apud Italos nomen, huic quod descripturi sumus insecto, ^{Alar. Hist. Insect. 2. c. 10.} vel à rotunditate capitis, quæ perlam seu unionem æmulatur, vel à splēdore inditum est. Quatuor omnes *alas* habent lōgas, robustas, cartilagineas. *Alvum* admodum proceram, quæ in volatu nō incurvatur. Mousetus, qui *Libellas* vocat, ita describit. Corporis forma aut nihil discrepant, sed tātum coloribus. Corpora enim habēt duas nonnullæ uncias oblonga & teretia, quæ in tres præcipuè partes dividuntur, caput, pectus, & reliquū corpus, quod caudæ vicē supplet. Caput cum oculis magnis emissitiis, ejusdē cum reliquo corpore coloris, collo est affixum brevissimo, cui priores duo pedes adhærent, reliquis pectori annexis. Pedes item posteriores longissimi sunt, ut sese melius erigant, atq; sustentent. Omnibus bifurcæ caudæ, quibus adversis coeūt, ac in coitu diutissime hærent. Maxima rusticorum pars ex majoris junci aquatici putrescentibus vermibus oriri autumant: quod ut verum esse concederem, coitum tamen non tollit, & vermium ex seipsis depositionem; ut hoc modo & medio æternū crescentes, sobolē propagarent. Tarde admodum volant minores, majores celerrimè, æstate concalescente solum cōspiciuæ. *Coenunt* more muscarum. Mas fœminæ infidet, ejusdemq; sursum immittentis membrum recipit. Tenacissimè in cōgressu cohærent, & hærentes per agros volare visæ. Aestate & autumno cernuntur, hyeme latent. Volant velocissimè, sæpè solæ, plarumque gregatim, rarò altè. Meridie stipiti alicui infidentes quiescunt. Unde proverbium prandendi tempus indicans, *la perla va à sicchi.*

Differunt variè. *Antennas* quædam ^{Differētis.} habent, quædam non. *Caudam* bifurcatam quædam, obtusam & bifurcatione carentē alia. Propè aquas quæ occurrūt, cœruleo ferè sunt corpore.

F Aldro-

Aldrovand. viginti & ultra descripsit.

Prima ex mediocribus est, capite & toto corpore rufis, alis candidis, extremo macula nigra notatis, pedibus nigris.

Secunda capite perlâ, sive unionem nequaquam refert, non n. rotundum est, sed acutum. Oculos habet enormis magnitudinis, subcœruleos. Pectus admodum crassum: alvum proceram, tenuem, tota lutescit, nigroq; ut pictura expressit, maculatur, alæ sunt subcœruleæ.

Tertia alas habet breves, ad subcœruleum inclinantes, alvum longissimam, tam subtilem ut mirum sit, quomodo eam regere possit. Oculi quoq; ut in proximo, maximi, sed caput orbiculatum infra cãdicat, per dorsum superne ad latera lutescit, in medio ferrugineo colore est. Antennas habet admodum breves subflavas.

Quarta ex mediocrium genere est, corpore toto purpureo, aureis zonis undiq; interstincto, alis planè argenteis, nigro maculatis.

Quinta alas quoq; habet argēteas, sed nō tam resplendentes. Maculam in extremo singulæ habent nigrificantem. Corpus totum aurei fere coloris est, nigricantibus zonis interstinctum. Pedes sunt atrii.

Ex maximis est, quæ *Sexta* in hoc ordine depingitur speciosa ac elegãs Perla, capite, pectore, ac dorso viridis, alvo tota cœrulea, per quam linea fertur à dorso ad extremum usq; aterrima. Alæ cinereæ sunt, pedes nigri.

Septima oculos habet virides, tota lutea, nigro maculosa.

Minimarum generis est *Octava* alas habens argenteas, corpus viridescens.

Nona ex maximis est, capite dorsoque viridis, alvo dilutè flava primum crassa, dein tenui, alis sine maculis.

Decima toto corpore est flavo, nigro interstincto, pedibus etiam flavis alis cinereis splendidis.

Undecima alas habet subflavas, & corpore toto flavo est, exceptis zonis, quæ sunt ferrugineæ.

Duodecima tota viridis est, maculis

quatuor candidis, in alar. extremitatibus.

Decimatertia Alas habet breves, & laticas, primū virides, deinde cœruleas, cujus coloris quoq; totū est corpus à capite ad anum usq; præter oculos & pedes, qui atrii sunt. Oculosa. habet enormiter magnos, ac prominentes. Alvus in exilem acutiem velut acum desinit.

Decimaquarta, etiã aquas prosequitur, toto corpore viridi, nigris, exiguis zonis distincto. Oculi protuberant. Alæ quæ corpori herent argenteo colore, & splendore micant, deince cœruleæ sunt, argenteis venis refectæ.

Decimaquinta minimarum generis pedes habet longissimos. Araneorum pedibus, nō dissimiles, sed admodum exiles. Corpore, alisq; ex luteo subalbidis est, cauda simplici.

Decimasexta ex minimis est, tota fere viridis, sed à laterib. tergoris lutea. Oculi candicant, pedes nigri sunt.

Decimasextima cum decima quarta admodum similis, pariter aquas petit, alvo cœrulea, pectore viridi, alis primum argenteis, deince cœruleis.

Decima octava, ex maximis, capite & pectore viridibus, dorso lateribus, ubi alæ enascuntur, nigris, alvo lōga, cœrulea, quam nigra linea lata coloris aterrimi mediam dissecat. Pedes atrii sunt.

Decima nona mediocrium generis toto corpore viridi, aurum resplendente. In dorso nigricat: alæ cinereæ sunt. & argenteo micant.

Vigesima alvum habet obtusam, ac minimè bifurcatam, toto corpore ferrugineo, alis candidis, à latere ferrugineis.

Vigesima prima, ac postrema alvo est crassa, & brevi, lutea, nigris circumdata zonis, capite, pedibus, dorso, & alarum principiis ferrugineis. Alarum cætera candicant.

Mouferus in *Maximas Medioximas*, & *Minimas* dividit. De quibus idem ita. *Libellas maximas*, Angli quidam Brises appellant. Cujus generis octo tantum vidimus.

Primam virescentem; maculæ item in collo summisque lateribus ex fusco virides ornabant, alæ argenteæ, veloces & motu impetum permagnum facientes. Septem illi nigræ lineæ transversim in dorso erant protractæ; muscis exilioribus inter volandum vescitur, hirundinum more.

Secunda huic est similis, sed obscuro magis colore.

Tertia oculos margaritis similes obtinet, alas item argenteas, quarum extremam fimbriam macula fusca inficit; corpus luteo, nigroque colore varium, cauda bifurca nigra, duabus quasi plumis ornata.

Quarta, luteo est colore, latera habens quasi divisa in sex partes: juxta alarum argentearum exortum macula lata nigra conspicitur; medio lineis luteis distincta: in caudæ extremitate quatuor vel quinque spinulæ apparent.

Quinta, corpore & capite cæsis, ore nigro, alis argenteis una macula notatis: in caudâ ultima tres spinulæ tridentem referentes conspiciuntur.

Sexta alæ adnascuntur argenteæ, medio ipsarum nigrâ insignitæ: totum corpus nigrum, sed rariùs, item in dorso atq; ventre lutescens: Pectus scapulæque ex nigro flavoque æquè mixtæ. Subter caudam duas spinulas recurvas trahit: in fine ejus quinque apparent, sed admodum exiguæ.

Septima caput collum & scapulæ, fusco sunt colore; reliquum corpus rubet: in Musæo Pennij procreata fuit, ex vermiculo plane illi mihi que ignoto.

Octava adhuc brevior, oculis margaritis similibus, toto corpore luteo, nisi ubi lineis transversim ductis notatur. Cauda illi quasi abscessa, in fine latiuscula & obtusa: argentearum alarum summitas nigra maculâ infuscatur, inter segetes plerumque reperiuntur.

Libella media maximam naturæ elegantiam commendant, omni arte majorem.

Prima colore est elegantissimo, corpore cæruleo, alis violaceo colore saturato: Inter scapulare spatium

gemmis quatuor aureis, ceu in nigricante pala fixus ornatur.

Secunda corpore capite cæsis apparet: alæ albescentes, cæsis item lineis in longum ductis ornantur, medio purpurascens.

Tertia corpus atque caput subviride; alarum lineæ sanguineis veluti strijs notatæ, versus extremitates obscuram purpuram imitantes.

Quarta ejusdem ubiq; coloris videtur, fusci nimirum fatiscens viriditate commixti.

Quinta oculi cærulei in capite virescenti: corpus totum viridi cæruleo mixtum, demptis alis argento nigrefacto accuratissimè laboratis, & medio obscuratâ purpura obfuscat.

Sexta viridi est omnino corpore: imo & alæ illi virescunt, sed leviter.

Libellas minimas, quatuor vidimus.

Prima corpore toto Cyaneo.

Secunda rubro, alæ utriq; parës, colore argenteo.

Tertia corpus totum croceum colorem æmulatur. Sed cauda magis protuberat, & sanguinea macula alarum extremitates, uti & omnes fibræ, rubescunt.

Quarta que omnium minima, caudam longam habet exilem, caput magnum, oculos cæruleos prominentes duabus antennulis præmunitos: corpus oblongum tenue, subtus virens, supra nigricans; in dorso duas lineas virentes à capite ad alarum exortum protractas habet: caudâ quinque juncturis colligatam, in cujus extremitate annulus subcæruleus. Ex harum numero una est, quæ quasdam ex majoribus citissimè interficit. Corpore gracili & griseo, alis item politis; nam ne vestigium quidem foraminis ullius apparet, per quod intrare possit. Pomo ipso ac seminibus vescitur. Hanc muscam Guilielmus Bruerus, vir doctissimus, & rerum naturalium indagator acerrimus, ad Pennium misit.

ARTICULUS II.

De Anelytris quadripennibus farinaceis.

PUNCTUM I.

De Papilionibus vulgaribus in genere.

Tantum de Anelytris quadripennibus membranaceis, sequuntur *farinacea* seu *Papiliones*, qui vel *vulgares*, vel *Bombycum*. Nomen videntur à pappo, seu fugo, quòd ceras & olera exfugat & comedat, sortiti: nisi fortè, quasi papyriones dici malis, quòd similitudinem papyri habeant. Græci generaliter ψύχην, seu oxytonos, seu paroxytonos vocant, ὑπὸ τῆς ψυχῆς sine dubio, seu vento. Dicuntur & σηποδοκίδες, πεμφίδες, πομφόλογες, Cκῆνες, ψάλλυες. Invenies & πᾶσι dici. In Glossario Benedicti Abbatis Floriacensis ἐσπινίς, exponitur Papilio.

Descriptio Habent pedes sex, oculos prominentes duos, ante quos totidem cornicula ignava, ut Plinius vocat, enascuntur; rostrum bifurcum; rostellum longum intra furcas absconditum, quo rorem, aliæ diurnum, aliæ nocturnum fugunt. Colorem erucarum, ex quibus ortæ sunt, fervant.

Locus. Amænis & apertis locis gaudent, qui levissimo volatu feruntur: qui gravius corpus gerunt, arborum truncis, parietibus & fenestris adherent. Ex malvæ floribus succum sugunt. **Vitus.** Ideò florentibus illis maximè abundant. Sed si de sylvestribus malis id accipiendum est, de nocturnis quoque papilionibus sumendum hoc erit: quod & Isidorus innuit.

Isidor. Origin. 15. c. 10. Generatio Mensibus Majo, Junio, & Julio coeunt, avertis caudis, reflexis quandoque, & in coitu diu herent. Author de Natura rerum, post Augustum congregi scripsit. Vermiculos deponere falsò Aristoteles credidit. Ova edunt, tam supra quàm subtus, illa-

Arist. H. A. 5 c. 19.

que magna, parva, nigricantia, alba, viridia, cœrulea, flava: quædam seminibus milii minora, quædam duplo majora, nonnulla æqualia. Reponuntur sæpè in corticum arborum cavitatibus, sæpissimè in foliis. Aldrovandus sub Chamæfici observavit: rusticia seminibus papilionum grvida cum ferrum vomere scinderent, se invenisse dixere. In brassica nasci, apud Aristotelem leges, ita eam pliant, ut quasi tecto includantur, ne ipsis aliquod ab imbris damnum. Quæ Aldrovandus observavit, tenui lanugine involuta erant. Ex ovio loco tepido, repositis, vel solaribus radiis vegetatis, aliquando post quadriduum, aliquando decimo quarto die, erucæ excluduntur. Ideò male Albertus, alios ex ijs papiliones, longis & flexuosis promuscidibus instructos, hyeme prodire scripsit. Ex erucis Chrysalides, seu aureliæ fiunt, quæ in papiliones abeunt. Observatum, Erucam primò parere ova lutea, tenui lanugine involuta, iisque editis, in Chrysalidem abivisse, coloris lutei, viridis & nigri. Ex ovio erupere tam exigua quadripennia volucra, ut visum ferè subterfugerent qualia in ulmorū vesicis reperiuntur. Errat ergò in quibusdam Plinius cum scribit. *Multa insecta & aliter nascuntur, atq; inprimis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo eruca, quæ adjectis diebus accrescit, immobilis duro cortice, ad tactum tantum movetur Aranei. Hac Eruca, quam Chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat Papilio.* Insestant sæpè brassicam simul & erucæ & vermes: nec πᾶσι raphanum apud Aristotelem, sed brassicam significat. Non negaverim tamen quasdam & ex vermibus nasci. Frumentum certè humidius vermes producit, hi Chrysalides, ex quibus Papiliones prodeunt. *Exire vidi Papiliones, inquit Aldrovandus, ex arborum, maximè salicum carvis, suo spolio denudatos. Papiliones, addit, ejusmodi cum cavitatibus crassitie, in quibus sanè ova*

Aldrov. de Insectis 2. c. 1.

Arist. H. A. 5. c. 19.

Plin. H. N. 11. c. 32.

ova

ova fuisse nemo dixerit. Ex singulis enim cavis, singuli exeunt Papiliones, cum qui semen in quodam loco edunt, id non nisi admodum numerosè pariant. Sunt id genus Papiliones corpore admodum crasso, alis plurima lanugine obsitis, colore plerumq; fusco ad castaneum vergente.

Aldrov. l. c.

Sed & vita eruca, à qua, cum expectaretur Papilio, ova quadraginta, grani tritici magnitudine, luteo colore, tenui obducta lanugine, in quorum singulo vermiculus prodire. Licet quoq; sentire ex putredine nasci. Bis terve erucis Bononiæ pluit, quæ in Chrysalides & Papiliones abivere. Unde hoc malum in Mileto tempore humido & lento nasci, Plinius reliquit.

Plin. H. N. 27. c. 24.

Natura.

Post coitum sensim tabescentes vivunt, ad hyemem usque, quidam ad hybernum solstitium. Sæpè in domibus per hyemem quasi torpentes conspiciuntur: plerumq; intenso gelu pereunt. Sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur, ob infirmitatem animalis, Papilionis proventum. In ipso anno, cum commentaremur hac, (verba sunt Plinij) notatum est, proventum eorum, ter repetito frigore extinctum, advenasq; volucres, ad VI. Calend. Februarij spem veris attulisse, mox sævissimà hyeme consilietas. In Anglia novum eorundem bis Autumno exortum, memorat Pennius. Observatum & Pestis præsentia tradidisse, quod apud Gemmam habemus. Volabant Anno M. D. LXII. circa 15. August. ad aquastantâ copiâ, ut fluminis cursum obscurarent: sub noctem, velut instructis copijs, per vias vagabantur. ANNO M. C. IV. turbavere aciem, intercepto etiam solis lumine. A. M. D. XLIII. omnem melleum succum absumere; gramen ipsum, arido stercore ubique torrefactum, exustum est. A. M. D. LIII. cruentis in Germania guttis, herbas, tecta, vestes, & homines aspergebant, & ingenstum eorundem copia.

usus.

Urinas movere creduntur, & minore cum periculo. Tinunculis & alijs aviculis in cibum cedunt: sed

& morsulorum compositionem, quibus pisces allici creduntur, ingrediuntur.

Differentias speciales frequentibus punctis apponemus. Nunc eas in Diurnas & Nocturnas distinguere placeat. Nocturna dicuntur φαλάιναι phalænæ καὶ τὸ εἰς φῶς ἀλλεῖσαι, quod ad lucernas advolent. Lycophroni & Nicolao κωνδυλοσβέσαι sunt, quod candelas alarum motu sæpè extinguant: ψόραι alijs, quod scabritie & fufure quodam diffuant.

Differentiæ

Quia verò aliquando lucis amore in ignem se præcipitant, pyraustarum apud nonnullos Zenodetum nempe & Aeschylum obtinere nomen.

Aristoteles ἠπίπλον dixit: quidam πρῶτος μέρων: distinguique debent à Papilionibus qui apibus in alveis obsunt. Harum ova Aldrovandus, in tecto alvearis, in unam velutimassam conglomerata, tenui quadam lanugine vestita, obruta invenit. Subnigra, splendida, dura, & numerosa fuere. Erucas etiam, ad idem, albicantes exiguas, quæ mihi in sequenti nocte folliculos fecerunt, quales in alveo quoq; observaveram, magnitudine pistachij invicem numerosè admodum coherentes, & in singulis suas Chrysalides, quæ denique mihi, dissectæ, Papiliones pepererunt, quales quoq; in alveis videram, Papilionibus qui in tritico oriuntur non dissimiles. Hirsuto sunt corpore, & alis veluti cinere quodam conspersæ.

Aldrov. de Insectis 1. c. 2.

Rarò aut nunquam, nisi erectis in dorsum alis provolant. Interdum subter folia vel obscuro quodam in loco latitant. Antennas maxima ex parte vel hirtas & latiores, vel exiguas admodum & breves habent. Ex erucarum theci terra obrutis proveniunt.

Mouset. de Insectis 1. c. 14. p. 88.

Et quia pulverulentæ sunt, diurno tempore ante advenientem vesperam, ne pulvis solis calore arefactus excutiatur, apparent. Diurna, quæ ἡμερῆσι, antennis longioribus & in extremo tuberosis gaudent.

Semper juxta latera expansis alis provolant. Ex aureliis pendulis, vel arborum ramis affixis proveniunt. Planæ sunt, læves, glabræ, duriusculæ. Noctu volare nequeunt, ne ros nocturnus medullas madefaciat. Differentias earum speciales inferius vide.

Nierimb.
H.E. 13. c.
29.

Nierembergius meminit ex Indicis *Hoitzitzil Papalotl*, seu papilionis similis *Hoitzitzillin*, unde nomē meruit. Oblongo, inquit, est corpore desinente in tenuitatem, & transversis quibusdam lineis, aurei coloris distincto, sed maculis nigris interfertis alarum superiora eodem colore distincta sunt, sed inferiora rubescunt; lineis haud absimiliter per transversum discurrentibus. Cætera papilionum reliquo generi consona. Sunt & aliæ innumeræ apud novam Hispaniam differentia admirandis variatæ coloribus pulcherrimæ. Illud hic obiter monebo, in quibusdam papilionibus magnis hujus novi mundi pro linguâ esse filum sanguineum oblongum excedens reliquum corpus, quod convolvit ut in bucca recipiatur, quam habet, ut illud commodius extrahere possit, sectam à superiore parte capitis usque ad inferiorem, ut pænè totum caput scissum sit.

PUNCTUM II.

De Papilionibus in specie, & primò de Papilionibus Aldrovandi primæ tabulæ.

Papiliones in specie, partim ab Aldrovando, partim à Moufeto descriptas habemus: Coincidere hujus & illius aliquas, concedi potest facilè: maluimus tamen in tanta varietate omnes ponere, ne quicquam desideretur. Aldrovandus suos in decem tabulas dispescuit, quarum prima quinque habet, qui à nobis ipsius Aldrovandi verbis describentur.


Primus, inquit ille, non incongruè

ἰπταῖος dicitur. Est enim Papilionum maximus. Vespere potissimum cernitur, interdiu latet. Latus est palmum, & amplius. Alæ singulæ rotundam habent ac notabilem maculam, oculum diceres nigrum, sed primo miniaceo, dein candido circulo obductum, cætero subnigræ, aut fuscæ, molles, lanuginosæ, farinaceæ, in extremo candicant; corpus primum ad castaneum vergit, supinum non nihil albicat, corniculæ sive antennæ plumarum instar molles, satis proceræ; femora quoque mollia, sed tibiæ duræ, oculi nigricant.

Quartus in hoc ordine similis ferè proximo, sed corniculis latioribus, & filicis ramulum figura quodammodo æmulantibus, luteis: corpore etiam magis lutescente, denique oculis longè pulchrioribus: miniaceus enim circulus longè in hoc major est, minorque niger, qui velut pupillam constituit.


Secundus totus erat viridis, annulis candidis. Alæ etiam lineas habebant roseas deorsum descendentes, item maculas transversales albas; rostrum erat longum, trigonum, oculi magni, nigri: corpus procerum admodum, crassumque, in extremo acutum. Alæ pro cuius portione sunt exiguæ. Ex hoc genere alium mihi describendum ac depingendum tradidit F. Gregorius Regiësis Capuccinus, illius insolenti forma ac colore captus, sed in quo annuli essent lutei, alæque maculis subflavis, castaneis, subcæruleis & nigricantibus distinguerentur. Longitudo huic papilioni palmaris est. Quid si sexu distinguamus, priorem fœminam esse ex editis mihi ovibus comperi.

Tertium ex Eruca nasci observavi sub finem Augusti anno superiori, eaque caudata & immensæ magnitudinis suo postmodum loco depingenda. Folliculum non texit, sed in Aureliam mutata: Papilionem hunc generavit decem ferè dierum intervallo, corpore crasso ejusdem cum alis coloris, nimirum ex luteo & fusco variatæ. In tergore notabilis macula est candicans, humanum quodammodo caput




Tab. 1

Tab. 2



Tab. 3

Tab. 4




Tab. 5


Tab. 6

Tab. 7

Tab. 8



Papilio Indic.



caput anterius exprimens. Caput totum nigricat, pedesq; & antennæ, quæ latiusculæ sunt. Alæ internæ totæ ferè lutescunt.

Postremum in hoc ordine depictum prona & supina parte anno 1592. mense verò Julio, hujusque die vigesima sextagigni adverti ex parva quadam Eruca, hirsuta, colore ex rubro, albo & nigro variante. Hanc enim cum cepissem in tamarisco sive myrica sub meridiem, subsequenti nocte versa erat in Aureliam viridem, quæ filo sese capsulæ, cui inclusa erat, ex alvi extremitate edito appenderat, atque ita quindecim diebus continuis adhærens in eodem colore perseveraverat, deinde mutato eo lutea partim, partim nigra facta erat; quare jamjam in Papilionem abituram conjeci, cujus scilicet colores per fenestram, quam mutando relinquunt exeuntes, transplenderent. Quod cum viperinis fœtib. commune hisce Papilionibus fuerit, eos enim supernè in ovo conspici testatur Aristoteles. Cum itaque erupisset Papilio, alis se fecit conspicuum iis, quos diximus, coloribus pronè & supinè. Color niger luteusque in primis alis intensior est, in supinis remissior. Alæ internæ, quæ aliàs minores esse solent, in hoc animali proceriores sunt, infraque ferrata ferris eisdem coloribus distinctis, ex quibus ferè media ceu cauda quædam dependet. Corpus totum pronum atrum est, ad latera & supinè luteum, estque pro alarum longitudine admodum exile. Oculi magni nigerrimi, nigerrimæ item antennæ, quæ in extremo obtusæ sunt, totæ subtilissimæ. In alarum internarum extremis lateribus macula rubra sive rosea conspicitur, rotunda internè, semi-circularis externè. In summa, elegans est Papilio,

conspicitur passim per agros

& hortos.

+

PUNCTUM III.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula secunda.

IN secunda tabella sex Papiliones imposuit Aldrovandus, eosdemq; ita Aldr. l. c. descripsit.

Primo & secundo loco supinè nimirum & pronè depictus Papilio, expansis alis, coloribus quatuor potissimum variat, miniaceo, nigro, albo & cinereo ad cæruleum nonnihil vergente. Suntque colores in extimis alis intensiores, ut remissiores in intimis. Capite, dorso, alvoq; est cinereis, sed albis strijs subtilissimis deorsum rectà tendentibus color ille cinereus insignis est. Corpus obtinet crassum, latumque, parte supina candidans, annuli coloris sunt castanei, oculi ejusdem coloris, magni & prominentes. Alæ pariter amplæ sunt, quarum externæ maxima sui parte cinereæ videntur, sed explicatæ quatuor, quos dixi, coloribus ita evariât, ut descriptu admodum sint difficiles; septem velut venæ rubicundæ eas percurrunt, inter quas in extremo totidem sunt velut columnæ nigræ albis circulis notatæ, ac supra hæc septem etiam maculæ nigræ V. litteram exactissimè exprimunt; sed in dextra tantum; sinistra enim neque columnas eas, neque litteras habet, in qua re mirus naturæ lusus conspicitur, coloresque omnes in hac sunt dilutiores, pallidioresq; ; Dextra etiam punctis exiguissimis nigris erat notata, quæ in sinistra quoque non sunt, nisi quæ corpori necitur, nam deinceps in strias oblongiusculas mutantur. Postremò dextra in extremo candicat, strijsq; insignis est nigris descendentibus, cum sinistra nigrescit eo loco, neque striarum aliquod habet rudimentum; Internæ verò alæ totæ sunt coloris miniacei, præterquam, ubi duæ illæ fasciæ apparent, nam hæ nigerrimæ sunt. Alæ externæ inversæ modò albicantis, modò nigri-

nigricantis coloris areas obtinent, internæ loco albedinis habent colorem miniaceum, sed dilutiore, quam externæ. Antennæ erant nigricantes, proceræ, leves, in extremo obtusæ.

Tertium in hoc ordine Leucomelanum nominavi, quod præter colorem alarum album, ad subflavum nonnihil vergentem, totum corpus per tergus nigrum ac exile habeat. Alæ internæ in extremo sunt ferratæ, habentque longas appendices, ut icon ipsa declarat. Supra ferras, quæ semicirculum constituunt, maculæ quoque sunt semicirculares, candidæ, atque in his maculæ rotundæ, ferè cœruleæ, quæ simul omnes egregiam speciem ac venustatem Papilionis præbent. Cætera, ut dixi, Leucomelanus est excepto ventre, qui candidat, antennæ in extremitate, quam in plerisque obtusiores.

Talis est in quarta serie positus, qui totis alis nigricat, & quatuor habet in hisce oculorum specie maculas rotundas nigerrimas, cœruleâ velut pupilla decoratas; Alæ internæ longiores sunt externis & ferratæ, sed aliter ac in præcedentibus, hujus enim ferræ obtusæ sunt & rotundæ.

Quintus ex maximorum est genere, sed eorum, qui interdum per hortos obvolvunt, corpore est procero, mediocris crassitudinis, coloris fumati, annulis per alvum lutescentibus, alis ejusdem coloris in medio, infra candidis, & nonnihil ferratis, deinde nigris, & in ipsa nigredine maculas habentibus candidas ad latera, infra verò ad cœruleum vergentes. Antennæ longissimæ, obtusæ sunt & nigræ.

Sextus à macularum multarum serie, quæ in alis internis tam foris, quam intus cernuntur, *πλοφθαλμ* nominatur. Oculi nigri sunt, pupilla candida, circulus ambiens luteus, suntque, ut dixi, in internis alis tantum, nam quæ in externis apparent maculæ rotundæ, totæ candidæ sunt; Habent tamen etiam hæ unicum oculum eisdem, quibus internæ, coloribus ad externa latera, cætero alæ

totæ ex luteo ad castaneum vergunt. Per superiora corporis ater est, alvo supina ex cinereo ad fuscum vergit; alæ internæ, item pectus longa quadam lanugine viridi, splendente vestiuntur.

PUNCTUM IV.

De Papilionibus Aldrovandinis tabulæ tertiæ.

IN tabula tertia novem habentur.

Primus, inquit *Aldrovandus*, ex mediocrium genere natus mihi ex Eruca, quam olim Bononiæ pluit; capitè est, tergo alvoque coloris aurei, ad latera nigri. Alæ internæ ferratæ sunt, totæ ex aureo miniaceæ, & nigris punctis conspersæ, & in extremo etiam nigræ. Alas externas venæ percurrunt deorsum descendentes, nigræ in area aurea, seu potius miniacea, item maculæ magnæ transversales ejusdem coloris, ipsæque alæ in extremitate undiquaque nigræ sunt, & ibi maculas habent candidas. Pedes & antennæ lutescunt, & instar pedum polypi cirris præditi sunt, ut ad ea, quibus insiliunt, fortius adhæreant.

Secundus, qui numero secundo & tertio pronè & supinè depictus est, ex eodem est genere. Corpus enim habet mediocre, nigricans, alvum ferè auream, nigris annulis distinctam. Oculi candidant, alæ externæ in extremo nigræ sunt, & albis maculis insignes, cætera aureæ, venisque nigris, & tribus aliis nigris maculis incertæ figuræ speciosæ. Internæ in ejusdem aurei coloris area duplicem habent ordinem majorum macularum nigrarum, velut oculorum, sicut in icone exprimentur. Colores omnes supina parte variant; In internis etiam alis (ita voco, quæ corpori sunt viciniore) qui extra erat aureus, nunc ferè est amethystinus ad cinereum vergens, ad eò, ut lutescere videatur, estque unus tantum oculorum ordo nigrorum, majorumque, hos

hos circulus ambit candidus. Corpus etiam supinum totum lutescit, pedes cinerei sunt, alæ externæ prope caput cinereæ, nigrisq̄ guttulis oblongis notatæ, dein majori parte coloris sunt miniacei, & nigris maximas maculas habent, denique in extremo sunt rursus cinereæ.

Tertius, qui quarto loco depictus est, toto corpore pronè aterrimus, aterrimæ item alæ externæ, sed fascia ferè transversali coloris miniacei decoratæ, nec non alterius fasciæ candidæ rudimento. & punctulis aliquot rotundis, candidis. Internæ totæ ferè extrâ miniaceæ sunt, punctulisq̄ nigris admodum exilibus insignes.

Quartus, in icone quintus, cum hoc idem est, sed supino corpore pictus, alæ externæ hîc plus habent ex miniaceo & albo colore, quàm in prona parte, aterq̄ue color remissior est. Internæ in extremitatibus ad miniaceum vergunt, cætera cinereæ, fuscis maculis respersæ, & alba ad latera externa macula conspicuæ, toto corpore ad cinereum vergit.

Quinto, in icone sexto, color totus miniaceus, notis diversis, lineisq̄; nigris, alis angulosis & leviter ferratis. Promuscidem habet longissimam, ac, dum vult, recurvam ejusdem cum pedibus coloris, nempe ex cinereo ad luteum vergentis.

Ex hoc genere *Sextus*, in icone septimus, esse videtur, longa item armatus proboscide, alisq̄ue præditus angulosis. Supra caput, præter antenas, etiam bina alia habet cornua, quæ in alijs plerisq̄; non videas, corpore, alisq̄; colore ferrugineo, albo, cæruleo, viridiq̄; varius est. In supremis præterea alis puncta quædam habet viridia in alba area, in dorso item viridescit.

Septimus, in figura *octavus*, totus luteus est, versus caput tamen alæ ad ferrugineum vergunt, nimirum ubi maculas non habent, suntq̄ue hæ numerosæ admodum, ac incerti ordinis, omnes aterrimæ.

Octavus, in tabula *nonus*, idem est supinè sculptus, quod colorem mu-

tet, interne enim alæ partim viridescunt, partim candicant, & maculæ illæ atræ vix hic conspicuæ; externæ ferè palæaris sunt coloris, inque his maculæ evidentiores, corpus etiam flavescit, pedes habet luteo, antenas castaneo colore, alæ utræq̄; leviter angulosæ.

Postremus in hac serie corpore nigroq̄ue capite & hirsuto, proboscide procera admodum, alis intus candidis, amethestinis striis ornatus, extrâ nigricantibus, suntq̄; angustæ, laciniatæ & longiusculæ.

PUNCTUM V.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula quarta.

TAbula quarta Papiliones mediores sunt, ijque duodecim iconibus exhibentur.

Primus complicatis alis literam Δ quodammodo exprimit, corpore est prono fusco, pedibus hirsutis, antennis admodum exilibus, alæ externæ ex candido & aterrimo splendentibus coloribus variant, internæ totæ sunt miniaceo.

Idem supinus exhibetur *tertia* serie, in quo color ille miniaceus dilutior est, externæque alæ totæ candicant, venis decoratæ miniaceis & maculis nigris, magnis, & corpus totum ex albo lutescit, alvus nigris punctis sive guttis exiguis conspersa est.

Secundus est hirsutus & crassus, alis supernè cinereis, infernè miniaceis, lineis transversim nigris dissectis.

Quartus corpore est exiguo nigro, luteis circulis distincto, oculis magnis, luteis, & ejusdem coloris antennis, alas habet tam internas, quàm externas etiam luteas, in extremo nigras, versus corpus ad castaneum vergunt, versus nigram verò ambientem fasciam planè est color ochros. Externæ prope exteriora latera maculam habent rotundam, nigram.

Quintus totus est ferrugineus sive castaneus, corpore intensius, alis remissius, alæ externæ unico tantum

oculo, pluribus internæ exornantur nigris, intus albis, utræq; fascias habent nigras transversales incurvas, quæ angustæ sunt, rectasq;, quæ latæ sunt & extremæ.

Sexto caput est luteum, oculi lutei, luteique pedes & antennæ, corpus nigricat, alæ utræq; ferè aureæ, in extremo, ut icon ostendit, aterrimæ, externæ ad latera externa maculam habent rotundam, nigram, exiguam.

Septimus ex luteo totus ad viridem colorem vergit, minus in exterioribus, magis verò in interioribus, hoc est, interiores exterioribus magis viridescunt. Externæ maculam habent nigram, rotundam, internæ albam, caput quoque nigra macula insignitum est.

Octavus antennas habet proceras, in fine obtusas, caput exiguum, oculos magnos. Corpore est luteo & nigro distincto, alæ quoque luteæ sunt, sed magis ad castaneum vergunt; externæ nigris punctis maculantur, quibus internæ carent, utræque dentatæ sunt.

Nonus ex eorum genere est, qui proceras habent proboscides, alis est primum versus caput luteis, nigris modò punctis, modò maculis, hisque & rotundis & longis maculatis, dein cæruleis, in extremo nigricantibus & dentatis.

Decimus propter insolentem vulgum, quo Satyrum quàm exactè æmulatur, *Σατυρωειδης* dici potest. Corpore toto est flavo, rubro distincto, albo bifurcata, alis nigricantibus, & velut stellis candidis elegantissime exornatur.

Vndecimus corpore est nigro, albo annulis albicantibus, alæ ejus ex albo ad luteum vergunt, sed maculæ ferrugineæ & nigræ alternatim huc illucque conspersæ luteum illum colorem ferè extinguunt suâ copiâ.

Postremus corpore etiam atro est, sed tenuiori, habetque alas internas dentatas & exterioribus proceriores, utræque aterrimo & lutescente coloribus variæ, habent tamen etiam in fine aliquid candidantis.

PUNCTUM VI.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula quinta.

Habet & quinta tabula mediocres, quorum sex icones Autor ponit.

Aldrov.
l.c.

Primus corpore est nigricante, albo extrema & dorso cinereis. Alæ externæ internis sunt angustiores, ex albo ad viridem nonnihil inclinant, magis tamen viridescunt internæ, utræque in extremo circum circa rosei coloris velut circulo ambiuntur, externæ prope finem nigrescunt, habentque in medio ferè maculam nigram. Antennæ purpureæ sunt, in extremo obtusæ & albæ.

Idem *secundo loco* datur supinus, in quo, quod in externis alis prope finem erat, nigricat, hinc viridescit, sed macula tamen nigra colorem retinuit nigrum, internæ prope corpus prorsus virides, in fine ad luteum vergunt, cingunturque eodem circulo roseo. Estque hoc observatu dignum in internis, quod maculam habeat albam cum circulo ferrugineo, quæ extrinsecus non est.

Qui sequitur pronè & supinè pictus, à potioribus coloribus λευκόχλιρον dici potest, sed hunc, quia admodum maculosus est, λευκόχλιρον variegatum nuncupavi. Prono corpore leucophæo est, capite nigricante, oculis instar saphiri viridibus, antennis nigris cum appendicibus in summitate albicantibus, pectore hirsuto, alis candidis, supra prope caput ad cæruleum vergentibus, maculis magis nigricantibus, inferius respersis, dico infetius, nam, ubi cæruleæ sunt, nullam cernere est maculam, supino corpore magis candidat. Alæ externæ sunt candidæ & nigro variæ, internæ ex albo & viridi eleganter admodum decoratæ.

Quintum Papillonem *crucigerum* nominavi, quod externis alis complicatis, albis tæniis, quibus ornatus cernitur, crucem, vel potius literam X. exprimat, quanquam id in iconè pictor

pictor non expresserit. . Sunt itaque alæ illæ nigræ, fasciis seu tæniis albis insignes, & venis rubicundis deorsum descendentibus. Interiores sunt totæ miniaceæ, maculis nigris rotundis illustres. Sextus idem est parte supina exsculptus, in cuius internis alis maculas illas nigras non videas, & fasciæ, quæ in externis alis pronâ parte albæ erant, hîc aureæ sunt. Corpore est iste Papilio pronè luteo toto, supino ventre albo, nigris guttis triplicis ordinis consperso, oculi nigri sunt & exigui, exiguæ exilesque antennæ.

Sextus ac postremus alas externas ac internas exterius rubicundas, ad castaneum vergentes habet nigris guttis conspersas. Supinâ parte alæ internæ candicant, exteriores colorem eundem fermè, quem prona earum pars, conservant. Corpus pronum atrum est, supinum cinereum, cinerei quoque pedes, antennæ nigræ, oculi lutei prominentes.

PUNCTUM VII.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula sexta.

Papilionem, qui in tabula sexta primo depingitur ordine, *πυρόφθαλμος* nuncupavi, quod in internis alis intus ac extra multis notaretur oculis, qui tamen, licet duo tantum, in externis exterius & interius elegantiores sunt. In his enim iris est nigerrima, pupilla alba. Alæ supinè ex luteo & castaneo variant, internæ intus prope corpus primum cœruleæ, dein ferè amethystinæ, in quo colore cernere erat lineas duas transversales, flexuosas, castanei coloris, sub quarum postrema color subsequitur luteus, deinde rursus amethystinus, quem lineæ percurrunt castaneo colore, atque intra has siti sunt, quos dixi, oculi, quos

subcœruleus cingit circulus Corpus animantis nigricat, pedes & antennæ lutei, oculi nigri.

Alter alas habet dentatas, rubicundas, ad ferrugineum accedentes, & maculis respersas nigris, in medio rotundis, ad latera oblongis ac magnis. Alæ supinè nigricant, & albam fasciam habent, quæ vel currentes æmulatur fluminis undas. Corpus supinum cinereum est, pronum nigricat.

Separatim in Bononiensi editione depictus ex iis est, qui in arborum truncis nascuntur, capite admodum exiguo, albo, antennis ferrugineis, latis & quodammodo ferratis, dorso ferrugineo & albo, alis alvoq; luteis, zonis castaneis.

PUNCTUM VIII.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula septima.

Sed & illi, qui in tabula septima dantur, ex mediocribus sunt, quorum tredecem figuræ dantur.

Primus corpore toto niger est, annulos verò habet luteos, alæ omnes candicant, & venis distinguuntur nigricantibus.

Tertius & Secundus Bombylij sunt, ex erucis bombycivomis orti, vulgò noti, undique candidissimi, exceptis antennis, quæ nigræ sunt & hirsutæ, invicem coeunt, mas est tenuiori corpore, secundo scilicet loco pictus. Inter utrumque ova appinximus exigua, coloris ferè crocei, alas habent breves, & ad volandum velut ineptas.

Quartus in hac serie totus quoque candicat per alas, per quas venas habet subcœruleas, deorsum descendentes, & punctorum rubicundorum triplicem ordinem, quæ transversalia sunt. Externæ duobus velut oculis nigricantibus decorantur, in extremo ad luteum vergunt oculi & deorsum lutescunt.

Quintus corpore ex crasso, castaneo, luteis zonis, antennashabet ferrugineas, latas & hirsutas vel plumosas, in capite & cervice candidat. Alæ etiam albæ sunt, ferrugineas habentes venas, & ubi corpori herent, striarum nigrarum rudimenta.

Sextus totus est candidus, corpore scilicet acalis, quæ venas habent nigras, nigros item pedes & antennis.

Septimus μολύχλωξ dici potest propter colorum diversitatem, corpore toto nigricat, non nihil tamen ad ferrugineum vergit, sicut item pedes, proboscides & antennæ, quæ admodum tenues sunt & obtusæ. Alæ internæ totæ sunt miniaci coloris, sed nigris lineis flexuosis distinctæ, externæ, quæ corpori annectuntur, atræ, dein miniacæ, dein rursus atræ, mox albæ, postremò iterum nigræ, majorem tamen aream albus color occupat, eumque percurrunt venæ ferrugineæ, rubescentes, notandumque est, album illum colorem infra versus corpus in luteum commutari, & guttis modò rotundis ac exiguis, modò oblongis distingui.

Octavus superioribus omnibus minor est, corpore prono nigricante, alis ex luteo ferrugineis maculis nigris refertis.

Nonus idem est, at supinè pictus corpore, quod candidum est. Alæ externæ colorem retinent, internæ planè mutant, utpotè quæ maculosæ sunt argenteo splendidissimo, & ferrugineo.

Decimo alæ externæ ac internæ nigerrimæ, maculosas habent alas, uti pictura indicat, corpus etiam nigrum est.

Vndecimus corpore ex luteo ad ferrugineum vergit; & nigro distinguitur; Alæ exteriores ex albo & nigro variant, internæ luteæ sunt, & quatuor nigris maculis insigniuntur. Externæ supino corpore pictæ, ut *duodecima icon ostendit*, etiam ex albo & nigro variant quidem, sed ad latera sunt ferrugineæ, internæ colorem retinuerunt, sed nigræ illæ maculæ minores sunt, in extremo tam hinc, quam illic nigræ sunt.

Decimustertius, qui in hac tabula postremus est, totus est ferrugineus, alæ externæ in medio oculum habet, cujus pupilla alba est, nigrum, internæ denticulatæ sunt, utraq; in extremo nigricant.

PUNCTUM IX.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula octava.

Minimi sunt, qui in tabula octava depinguntur, inter quos qui *tertio loco datur* non inuentus est, triplici nimirum colore, albo, ruffo & luteo varians per alas. Nam lineæ, quæ in his cernuntur, & transversales & descendentes ruffæ sunt, cætera vel candida vel lutea, punctis etiam notata ruffis, corpore angusto, exili & nigricante, albo bifurcata, pedibus exilibus & proceris.

Huic consimilis est quodammodo *secundus*, corpore item nigricante, sed crassiori, crassiori item capite. Alæ externæ luteæ sunt, supernè magis, minus verò infernè, utrumque transversalis linea nigra distinguit, totæ maculis, seu punctis exiguis nigris sunt distinctæ, internæ nigricant, & in extremo fascias angustas habent luteas.

Primus toto corpore niger est, albo in extremo acuta, alis rotundis, candidis.

Quartus corpore quoque nigricat, oculos habens luteos, alas ex luteo ferrugineas, ubiq; nigerrimis decoratas notis.

Quintus lutescit, punctis insignis cinereis, quæ totas ferè alas occupat. In externis alis macula conspicitur nigra, neque aliud in hoc notatu dignum, ut in præcedenti, maculas habent cinereas in area lutea.

Septimus corpore & alis totis subalbis est, pedibus & antennis nigris, in medio externarum macula est nigra.

Octavus albo est rubrâ, nigris punctis notata, pectore & externis alis nigris quidem, sed nescio quid cærulei

rulei etiam demonstrantibus. Alæ internæ luteæ sunt, striis plene nigris, deorsum descendentes.

Nonus corpore est admodum brevi & exili candicante, alis item candidis, ad latera subluteis, undiq; nigris guttulis refertis. In medio duæ tæniæ sunt coloris aurei, tortuosæ, in singulis gyris punctum habentes nigrum.

Decimus toto corpore candidus est, & nigris punctis variat, alas verò habet pulcherrimas, majori areæ parte ferruginei coloris, in quo mirum est, quàm luserit natura. Primum enim in eo fecit fasciam ex maculis rotundis, literam O. exprimentibus, dein parva addidit ejusdem coloris puncta, postmodum alias duæ tæniæ tortuosas, tum denique albam cum punctis intus nigris.

Vndecimus niger est, alas verò habet ex ferrugineo ad luteum vergentes, totas nigris, ut icon ostendit, maculis distinctas.

Duodecimus crassam admodum habet alvum, coloris propè cœrulei, luteâ fasciâ sive circulo insignem. Tergus nigricat, ut & caput, & oculi, pedes & antennæ, quæ admodum sunt proceræ. Alæ versus corpus cœruleæ, deinde nigrificant, suprâ duabus maculis rotundis luteis, infrâ tribus albis conspicuæ.

Decimotertio corpus est nigrum, præterquam in dorso, ubi cinereum est. Alæ luteæ, auro resplendentes, oculis innumeris nigris, quos circulus ambit candidus, cohonestatæ.

Decimusquartus hirsutus est, ac alis totis cœruleis parte externa, interna cinereis, maculis albicantibus (in quibus mediis punctum est atrum) ordine pictis, in extremo margine notis rubicundis oblongis, oculis caudæ pavonum similibus, albo ac nigro utrinque clausis dispositis, lineaque nigra in latitudinem alæ discurrente terminatis. Totum corpus nigerrimum, item pedes, oculi, & antennæ. Alæ in fine albæ sunt, cætera, ut dixi, exterius cœruleæ.

PUNCTUM X.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula nona.

Nona tabula viginti quatuor habet Papiliones exiguos, quorum equidem infinitus est numerus, infinitaque diversitas.

Primus in hac serie corpore pronò nigricat, pedes & antennæ sunt cinerei. Alæ prius nonnihil ad ferrugineum vergunt, mox candicant, punctis & lineis ubique atris conspicuæ.

Secundus corporis mole vix culicem vincit, quin, nî alas Papilionis haberet, culex omninò foret. Alvus ei cinereus, pectus nonnihil ex cœruleo possidet, alæ albæ sunt, ita tamen, ut nonnihil etiam fuscescant, habentque puncta minutissima nigra cum circulis ambientibus. ea candidissimis.

Tertius πολύχλωρος minimus dici poterit propter alas albo, nigro, rubro & subcœruleo maculosas; Externæ in notabilem acutiem desinunt, corpus ei totum subatrum est, proboscis & antennæ lutescunt.

Quartus alas habet aureas, in margine ferè castaneæ colorem imitantur, prope extremitatem est macula ferruginea, alvus argenteo micat, pectus superna nigricat, in capite duo sunt puncta coloris argentei.

Quintus ex iis est, qui ad ignem candelarum advolant, corpore subcinereo, alis totis candidis, lineis sive venis ad ferrugineum inclinantibus.

Sextus alas habet infrâ nigras, cætera coloris rutili. Corpus cum antennis & pedibus nigrum est.

Septimus quoque niger est, sed circulis, sive annulis duobus per alvum luteis distinctus, oculi quoque lutei sunt, alæ supernè magis, infernè minus nigrificant, & maculis ubique inseniuntur candidis.

Octavus ex advolantibus etiam ad lucernas est, alvo coloris flavi, nigri, ut in icone apparet, punctis recta deorsum vergentibus insignis, reliquo corpore candidissimo, alis item candidissimis, sed quæ exiguis admodum ferrugineis ferè punctulis insigniuntur, & in fine nigricant.

Nonus septimo similis, sed corpore major est, minoribusque contralibus, & in quibus majores maculæ albæ sunt, & velut argento resplendent.

Decimus alas pro corporis portione breves habet angustasque, alvum admodum proceram, nigricantem, annulis candidantibus distinctam, alæ leviter pallideque lutescunt.

Vndecimo caput magnum ac nigrum, corpus & internæ alæ miniaci coloris, lineis transversalibus nigris in extremo insignitæ, externæ totæ sunt coloris castaneorum, pedes brevissimi.

Duodecimus corpore est flavescente, proceroque, dorso crassiusculo, in quo color ille flavus paulò est intensior, capite exiguo ac rotundo, pedibus brevioribus, alis candidantibus, vel pallidè lutescentibus.

Decimustertius vulgatissimus ille est, qui candelarum lumini infestus est; Corpore est admodum exiguo nigricante, alis & antennis flavis.

Decimusquartus internas alas totas habet rubras, supernasque ejusdem coloris, sed ad internos margines cinereas. Corpus totum atrum, præterquam in cervice, ubi circulus aureus est, pedes sunt rubicundi, antennæ nigræ, in extremo obtusæ.

Decimusquintus idem est supino pictus corpore, ut alvi crassities magis appareret. Nam alioqui nihil, vel parum differt. Fœmina erat, & ova mihi peperit rubicunda.

Decimosexto corpus est oblongum, & fuscescit infernè, supernè argenteo micat. Alæ ejusdem sunt coloris fusci, & argento auroque micantis.

Decimusseptim⁹ toto corpore nigricat, alas habet ferrugineas, sed elegantissimè aureo colore resplendentes.

Idem *decimooctavo* loco exhibetur supinus, quia variat admodum. Nam corpore toto candicat, alæque minus sunt ferrugineæ, minusque resplendent auro, sed contrà innumeris punctis atris maculantur, quas circuli sui ambiunt candidi. Habent verò eandem fasciam auream, prope extremum marginem.

Decimusnonus alvo admodum est proceræ, tota lutea, cervice nigra, pedibus, antennis & summo capite candidissimis, alæ quoque candidissimæ sunt, sed striis sive lineis nigris interstinguuntur, suntque adeò breves, ut ad volandum videantur esse inutiles. Nam hoc in eo observavi, quod continuò foliis, velut zoophyton quoddam, adhæreat.

Vigesimus, nisi alas haberet latiores, ex muscarum potius, quam Papiilionum genere videretur. Corpore enim est admodum compacto, nigricante, alis ex cinereo ad castaneum inclinantibus, & aurum resplendentibus.

Vigesimusprimus ab alis tam internis, quam externis profus argenteo splendore emicantibus, argenteus dici potest. Corpore præterea toto candido est, præter oculos, qui nigri sunt, & antennas, quæ sunt luteæ.

Vigesimussecundus toto corpore aterrimo, alas habet nigras colore ruberrimo distinctas, pedes & antennas longiusculos, nigros.

Vigesimustertius antennas habet latissimas, hirsutas ac velut plumosas, coloris flavescents, caput & alas candidissimas, has tamen fusce trās-eunt lineæ subtilissimæ. Alvus tota crassa est & gravis colore luteo, nihil, vel parum volat, foliis semper adhærens.

Postremus omnium minimus, brevioribus tamen, quam par est, ac latioribus alis pictus, Sunt enim angustiores ac oblongiores, totæ albicant. Triticiarius dici potest. Nam tritico infestus est, ut potè ex tritico prognatus.

* *

PUNCTUM XI.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula decima.

DE istis etiam ita Aldrovandus: Papilio *primo ordine* in hac decima tabula depictus figura corporis est admodum insolenti. Habet enim in alvo seriem quandam velut plumarum subtilissimarum, penicillos pictorum exactè exprimentium, coloris partim albi, partim nigri. Corpore toto admodum crasso est, dorso & vertice summo cinereis, alvo lutea, annulis distincta atris. Inter quintum & sextum anulum ab utroq; alvi margine macula est candidissima, inter sextum verò & septimum a terrima. Alæ exterius ex cinereo fuscescunt, intus sunt rubicundæ, corpore supino, sicuti etiam, qui *secundo loco* depictus est, candicat. Antennæ latæ sunt, & ex cinereo fuscæ. Alvus supina nigra est, in medio candida. Ad mediocres pertineret, nisi tam crassus esset.

Tertius ex minoribus est, alvum habet luteam, nigris zonis distinctam. Alæ quoque flavescunt, tergus ferrugineum est, ejusdemq; coloris antennæ, quæ latæ sunt & hirsutæ, supino ventre albicat.

Quartus alvo quoque lutea est, sed magis ad croceum accedit, & punctis notatur in medio deorsum descendentibus a terrimis. Alæ internæ ejusdem cum alvo sunt coloris, & similibus quoque punctis maculantur, exteriores leviter pallideque lutescunt, tergus & antennæ colore sunt ferrugineo, pedes croceo. Habes eundem alis complicatis, prout ex sua chrysalide erumpit.

Sextus valdè est exiguus, corpore superno fermè ferrugineo, inferno planè aureo, alas habet luteas ad croceum vergentes, admodum parvas.

Septimus corpore nigricat, alas habens luteas ad ferrugineum nonnihil vergentes, & ferrugineis venis

distinctas. In exterioribus macula est nigra, rotunda, puncto intus albo.

Idem est, qui *octavo loco* depingitur erectis alis, quæ eundem planè colorem retinent, præterquam ubi corpori junguntur, quâ parte ad cœruleum vergunt, habentq; lineam albam, quæ medias percurrit.

Ex minimorum genere est, qui *nono loco* exhibetur, corpore cinereo, nigrescente, alis cinereis admodum obscuris, internis luteis. In externis macula est candida, literam V. exactè exprimens, item altera figura semicirculi.

Decimus alas habet longas & angustas, colore flavescente, fasciis sive tæneis ornatas tribus atris. Pedes & antennæ flavescunt, oculi admodum exigui sunt & nigri.

Postremus omnium minimus Papilio est triticiarius rectius, quam in præcedenti tabula exaratus, simul cum sua chrysalide, & vermiculo sui ortus. Alas habet, ut cæteri, quaternas, albidus totus, cinereusque, corpore levi in acutum alvo desinente, argenteo splendore. Vermiculus iste Curculio vocatur.

PUNCTUM XII.

De Papilionibus Aldrovandinis tabula undecima.

RIORES sunt & formæ insolentioris, qui in undecima tabella depinguntur. Ex quibus *primus* alvo est crassissima, supernè candida, infernè nigrescente, seu potius ad cœruleum inclinante, annulis & punctis distincta nigricantibus. Tergus ac caput candicant, admodum hirsuta. Antennæ latissimæ ac villosæ, coloris ferè amethystini. Alæ ex amethysto & cyaneo mediæ, venas habent rutilas primum, post nigras: In extremo candicant, ubi punctis maculantur exiguis, a terrimis. Pedes robusti, ejusdem cum antennis coloris. In alvo notatu dignum est, quod

in ex-

in extremo longè crassior sit, quàm ubi corpori jungitur.

Secundus ex eodem vel consimili genere, licet minor, corpore est fusco, capite acuto, oculis protuberantibus, per tergus & summo vertice cinereis, alis brevibus pariter cinereis, internè prope alvum rubicundis. Antennas non rectà, ut cæteri, erigit, sed ad latera extendit.

Tertius ex eodem quoque est genere, & ipse acuto capite, & ad latera emittens antennas suas. Corpulentus est, crassiori tamen thorace, quàm alvo, quæ nigris extenditur annulis. Toto corpore superno leucophæus est, internè candicat. Alæ totæ fuscæ sunt, internæ, quæ ventrem spectant, non nihil possident rubicundi.

Quartus totus ex cinereo fuscus est, alas habens longiusculas & angustas. Alvo est crassa & bifurcata. Hæc annulis, alæ venis insigniuntur ferrugineis. Caput admodum breve est, antennæ minutissimæ, ac vix apparentes.

Quintus insolentis formæ caput obtinet, à cujus lateribus duo sunt tubercula rotunda, nigra multis capillamentis nigris hirta, & in extremo alia duo, sed quæ ejusdem cum capite sunt coloris, nimirum ruberimi, qui quoque color communis est tergo, à cujus quoque lateribus duo alia sunt tubercula nigra, ut priora. Alæ ex infima tergoris parte exoriuntur, colore ferè nigricante, luteis aureisque lineis & guttis refertæ. Alvus est bifurcata, tota lutea, rubris zonis interstinctæ. Pedes & antennæ nigricant.

Sextus tota alvo rubra est, aureis prope finem lineis notata, in quibus puncta sunt rubra. Alæ primum luteæ sunt, dein totæ græ, albis conspersæ punctis, & lineis distinctæ aureis. Caput villosum est & nigrum, tribus antennis instructum, ut pictor pinxit.

Septimus minimorum generis alis est denticulatis lutescentibus, nigris lineis & punctis rubris insignibus; al-

vus albida est bifurcata, nigris lineis ornata ambientibus, pedes nigricant.

Octavus alvum item habet bifurcatam, sed crassiorem, ejusdem prorsus cum præcedente coloris, sicut & ipsæ alæ, sed quæ loco punctorum in extremitatibus infernis rubescebant.

Nonus crassissimam habet alvum rubram, supernè luteo distinctam, alas angustas ferrugineas, nigris lineis refertas, dorsum candicat.

Postremus alvo est crassiuscula, alis & toto corpore cinereis, pedibus nigris.

PUNCTUM XIII.

De Papilionibus Moufeti, & primò quidem de Phalænis magnis.

NON cedit Aldrovando Moufetus. Plurimas enim tam nocturnarum, quas Phalænas vocari diximus, quàm diurnarum species, easque in magnas, medias & minimas distinctas dedit, quas hæc etiam exhibere placuit. Et magnarum quidem octodecem species habet.

Maxima Phalænx venter arenosi admodum coloris est, uti & interna alarum pars; oculi cærulei videntur, caput verò lividum; inter oculos antennæ duæ emergunt subfuscæ, aquilinum referentes fucum, & nigris transversim lineis funem contortum imitantes. Scapulis veluti pannus quidam adhæret arenosus, furdus, à quo macula nigra decussati tracta scapulas finit. Cæterum corpus, si dorsum spectes, cyaneum, si ventrem, arenosi coloris est. Alæ duæ exteriores permagnæ, aquilinas colore æmulantur, maculis albisque orbibus variè distinctæ; interne multò sunt minores, atque mellinæ, intus furvis striis & maculis quibusdam insignes: Crura habet lacertosa & valida, furvi singula coloris, & in extremo duobus nigris digitis forcipata. Volat magno cum strepitu, & nocte

Moufet. de Insectis. v. 14. à p. 37. ad 94

Formicæ Ameiſen Aldrov.

Formi-
carium
ſeu
Nidus
Formi-
carum.




Ameiſen
Niſt.



Cimices
Wandluſe
falſus.



Cantharis.



Cimices

Sylveſtres

alati

Mouſ.

Cimices


inquilini

Mouſ.

Wantzen

Formicæ

Aldrov.




Spondile

Mouſ.

Engerle

Staphilin

Mouſ.



nocte exoculata, quemcunq; splendorem ex ligno putrido; squamis piscium, aliis verebus ortum avidè consequitur. Sicut magni Tyranni minorum gentium nobiles devorant & hauriunt, ita hæ nocturnæ diurnas Papiliones sub foliis latitantes alis diverberant atque occidunt.

Secunda primæ magnitudinis Phalæna, ut mole corporis non nihil superatur: ita primam colorum harmoniæ, tono & elegantia longè vincit: ac si natura in hac ornanda pigmentariam suam omnem officinam exhausisset, atq; illam primam, Regem Papilionum, id est, fortem, strenuum, nigellum, lentiginosum, hanc verò Reginam, mollem, tenellam, comptam, unionibus, gemmisq; confitam, opere plumato & Phrygiò superbientem fecisset. Corpus lanà quasi anserina, non nihil lævigatum & hirtum. Martis, vel Sabellionis potius pellem mentitur, capite est parvo, oculis magnis prominentibus, antennis plumiformibus duabus, buxeum colorem referentibus. Alas habet quatuor magnas singulas multicolore oculo donatas, quorum pupilla nigra, iris πολύχροη; circulis & semicirculis mellinis, flammeis, albis & nigris pulcherrimè distincta. Externæ alæ ab exortu ad oras albicant, nigris quibusdam venulis punctulisque insignes. Oram ipsam peniculamentum cum limbo ornat, exortu fuscè fuscum, sive subflavum: Internæ alæ fuscè videntur, uno quoque oculo superiorib. conformi præditæ, tribusq; infitis ornata: harum prima plana est, media opere dentato excurrens (ignei utraque coloris) extrema verò subalbida, & veluti à pellionibus assuta, cruribus incedit validis, hirsutis, lacertosis, eiusdem cum reliquo corpore coloris. Hanc Carolus Clusius Vienna misit tam elegantis forma notabilem, ut suspicere potius admiratique eam, quàm verbis aptis describere facilius sit.

Tertia est corpore magno, hirsuto, nigricante; singulæ alæ uno oculo notantur, cuius pupilla nigra, circulus fuscus, semicirculus albus. Varii

quasi panni in alis conspiciuntur dilutò amethystini, fimbriæ verò alarum extremæ primùm cinerei, deinde aquilini coloris videntur. Caput valdè breve & exiguum, unum utrinque oculum coracinum emittit, pupilla albissima insignem. Inter hos duæ antennæ valdè breves & exiles fusci coloris erumpunt. Ex pilosa eruca oritur, non glabra.

Quarta caput habet magnum fusci coloris, è quo duæ antennæ rectæ & subnigræ surgunt. Collum miniata macula ornatum, pectus hirsutum; quadratū, fuscum. Scapularum pars anthracina, venter amethystinus quinque vel sex orbibus nigris dividitur. Pedes picei videntur, alæ leviter fulcæ, subnigris in longum ventillis fatis conspersæ.

Quinta caput albescit, oculi nigrescunt; cornicula aliquantum flavescunt, alæ exteriores longæ ex fusco atque albo surdescunt, interiores leviter & quasi obiter pictæ rubescunt. Scapulæ nigerrimæ conspiciuntur, reliquum verò corpus subroseum, septem nigris circulis linea albescente per mediū totum ventrem currente alligatis ornatum.

Sexta caput scapulæque, atque exteriores alæ, sanguineis venulis lineatæ ex fusco albescunt: Capitis oculi propenduli, hyacinthini videntur, vel potius cyanei. Internæ alæ non nihil incarnatæ oculum mediâ sua parte repræsentant, pupilla corvina, circulo hiacynthino lucentem. Corpus carnem arefcentem, & leviter infumatam refert, sex quidem orbiculis ex nigro atratis notatum.

Septima alas habet exteriores albas, fuscis quibusdam maculis undulatis variegatis insignes; collum miniata quasi pellis circumcirgit, ad totas deinde scapulas capucii instar decurrens: caput rubrum, oculi margaritei, antennæ flammeæ videntur. Alæ internæ rutilæ, tribus nigris maculis lentiginosæ; pedes rubri, venterq; totus concolor, incisuris septem plenius miniatis & transversim ductis conspicuus.

Octava tota ferè Bærtici coloris est;

H nisi

nisi quod omnium alarum extremitates buxæ videantur, uti etiam media antennarum pars.

Nona illi ferè est similis, sed extrema alarum pars arenam nigriorem refert. Cornicula verò lata habet & repanda, ex fusco albicantia, mediam externarum alarum partem candida rotunda macula adornat.

Decima parilem præ se fert magnitudinem, ex albo tota furvescens, nisi quod media alarum extremarum pars puncto admodum albo, oculus verò pupilla valde nigra conspicitur.

Undecima caput tuberosum, cornicula exilia, corpus atque extrema alarum pars lutum subactum æmulantur, aliàs verò alæ totæ obscuræ argenteæ fuissent.

Duodecima videtur subcinerea, alis nigris quibusdam maculis infestis, oculos item habet nigerrimos, pupilla candida lucentes.

Decima tertia antennulas vix ostendit exiguas, toto corpore flavescit, præter oculos (qui exigui & nigri) atque alas, quæ albidæ videntur.

Decima quarta varii coloris videtur, cornicula tuberosa nigra habet, uti & ocellos & pedes. Scapulæ albis quinque veluti plumis ornantur, quarum utramque mediam tres nigræ maculæ occupant. Alæ niveæ nigris, luteis & cæruleis hic illic maculis pinguntur. Corpus illi nigro-cæruleum, articulatam, & juxta latera albicans; caudam pro arbitrio exerit vel recondit, mucronatam, subluteam, articulatam: totum corpus pulvere quasi conspersum; aliàs enim corniculorum tuberantium gratia in papilionum classem venisset. Ova numerosa ponit, sublutea, ac inter excludendum caudam exilem exerit, ac deinde pro libitu recondit.

Decima quinta cornicula duo habet nigra, exilia, caput atque scapulæ hirsutæ, fusci coloris, collum miniato torque decoratur, femora rubescunt. Alæ extremæ ex fusco & albo scutulatæ vel undantes potius. Intimæ verò exactè rubent, maculis

piceis infectæ. Corpus leviter miniatum institæ sex nigræ orbicularim circumeunt.

Decima sexta mira admodum videtur, si supinam videris ubique, Xerampelinam dixeris, si pronam, ex viridi lutescentem. Scapulas autem pronas quinque ruberrimæ lineæ deductæ ornant, sicuti & septem medio dorso puncta affixa reliquum corpus. Alæ item Xerampelinis transversim maculis vel umbris potius visuntur, quarum exortus à capite ad pectus usque infimum albescente linea terminatur.

Decima septima, si compressis eam alis incedentem videris, fusca videtur, si verò expansis volitantem, alas interiores explicat coloris incarnati, sed nigricante limbo juxta oras distinctas. Corniculis donatur oblongis, & involuta quasi promuscide, canescentes scapulas macula areosa rotunda inficit, latera item & corporis omnes articuli ceu canis confiti & fimbriati videntur.

Decima octava. Clusius misit perpulchram: Antennæ illi albo-nigræ, caput piceum, nasus aduncus, oculi circulus candicans, collum coccineum, scapulæ hirsutæ, nigro quasi pallio vestitæ. Alæ exteriores nigris albisque institis interpolatæ, interiores rubræ, nigris hic illic maculis ornatæ. Corpus habet piceum, sicut & pedes, sed latera corporis septem utrinque maculæ ornant sanguineæ.

Huic *affinis* illa, quæ est antennis omnino coracinis, mediisque scapulis instita candidissima, ceu margaritarum linea or-

nata.

†

PUN-

PUNCTUM XIV.

De Phalanis mediocribus
Moufeti.

MEdiæ molis Phalænarum septemdecem exhibentur species.

Prima ferè albescit tota, nisi quod alæ exteriores nigris nonnullis maculis & lentiginibus; interiores verò quasi variolis & morbillis ruberrimis medio albescentibus sædantur: oculos item nigerrimos, pedes, antennis subluteas habet. Nasi loco capillus provenit hirsutus, veluti in spiram sæpiùs involutus.

Secunda corpus totum habet hirsutum atque spadiceum, cuiusmodi alæ exteriores, (absque maculis fimbriisque albicantibus & oculo luteo fuisset) Antennas flavas nigra punctula adornant; internæ alæ calendularem colorem referunt, sed ocellis quibusdam & fimbriis uti exteriores nitent.

Tertia alas habet quatuor albas, exteriores autem cœruleæ quædam venulæ affluentius sparsæ infuscant, duæque in medio rotundæ, nigricantes maculæ adornant; linea circum alas ducta mellina videtur, qualis antennarum color, corpus caputque nigricant, oculos habet albissimos, scapularumque latera quatuor utrinque lineæ albissimæ obliquæ decorant.

Quarta cornua gerit repanda grui-ni coloris, corporis nigri latera canescunt. Alæ subluteæ nigris multis maculis serpentariam æmulantibus inficiuntur, superiùs latis, inferiùs orbicularibus: fimbria alarum Vespertilionum more dentata & veluti spinosa nigerrima est tota, quam intus sex utrinq; margaritæ positæ commendant.

Quinta tota est anthracina, nisi quod maculæ ex albo rubescentes alarum faciem adornant.

Sexta corpore & antennis nigerrima oculos albos obtinuit. Alæ illi

subtus coracinæ, extrà aureis villis atque maculis conspicuæ, quibus vicissim lati clavi nigri coloris & argenteo quasi filo transfixi adhærescunt: extimas quoque alas mæander quidam ornat nigerrimus, auro subtus fuso & quasi striatim acu picto.

Septima laticornis, corpus nigrum canescens, nescio an dedecori sit magis, quàm decori. Alarum primordia rubent, reliqua flavescit pars; utramque verò partem nigræ tesseræ laminatim positæ inficiunt, quarum extremitas linea una aurea splendet.

Octava quatuor cornicula habet racemosa, cinerea, duo autem prælonga, & extremitate latiora: corpus aliquale septimæ alas subcinereas obtinet, nigro tesserulatas, & circa extremam oram guttis eiusdem coloris æqualiter pictas.

Nona caput, oculi, antennæ, corpus, internæque alæ arenam illam auriferam repræsentant; scapulæ externæque alæ nigrescunt, nisi quod instita quadam nigerrima lineis utrinque cinereis decorata ornantur.

Decima corpus habet luteum, nigris quibusdam guttis à collo ad caudam usque lateribus & dorso insignitum; oculi, antennæ, pedes nigerrimi; alæ exteriores candidæ, sed limbis flavis, clavis angustis nigris, maculis quoque nigris distinctæ.

Undecimæ alas si videris, niveam dixeris vel lacteam, nisi illam minimæ hic illic nigerrimæq; maculæ inficerent vel ornarent potius; scapulæ item papposæ albicant: dorsum corpusque luteum, & articulatam octo nigra punctula commendant: oculi prominent magni, inter quos antennæ emergunt nigræ atque hirsutæ. Noctu in pratis & pascuis volant.

Duodecima alas habet adèò productas, ut volare commodè non possit; brevissimas antennis gerit, oculos parvos nigerrimos, totum alioquin corpus albescit, lutescentibus quibusdam venulis atque villulis rariùs conspersum.

Decima tertiæ corpus totum (oculis demptis nigerrimis) gruinum colo-

rem subnigricantem æmulatur: antennis habet productiores, corpus hirsutum, alas corpori concolores, sed juxta oras tono quodam virescente & vitreo coruscantes.

Decima quarta pulchra quidem est, quamvis tota propemodum arenosa: cornuæ gestat pro mole corporis valida, nigra, & taurorum more curvata; oculi nigri & magni, caput breve, collum crassum. Alas externas nigri quidam clavilli gratiores reddunt. Spinam veluti supremam quinque nigra ceu caryophyllorum capita trifurcata insigniunt.

Decima quinta alæ ferè sunt subcinereæ totæ, antennis sola ex omnibus destituta est, oculos habet subnigros, dorsum subluteum & quinque fuscis punctulis distinctum.

Decima sexta eiusdem penè coloris videtur, nisi quod illius exteriores alæ macula pulla transversim ducta ornabantur; hæc verò ubique unius coloris (oculos nigellos dempseris) conspicitur: corpus habet longum, articulatum; alas quatuor longas atque angustas, pedes sex, quorum postremi prioribus duplo longiores sunt; cornicula item habet exilia, sed longè excrefcentia.

Decima septima ex eruca bombycina originem ducit, tota albescens præter oculos nigricantes, & venu-las quasdam subluteas rectà per alas & transversim per corporis articulos currentes. A nobis Phalæna Bombycina nominatur.

PUNCTUM XV.

De Phalænis minimis

Moufeti.

Moufet. l.c. p.97.

DE iisdem ita Moufetus. Minimarum in classem unam primam faciemus mirabilem, quatuor tantum pedibus piceis incedentem; externas quoque alas cœruleas habet, internas luteas & externis (præter morem) minores: corpus item luteum adeo magnum est, ut ab alis regi vix possit: cornicula punctis ple-

na, atque oculi (dempta pupilla albi-da) nigrescunt: caput atque promuscis (longa, exilis, involuta) flavescunt.

*Alter*a ex cœruleo viridis videtur: corpus exiguum habet, pedes & antennis nigricantes.

Tertia scapulas atque alas habet porraceas, corpus ex subluto fuscum apparet: alas extimas limbus ornat albis fuscisque maculis notatus: caput perpusillum habet, pedes & antennis cineri similes. Quin etiam in ædibus parvæ aliquot Phalænae argenteis maculis notatæ ad lucernas advolant, quæ laneas & linteas vestes depascunt & ova deponunt, è quibus tineæ, & ex tineis vicissim hæ Phalænae oriuntur: feruntur autem primum ex rosarum foliis, aliisque herbis putrescentibus originem cepisse.

Tres alias minores in pascuis & pratis observavi, quarum *Prima* alas externas nigras obtinet, singulas quinque maculis quasi sanguine perfusis notatas: alæ interiores totæ rubent, corpus fuscum videtur, caput, antennæ breviusculæ, & pedes nigricant.

Secunda similis videtur, nisi quod quatuor tantum sanguineas maculas in alis exterioribus habet, corporeque constat graciliore.

Tertia ferè parilis est formæ, absque antennis esset multò longioribus, & sanguineis maculis alio modo aspersis; nam circa extremitatem alarum guttæ sanguineæ duæ tantum apparent, ab exortu verò maculæ duæ longius tractæ conspiciuntur.

PUNCTUM XVI.

De Papilionibus Moufeti diurnis, magnis.

DIurnæ Papiliones quoque in magnas, mediocres, & parvas distinguuntur. *Magnarum* sedecim sunt species.

Prima, omnium maxima, maximam

Moufet. l.c. p.98. ad p.102.

nam partem flavescit iis locis partibusque exceptis, quæ hic atramento denigrantur. Quin etiam extremi illi internarum alarum globuli cœlicolorem spirant, ut genuinis saphyris confitum putares. Oculi chrysolithum referunt, magnitudinem formamque adeò exsculptam hic exhibemus, ut plura de iis attexere non sit necessum.

Secunda præter magnitudinem parum differt à prima, oculos habet nihilominus nigerrimos atque porrectiores antennas: ubi album colorem vides, ibi melinum sufficito, exceptis illis quasi oculis maioribus juxta finem alarum interiorum positis, quorum pupillam flammæam, semicirculum verò Xerampelinum reddere oportet.

Tertia non multum colore ablu- dit, nisi quod internarum alarum exphyfes, totaque ipsarum extima lacinia glastiva sit, uti & tres illi spintheres, quos sub concava illarum parte vides depictos.

Quarta omnium Regina dici potest; Nam extremis alis, veluti Adamantes quatuor in pala Hyacinthina radiantibus, miras opulentias ostendunt, imò ferè adamanti & Hyacintho oculum effodiunt. Lucent enim pulcherrimè (ut stellæ) scintillasque iricolores circumfundunt; his notis ita dignoscitur, ut reliquum corpus describere (licet variis pictum coloribus) supervacaneum esset.

Quinta caput, pedes, cornicula Xerampelini coloris obtinet, oculos verò hyacinthinos, dorsum atrocœruleum videtur, venter subflavus; alæ juxta basin luteo hilari, deinde tristiori nitent: extimas verò partes rubiginosas & inamœna fuscædine nigrescentes tres luteolæ maculæ adornant, internis rubigine conspersis duæ primæ luteæ, deinde tres ex luteo pallentes maculæ adhærent. Si autem supinam faciem consideres, alæ superiores ex luteo in viridem languescunt, senis octonisve maculis insignes: internæ

autem leviter herbidæ & virentes duabus quasi lenticulis albis inficiuntur. Venter vultusque totus subflavus, ex aurelia prodit albicante, fuscis spinulis notata.

Sexta alæ superiores extrà nigrescunt, per mediam partem limbo quodam obsoletius rubido currente, extremitates ipsarum panno, guttisque niveis micant, obscuris per ambitum crenulis asperatæ; intus autem limbus ille puriorem atque saturiorem exprimit colorem, & juxta radicem cœruleæ videntur. Inferiores alæ alteram intus, alteram foris faciem ostendunt, foris fuscæ sunt totæ, excepta spinosa instita subrubente limbo perpusillis nigris quatuor punctulis & opalis duobus polychrois simul positis notata, intus autem nihil tale monstrant, sed ex nigro purpureo vermiculato in Xerampelinum tristius languentes desinunt; corpus illi nigrum, oculi, antennæ, pedes concolores, fusci.

Septima corpore tota picea, in singulis dorsum tamen incisuris punctulos duos gerit albissimos; alas ex flavo rubescentes maculæ nigræ, candidæque albæ adornant. Verum munifica rerum parens natura extremam alarum oram potissimum decoravit, quæ nonnullis denticellis ferratim æquo intervallo distantibus donatur, in quarum fimbriis viginti clavi cœrulei filo nigro transfixi mirificum edunt splendorem.

Octavam veste undulata & mixta peperit natura, sed vegetis coloribus destitutam: constant enim alæ ex nigro, minio, flavo, & fusco fatifcente, magisque vellere mollicala, quàm ornatu splendida videtur.

Nona maximam ferè partem cinerea conspicitur; si verò internam interiorum alarum faciem intuearis, vix aliquid Indici galli alas signantius exprimit: nam pennas remiges aliæ

quasi vestitricæ & squameæ tegunt; oculus coracinus est, cuiusmodi & tuberosæ typhamque æmulantes antennæ.

Decima corpus piceum, scapulæ flava quadam lanugine, (uti & totum caput) vestitæ, antennæ item flavescunt caput tenus; quod macula ex sanguineo atrata tristius occurrit, externam omnium alarum simbriam circinatam plurimæ ovals margaritæ æquis distinctæ intervallis gratiorem reddunt, intus verò maculis nigerrimis, lentis effigiem imitantibus fœdantur. Verùm sicut foris minus speciosa, ita interior internarum alarum pars, albo virore nitens, guttulis verò argenteis superinductis resplendet, & quæ extra ovals margaritæ videbantur, intus argentum purum putum non mentiuntur.

Undecima speciosam radiantium in-cœrulo margaritarum institam ostentat, alæ superiores ex flammeo flavescens ignem referunt, sex nigerrimis pannis infectæ: internarum radix anthracina, deinde flavo in igneum coruscant: corpus fuscis capillamentis hirsutum, quem colorem cornicula cum pedibus imitantur.

Duodecima eximie est pulchritudinis, alæ leviter cruentæ & maculis nigris tinctæ, radiolis micant auratis filatim ad laciniam usque ambitum dispersis. Hæc verò *Xerampelina* ferratim desinens intus aureis lineis lunatim ductis ornatur. Corpus ex nigro purpurascit, oculi aurei videntur, pedes & cornicula nigricant.

Decima tertia corpus & alæ nigredinem referunt, alis autem nigris & ambitu pinnatis primum capilli, deinde panni, ultimo clavi aurei medio atri inducuntur; oculi item exigui piceo in capite auro illiti; antennæ verò punctulis nigro candidis excrescunt, & in tuberculum nigerrimum finiunt.

Decima quarta culturæ lenociniis mirè aridet, corpus habet hirtum,

ex albo nigricans, oculus niger pupilla albicante: circa oculum glabrum circulum videas ferè niveum, antennæ cum priore communes; exteræ maioris alæ facies ex flammeo aureis lineis productis dignoscitur, quas nigri quatuor limbi dentatim ducti inficiunt, circa finem verò tres numuli argentei ferè triangulariter positi commendant. Interna autem facies pulcherrima videtur, variis auratis squamulis & clavis loricate & imbricatim positis insignis. Extremam alarum partem aurea quoque linea adornat. Pavonem non nihil alis refert, eiusque ritu corpus gloriosum & elegans, pedem autem & tibias aliquantum nigricantes (ne forma superbiam aleret) obtinuit. Promuscis helicam refert lineam, veluti in labyrinthos convoluta.

Decima quinta quoque proboscidem habet capillarem, viminei instar viticelli sese torquentem. Est cinerea intus, forisque dilute cæsia videtur: alas habet spiniformes, vespertilionum more crenatas, has extra fuscae aliquot lineæ interfecant, intus sex clavi nigricantes multum commendant.

Decima sexta alis superioribus exterius obscurius virescit, quas maculæ pannique albescentes flaventesque aliquot adornant: interiores exactè rubidæ maculis decem scotent nigerrimis. Venter octo flavis squamis splendescit: dorsum ex rubro in flavum vergens caudæ hordeolum ostendit quasivenerum. Hirtas scapulas citrina lunula deorsum ducta commendat; oculos ru-

bentes pupilla acutiores reddit argentea.



PUNCTUM XVII.

De Papilionibus diurnis

Mouseti mediis.

Mouset. l. 6.
p. 103. ad
p. 105.

Mediarum diurnarum tredecim species occurrunt.

Prima oculi subflavi videntur, cornua obsoletè pulla, alæ reliquumque totum corpus ex pallido flavescent, interiores alæ extrà una tantum macula saturiore lutea notantur; intus autem caducæ herbidæ fusca quadam variola inficiuntur, dorsum ex cœrulo nigricat, venter subflavet. Ex chrysalide oritur auro illita.

Secunda minus grati coloris videtur: alæ interiores tristi in gruinum fatiscunt cœrulo, & quasi in plumbeum desinunt; externas nigriores habet, fuscis hic illic maculis notatas, tale item corpus videtur. Serratis alis summaque ora crenatis, & veluti aculeatis horridiuscula volitat, & quasi suæ gentis præfica nunquam, nisi funerali habitu tristius incedit.

Tertiam depinximus rigidulam, erectis alis sese veluti tollentem; est etiam spinosis crenis, sed exterior ala ex pallidiore flavo tribus pannis nigris maculatur; internæ verò proxima à radice pars furvescit, media pallescit, ultima rectis, transversisque fibris cancellata subalbescit. Corpus fuscum videtur, oculus picem refert, typhæ nigricant.

Quarta duplici modo distinguitur. Nam quando passis alis se librat, corpus nigrum ostentat, atque fuscas quatuor alas nigricante peniculo veluti liratas, & in rubiginosum fulgentem desinentes eidem affixas. Quum autem floribus insidens alas attollit, prima ala luteola eleganti clypeo ornata conspicitur, cujus centrum pallidum, umbo piceus, circulus exterior citrinus. Venter atque thorax, nec non totus vultus albicant, antennæ nigricantes in flavum divergunt.

Quinta intus forisque sui similis videtur: caput alæque pallorem monstrant, corpus livefcit; veluti etiam antennæ; oculi ex flammeo rutilant, scapulæ pallenti quadam lanugine hispida:

Sexta dum adversas alas expandit, arenosum æmulatur splendentem, nigricantibus maculis modo Dracontii varium: corpus item; si dorsum videas, aquilinæ nigredinis videtur, venter nonnihil fuscior, oculus niger, albida, vel potius candida pupilla clarus, antennæ coracina; alæ aversæ ingrati bætici coloris, & obsoletioris mustellini.

Septimi generis crenulatæ alæ pyriten imitantur, æreis micantes venulis, & fimbria maculisque nigris conspersæ: corpus totum nigro colore splendescente, nisi quod antenas punctuli albi interfecant, & in picea fronte aureoli quodam modo oculi scintillant.

Octava eiusmodi corpus obtinuit, sed ex luteo rubescunt antennæ; alæ polymitæ conspiciuntur, variis plicis, liris, fimbriis; limbisque multicoloribus insignes: surdi illi autem omnes colores atque hebetes videntur, vacui splendore omni & tono; solaque mixtione, positione & numero amœni; alicubi flammam fuliginosam, alibi ingratum fuscum, languentem rubidum præ sese ferunt, rubinique ultima fimbria albis semicirculis inclusi nihil vividi spirant:

Nonæ alæ exteriores sordidis luteolis maculis affectæ atque infectæ; ultima ferè parte clypeolo nigro (quæ medium punctus ornat eburneus) ornantur. Internæ verò quatuor ejusmodi gestant clypeolos; sed circulo insuper flavescente auctos, quorum duo medii justæ magnitudinis, laterales pusilli admodum videntur. Corpus huic ex fusco candidat, oculi prominentes nigricant.

Si ve-

Si verò internam interioris alæ partem inspicias, fuliginosæ videntur, & è sex pulcherrimis bracteolis affabrè collocatis elegantiam habent.

Decima caput intaminatò floret candore; Lacteolas verò alas maculæ quædam fuscæ & nigricantes ornant, dorsum lateraque ex flavo subrubentia novem decemve nigræ labes sub incisuris positæ decorant.

Undecima proportionè & fermè colore formaque corporis nisum refert avicularum prædatricum. Alas habet ac reliquæ Papiliones arctiores, caudam latam & quasi plumosam; internæ alæ non ut reliquum corpus aquilinæ, sed ex luteo rubentes & ferè flammeæ; nasus illi aquilarum morè aduncus, venter veluti inanis, antennæ validæ, magnæ, ejusdem cum alis superioribus coloris, oculi fatis exerti nigri, pupilla nivecentè.

Duodecima forma eadem est, differt tantum colore; corpus cinerem refert, cauda nigrescit, atque dorsum non nihil argentum mentitur: productiores alæ fuscæ labeculis nigris polluantur; intèriores, subluteæ, surdæ videntur. Miræ velocitatis sunt hæ ambæ papilionum species & pernitate nisum provocant.

Decimatertia omnium velocissima scapulis flavomuscidis apparet, alæ quidem lacteæ, in extremitatibus fuscis quinquesexve pennis notatæ, medium dorsum subflavescens macula ornat nigerrima; ex lateribus tubercula utrinq; duo papposa prominent: uropygium nigra quadam lanugine circumscribitur, de volatû

hirundinum non metuit, atque omnes revera alites superat.



PUNCTUM XVIII.

De Papilionibus Mousferi, diurnis, minimis.

HArum decem exhibet. *Prima* alæ internæ, vegeto, nitidoque cocine saturatæ, suavè rubent; exteriore verò luculentam purpuram ex rubro nigroque mixtam, & niveis quibusdam nervulis obductam representant; reliquum corpus nigrescit, etiam racemosæ antennæ.

Secunda juxta alarum basin deargentata conspicitur, quæ deinceps ex cæruleo purpurascens finiunt, superiores interius clavi duo albo nigri adornant; corpus fuscis plenum punctulis; purpureolos pedes emittit utrinque tres, rostrum habet aduncum, è capite quatuor antennulæ, præter duas longas, erumpunt.

Tertiam si volantem videris, alas purpurei exoleti coloris in cæruleum vivaceum abeuntes esse dixeris, variis plicis donatas: intus autem anulis oculis præditæ, cæsiæ magis videntur atq; æruginosæ. Caput ex viridi cæruleum splendet; corpus fuscis albisque institis ornatur, oculi nigerrimi, pupillæ albissimæ videntur.

Quarta lætiorè aspectu prodit, alis oculatis, cyanum cœlestem atque incomparabilem spirantibus. Fecit illam Dædala rerum artifex natura totam oculèam, adeò ut *πανεπτην* illum in Mythologo Arctoris filium, non pavonis caudæ insertum; sed in huius alis habitantem haud ineptè fingeres: quas quidem non minori superbia adverso solè expandit, atque illa avis Iunonia, quam (præ cœlesti, quo excellit, colore) ferè in tuborem dat.

Quinta corpus gruinum, alæ superiores in caule albo virentes, medio luteæ cineritiæ, inferiores exortu atro virente sunt; reliquum albidæ: intus autem maculis in amœno virentè

rore pi&is frequentius conspersæ : oculi nigricant, veluti & capita antennarum.

Sexta globosis scapulis atque gibbosis planis cernitur, quæ cinerem atramento mixtum imitantur, corpus incisuris plenum, subcinereum: alas item angustas, & gruini coloris extimas stillicidiis quibusdã sanguineis intensè rutilantes habet: pedes, capitulum, antennæ corpori concolores sunt.

Septimam ex siliquaastro natam illi affinem dixeris, & præter molem corporis minorem & maiorem nigredinem, primarumque alarum deargenturam vix discrepat.

Octava alæ omnes languidæ luteæ, vel potius pallescente flavo nitentes, punctulis quibusdam fuscis, & aliis annosam æruginem referentibus inficiuntur, ocelli huic nigerrimi, aliàs flavescit tota.

Nonæ alæ omnes conchis marinis ex albo fuscis pictæ videntur: extremitatibus circumatæ, & in medio albis quibusdam lineis crenulatis currentibus ornata.

Decima item conchatis & clavatis alis donata, ex albo & obscuro rubente variè miscetur, nobisque innarrabilem magis Dei potentiam, quàm narrabiles suo nomine colores ostendit.

PUNCTUM XVIII.

De Papilione Bombycum.

Bombycum Papilio, Bombylius quoque vocatur, & ex eruca staminis serici textrice provenit. Meminit eius & Aristoteles, si Aldrovando accedimus, cuius verbis historiã eius ideò describere placet, quòd breviorib. clarè describi non possit. Ait ergo. Huius generis papilionum generationem paulo aliter, quam apud nos nunc fit, describit Aristoteles his verbis. *Ex quodam magno Vermine, qui cornua habet, & ab aliis differt: primum quidem cum is mutatus est, nascitur Eruca, deinde Bombylius atque ex eo Necydalus. Sex porro mensibus in has omnes formas mutatur.* Sic ille paulò aliter, ut dixi de Bombylii ortu tra-

dens, quam nunc fieri videmus. Non enim nostræ Erucæ sive Bombyces ex vermibus fiunt, sed ex ovibus Bombyliorum. Notandumque præterea ibi textum Philosophi à quoquam esse corruptum, ac inversum, & debere legi, nascitur Eruca, dein Necydalus, atque ex hoc Bombylius, quanquam mēdosam illam lectionem securus sit Plinius: nisi & apud hunc quoque corrupte omnia legi dicamus, quod certissimè affirmare ausim. Textus corruptus habet sic. Est & alia Bombycū (de Bōbycib. Vesp̄ar. aut sylvestrium Apum generis erat locutus) origo è grandiore vermiculo, gemina prætēdens sui generis cornua. Hi Erucæ sunt. Fit deinde quod vocatur Bombylius, ex eo Necydalus, ex hoc in 6. mensib. Bombyx. Ego v. lego sic. Est & alia bombycum origo è grandiore vermiculo gemina prætēdens sui generis cornua: hinc eruca fit, quæ & Bōbyx appellatur, ex eo Necydalus, ex hoc bombylius. Omnia 6. mensib. Locus Aristot. colligitur facilè ex ipsiusmet præcedentib. in eo capite verbis, quæ nos ante citavimus, ubi nimirum disertissimis verbis scribit, ex Eruca fieri Chrysalidem, & ex hac Papilionem. Idem ex Plinio diximus, idem Theophrast. tradit, binis in locis, nimirum in quinto de causis Plantar. & in secundo de historia earundem, in quo postremo loco mutari scribit *generationes quasdam per plura animalia*, ut cum ex Eruca fit Chrysalis, ex Chrysalide Papilio: sed Theodor. perperam ibi habet, cum ex tineâ Eruca, tum ex ea Papilio gignitur. Nam Theophrastus Tineæ nō meminit, sed Chrysalidem ait nasci ex Eruca. Iam verò *νεκύδαλον* idem esse, quod *χρύσαλις*, ipsum nomē indicat, cum velut mortuum, vel potius sopitum sonet, unde Gaza rectè invalidam trāstulit, talem esse Chrysalidem præterquam, quod vulgò notum est, ipsemet ibid. Philosophus attestatur, cuius dictionis vim cum non assequeretur Iac. Dalechamp. in fetidissimum errorem impegit, & suo se ipsum gladio jugulat. Nam cum prius locum Aristotelis eodem planè, quo ego restituisset sensu, imò iisdē penè

verbis, in subsequenti Plinii capite, mutata prorsus sententia, quamdiu inquit filum ducit Eruca, & latebras illas sibi ædificat. Bombylius Erucae nomine relicto, nuncupatur non à sono, quem *bombyzationem* Fest. vocat, sed à *bombycio* id est vellere, quod orditur, unde bombycina vestis nomen habet. Post quadragesimum diem, quam Eruca se abdidit, & in bombylium mutata est, subnascens Papilio, nimirum cornutus vermis, & 4. alis pennatus, tum succum exhaurit, qui mollitiem vellere præbet, tum exeso folliculo, ut exitum sibi quærat, velleris extrinsecus incubentis filum profcindit ac dissecat, ut eius tractum, qui tota carminare nititur, sequi non possit, sed discerpatur, ac divellatur. Papiliones *νεκυδάλης*, Aristot. vocat ut equidem censeo *ἀδαπομένους νεκύων*, veluti redivivos, morte liberatos, hac vita restitutos, commutata forma, vel *νεκυωπάτες* i. e. *νεωτάτες καὶ παροφατωτάτες ἐξαπομένους* ultimos, recentissimos, novissime profsiliantes. Sic ille. In quibus *hoc pratereanotandum*, quod Bombyciū vellus, & vestis bombycina, non dicuntur à bombylio, sed à Bombyce. Bombyx n. est Eruca, quæ textit non Bombylius, ut patet ex Plinio, cuius caput 23. libr. II. de Bombyce Coa inscribitur, & in fine capitis de bombycinis vestibus loquens, Assyria inquit Bombyce adhuc fœminis cedimus. Sed cum & in huius capitis mentionem inciderimus, in eo quoq; nodus explicandus est, locus inquam alius emendandus, non tñ. eo modo quo restituit eundem Dalechamp. Plinii verba sunt. Bombycas & in Co Insula nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri a. primo papiliones parvos, nudosque mox frigorū impatientia villis, inhonescere, & adversum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Legit Dalechamp. Fieri a. primo Vermes parvos, deinde Erucas nudas, mox frigore, &c. Ego lego sic. Fieri primo Erucas nudas mox frigore. Erucae n. prius vermes

non sunt. Ut modo ad Bombyliorum nostrorum generationē revertamur, ea plane quo dixi modo se habet, nimirum ex Eruca jam folliculo incluso fit Chrysalis, ex qua Papilio, qui folliculum terebrat.

Summæ equidem imbecillitatis, & brevissimæ vitæ Papiliones isti sunt, ut qui ex folliculo erumpentes, haud ita multo post Venerem incētes diebus tribus coeunt, quo peracto masculus moritur, fœmina vero, ordine iterato ova parit innumera rotunda, minuta, sem. hyoscyami non dissimilia, aut herbæ peti five Nicotianæ substrato sibi panniculo, vel albo, vel rubro, deinde emoritur: tunc panniculus cum ovis suscipitur, & ubi non possit hyemis pertingere frigus, reponitur.

Scribit Aristotel. esse quoddam *Papilionum genus*, quod durum quiddam simile cartamo, i. e. cnici semini producit, sed intus fluidum. Docti considerent, numquid exacte hoc nostris bombyliis competat. Ego id neque negare, neque certo affirmare ausim. Modus n. ille generandi aliis Papilionibus etiam est communis, & Aristoteles in eodem post capite de Bombylio agit. Rursus cum Bombylii Erucam inquit ex magno, & cornuto verme oriri, cumque nostræ Erucae nascantur ex ovis, aliquando credidi, Aristotelem utrumque generationis modum scripto mandasse, prout à diversis audiverat. Videtur enim ex mera aliorum relatione isthæc scripsisse. Quamobrem si ex utraque relatione unam, eamque veram conficias, reiecto scilicet cornuto illo verme, & in eius loco supposito, duo illo simili cartamo bombyliis applicari poterit. Nolim n. cum Dalechampio cornu: cum illum vermiculum inter cornutos nostros Papiliones: nam sic semestri spatio varia formar. successio, non complebitur, ut voluit Arist. repetit Plin. quanquam confirmat experientia 2. mensib. omnia absolvi. Semini a. Cnici semen Papilionum horum simulare potuit, non quia æquæ magna sint, sed quia intus utrumque est humidum. Hactenus. Aldrov.

CAPUT II.

De Anelytris bipennibus.

ARTICULUS I.

De Muscis in genere.

ANelytra quadripennia, bipennia, quæ binis, ut Plin. scribit, pinnis advolant, excipiunt; *Musca, Tabanus, Culex & Ephemerū.* *Musca* primum dæmus locum, quod in eius laudib. diffundendis, ex veterib. Homer. & Lucianus; ex neotericis, Leo Baptista Albertus, Henricus Cunradinus, Andreas Dactius, & Franciscus Scribanus, desudarint.

Nomen. *Nomen*, à musculo accepit. Nam detractis alis, caput nervosum, corpus molle, cauda tendinosa apparet. Hinc *Muscula* apud Boëtium nomen. Græcis *μῦα* à *μῦς* dicitur. De *Caninarum* nominibus inferius dicemus.

Descriptio *Bipenne* esse insectum & in anteriori parte promuscidem s. aculeum gerere, apud Aristotelem etiam habemus. Senos pedes habere scripsit Plinius, exiisque primas longiores ut oculos quos duros & hebetes habet, detergere valeat. Variis depingi cancellatim quasi coloribus, pavonis instar, per microscopium apud celebrem illum mechanicum *Drebellium* Londini observavimus. Reliqua, quæ huc spectant, in *Musca domestica* descriptione, ex Luciano adiiciemus.

Locus. Humidis & æstuosis locis gaudent. Tam numerosæ in Apulia, ut proverbio locum dederint. Tot & in Hispania olim, ut ear. venatores conducerentur. Apud pyramides in Ægypto tam frequentes, ut aervolantium murmure concutiatur. Causam in sepulchrorum copiam, facile coniicias. Astracanæ deniq; ad mare Caspium, examina illarum oberrare, ut vix tolerari possint, navigationibus Anglorum debemus. Levibus & politis non diu insident. In Cretæ monte Carina novem M. passuum ambitu non reperiuntur. Fodinas, propter noxios halitus fugiunt. Romæ in Herculis in foro boario ædem non ingrediebantur: nec in Papho per fores Veneris aliqua, si Apollonio fides.

Pratum Bremensibus ab Emma donatum, nullas ferre, Crantzius prodidit, nullas & quandam Venetiis donum ingredi, quod Cardano debemus. Causam frustra vel in sublimitatem conjicias, cum tota urbs in lacunis sedeat; vel in parietum marmora, cum & in politissimis armis, & splendidibus templis, muscerdæ inveniantur; vel in amuleta, quæ nimis dubia sunt. Vidit ad arcendas muscas conflatum lamellam Scaliger, ad quam in fenestra vix depositam musca advolans, alvum exoneravit.

Omnibus fere eduliis insidiantur: Victus. sed in primis, lacti, cadaveribus, melli, (mel Atticum ob thymum, & Carinæ montis excipio) & sphondylis. Plinius ideò balsami melle adulterati certissimum signum ponit, si à muscis infestetur. Varro ear. proprium *ligurire* dixit. Lycophron ideò *δὲ μῦς* vocavit.

Triplex videtur esse Muscar. generatio. *Vna* è Coitu, qui in æstivum tempus, hyemem clementiorem, vèto meridionali sese vibrante, accidit. Cœunt quædam diu, aliæ non item. Mas postquam inscendit, membrum fœminæ, intra suos meatus receptum, materia & vi prolifica adimplet. Visæ in agro Heydelbergeni mixtæ cuiusdam naturæ, à Pennio. Vicissim enim conscendebant, sed talium & Lucianus meminit. Post coitum excluduntur vermiculi, qui in muscas abeunt. Albi hi, oculos ad latera prominentes habentes, quorum similitudine *staphylomatis* species quædam *μυιόνεφελος* vocatur. *Alter*a ex putrefactione. Nam plurimæ ex fimo oriuntur, in quo inchoatæ latent, & ex quo perfectæ exeunt: nec non aliis sordib. æstivo imprimis tempore. Meminit utriusque & Aristot. *Muscarum*, inquit, *ortus fit in fimo, quem agricola seorsum à stramentis separaverit. Quare ii qui in hoc opere sunt, contendunt discernere reliquum stercoreis, quod syncerum non est: ibique ajunt finum confici. Vermiculor. autem principia exigua: primum enim, in his quoque rubor subit: atque ex immobilib. proficiunt ad motum tanquam enascendo hærentes.*

HISTORIÆ NATURALIS

rentes. Deinde vermiculus evadit immobilis. Tum demum motus, rursus movere sese cessat: atque ex ea musca perficitur: moveturque flatu solisve superventu. Videtur tamen ex aliorum observatione loqui. Nulli qui per coitum generantur vermiculi: nec qui ex putredine tot metamorphoses subeunt. Crescunt primò ad justam magnitudinem, mox quasi in Nympham mutati, immobiles jacent: rupta tandem statò die nympa, egrediuntur. Scalig. non tã ex putrefactione, quam principiis quibusdam immutatis, ex gummi nempe quodam liquido oriri scribit; vel fortè ex alia aliqua materia, à Natura in hunc finem concocta. Tertium generationis modum Knivetus Anglus detexit, *Corruptum eruca corpus,* (verba sunt Mouf.) *vel parum contusum in aureliam imperfectam convertitur, tunc ex ea, non papilio, sed tria oblonga ova nigricantia eiiciuntur, ex quib. musca vulgares, vel alia iis similes oriuntur.* Quandoque aurelia ipsa corrupta, nec papilio, nec ova, sed vermiculi albi, per foramen (quandoque unus, nonnùmquam plures) egrediuntur, ex quibus postea muscæ valdè exiles. Ex guttis sudoris de laborantium digitis decidentib. in Dariena regione prognatas, vidit Petrus Martyr. Rivello verò reb. Britannicis præfecto, ex sanguineo imbre procreatæ sunt. Videntur cum rhododaphne amicitiam colere, quod ad eam etiam in scrobe defossam undiquaque convolent. Bellum cum araneis gerere notum. De crabronibus superius diximus. Fortè cibi gratia ab iis capiuntur. *Aetas prærisque brevissima. Magnis & militaribus paulò longior. Pereunt oleo, quòd hoc angustissimos, quales ipsis, spirandi meatus, lentore suo intercipiat. Potè id & temperamento, quod frigidum, adscribere. Excalescunt, haud facilè contrariam mutationem perferunt. Frigidæ, celeriter refrigerantur, & moriuntur facile. Mortuæ vel suffocatae, vel solis calore, vel cinere superfuso reviviscunt, ideò quidam immortalem animam habere putarunt. Tu calori id adscribe. Strangulatur vitalis in iis calor, cum*

exiles corpusculi meatus, copiosior humor infarcit: sublato per calorem externum isto, suæ libertati restituitur. Obruncatas capite, currere, salire, & plurimum reliqua corporis parte vivere, notum.

De Volatuita Lucian. *Est illi volatus, non continuo pennar. remigio, ut vesperilionibus: neque saltu ut locustis: neq. cum stridore, ut vespis, & crabronibus: verum flexilis, ad quamcunq. aeris partem se moveat. Adde, quod non volet quiete & cum silentio, sed cum cantu & melodia: non item immite & save, quemadmodum Culices & Muscella: neque cum gravi fremitu Apum & Vesparum, horribilem ostentans sonum & minacem; sed tanto volat his suavius musca, quanto sunt tuba & cymbalis tibia dulciores.*

Et dum volant, & liberæ, & captæ, præcis etiam alis sonant: sed hæ, alio quam illæ modo: aliquando, exeunte in ore spiritu, ut Albertus loquitur, non sonant. Percutitur cadens inter alas earum aër: meatq; etiam non volantib. inclusus intus spiritus. Maior in volatu sonus, quòd maior aëris attracti copia ad septum transversum validius alliditur. Vix audiuntur quiete, quòd tum se nec contrahunt, nec attollunt. Non attrahitur sic intus spiritus, cuius agitationi sonus ipse adscribendus est.

Ingenium detegunt, audacia, impudentia, & indocilitas. Nulli rei non insident: nihil non conspurcant; redeunt etiam millies abactæ. Indociles esse, sed minus hirundinib. quod captæ horreant, hæ sua natura hominem oderint, apud Plutar. cui suffragatur experientia, habemus. Araneos insidiantes observant illorumq; casses evitare conantur. Elephantem adortæ, in pertusa rimis pelle, si constringatur, intereunt. Plura in Leone Baptista Alberto & Lucian. vide. Dolorificos interunt morsus, corporiq; diu affixæ hærent. Vnde Homer. sagittarum ictib. comparavit. Acriores illi, si aliquid de serpentib. vel venenatis gustavere. Candidis illapsæ vestib. ita eas conspurcant, ut difficulter eluas. Carnes, emissa ab alvo vermium illuvie, scædare solent. Imminente

Martyr. Deca 3. l. 9.

Sympathia & Antipathia.

Æcas.

Galen. de Med. simpl. l. 2. c. 20.

Ælia. H. A. l. 2. c. 29. Plin. H. N. l. 11. c. 36. Volatuita.

Arif. H. A. l. 4. c. 9.

Plin. H. N. l. 29. c. 6.

Æl. H. A. l. 9. c. 17.

nente tempestate validius mordent: seu quod frigidior reddito aere, calor naturalis appetitum excitet: seu quod exhaustas in circumfluum aërem, unà cum vapore humidi substantifici, quod paucum habent, portiunculas, qua patet via refarcire moliantur. Tum etiam ex supremo aere ad infimum descendunt: & in aromatis bus maxime apparent. Multa contra insultus ear. traduntur. Quidam cœpæ frustulo carnis affixo arcent. Alii lupi caput intra domum suspendunt: ex salicaria seu lysimachia fumum excitant: folior. minoris sambuci, vel cucurbitæ decocto, vel helleboro albo cum lacte trito, loca conspergunt. Sunt qui succum origani cum lacte & suillo felle & malo granator. confuso, aqua diluunt, & solo superfundunt: visci, qui myrti aut huiusmodi planrar. fasciculos suspendebant, inque iis noctu congregatas, in sacco coniciebant, lumenta ab earum iniuriis præservare creduntur, laurus cum nigro veratro in lacte trita; nepetæ odor & folior. eius decoctum: Vnguet. ex baccis lauri cum ol. paratum: frutices rhododaphnes, si rufi in scrobem coniciantur, convolare in eos undiquaq; volumina creduntur.

Fuga muscarum.

Plin. H. N. l. 24. c. 8. & 25. c. 8.

Beret. vst. Med. l. 2.

Vfus,

Habent in Medicina usum. Illinuntur à quibusdam cum radice lapathorum vitiliginibus. Impari numero, ab aliis, furunculis, medio digito, applicantur. Capita folio ficulneo asperata alopecie conferunt: cui, secundum alios, cinis cum nucum cinere contritus, prodest. Sunt qui melle, sunt & qui lacte subigi volunt. Ad pilor. raritatem, vide ex iisdem & aliis remedium. In Epilepsia rufas & in potu exhibitas commendat Plin. M. Seruil. Nonian. addit idem, princeps civitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliusve ei prædiceret, duab. literis Græcis P. & A. chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo. Mutianus ter Consul, eadem observatione, viventem muscam, in linteolo albo. his remediis careve ipsos lippitudine prædicantes. Galen. ad chymosin, cum ovi luteo tritas commendat. Ad pilos palpebras pungentes, Dionysius Milesius. Plin. ad eadem gignendas muscar. fimi q; murini

Plin. H. N. l. 30. c. 16.

Galen. de comp. Medicam. secund. loca l. 4. c. 25.

cinerem, æquis portionib. permiscet, additis quibusdam aliis. Aqua earundem per balneum destillata, oculos à maculis & pterygiis liberari, si vespere laventur, capillos, si eadem sæpius madefiant, in immensum crescere; duab. guttis, surditatem tolli, Iudæus quidam apud Gesnerum retulit. Vas autumno sepeliendum, & materia sub hyemem destillanda est. *Audivi quendam, inquit Gesner. solitum dare, tres vel quatuor muscas intra corpus, atq; alvum inde optimè solutam. Rec. flor. genista g. 5. ponantur in vase terreo, cum butyro alternatim strato, quib. vas impleatur, ac optime clausum in simo equino. solem versus per annum sepeliatur: post annum, muscas invenies, ad unguenti formam redactas, quæ omnem dolorem, in quacunq; corporis parte sedant. Cedunt & quibusdam animalibus in cibum. Aranæ iis insidiantur, hirundines vescuntur. A Chamæleonibus, mutacillis, anate muscaria,*

Mous. de Ins. l. 1. c. 12.

Vfus in cibo.

Suidas in Epicuro.

Marin Sic. l. 2. de Hispania Regibus.

zygænis capiuntur & vorantur. Arrident & piscibus; truttis in primis, Adhibentur & inter supplicia. Ap. Persas, qui legibus obtractaslet, dieb. viginti in Archivo vincus, perseverabat, & melle ac lacte delibutus, nudus muscis exponebatur. Exerciisse & Deum per eas sua iudicia, Historiæ tradunt. Megareses è sedib. pepulere. Iuliani Apostatæ exercitum afflixere: in Carolo Gallor. Reg. A. MCCLXV. magnum damnum morfu intulere. In Oriente tanta ex mortuis & putrescentib. exorta A. MCCCXLVIII. pestis, ut vix decimus hominum superesset. Circa medium Augustum in Brombientis templi fastigio ingens examen quotannis considere solere, Bithmannus author est.

Genera Muscarum plurima occurrunt, quæ sigillatim in sequentibus ponemus. Differunt, magnitudine, partibus, colore, loco, &c. Magnitudine, sunt magna, quas sæpius videtis militares, Lucian. dicit, alii Canes, sonitu asperrimæ, volatu velocissimæ, vitæ longissimæ, tota enim hyemè perdurant. Sunt mediæ, sunt minima. Partibus. Aliæ capite sunt magno, parvo alæ: ventre quædam crasso, exili, brevi procerò. Sunt pilosæ, glabræ, antennis in fronte gerentes, plurimæ non, In Cyrene

HISTORIÆ NATURALIS

habentur latifrontes veluti mustelæ, aliæ viperis similes. *Loco sunt Domesticæ, Sylvestres*, quar. oleum in magno precio fuisse memorat Cardã. Macedonicæ in fluvio Astræo, *Hippuri* dicto, quæ simul ac hominis manu cõtinguntur, alis evanescentib. colorem perdunt. Moluccanæ, Sumatrenses, Americanæ. *Colore*. Nam virides & pictas, Vespam maiores, quæque subterraneos sibi nidos forment, Hispaniola insula alit. *Albas*, aculeis acutissimis, Casparus Balbii in itinere suo vidit. Insigni albedine notabilis & illa, quæ Toleti, in macello publico, sola per integrum annum comparere solet. Sunt & cinereæ, cæruleæ, luteæ. Huc pertinent *Canina* quæ canes, *Boaria*, quæ boves, *Equina* quæ equos infestant, *Napelli* & *Vinaceorum*. *Illis* à nappello, qui in Alpib. Rheticis, mense Junio & Julio floret, nomen impostum est. Concolores ferme eidem sunt, communibus maiores; alis capitibusque ex lucido viridiq; vel cæsiõ virente, quasi Cicindelæ, vel Cãtharides, ut Pena & Lobelius describunt. Guainerius Antidotum ex eis confecit ad multa utilem, quem ap. Aldrovand. vide. *De Musca vinaceor.* ita Aldr. Ælian. Ephemera inquit, animalia unum diem vivunt: ex fæce vini acescente originem trahunt, aperto dolio, ut luce suscepta sunt, vita excedunt. Aristotel. v. Culices (*κύνοπες*) scribit nasci ex vermiculis, qui fece acetigignuntur. Quo loco Gazapro *κύνοπες* reddidit Culices vinarii, sed quam bene dicetur in Culice. Nascitur quidem in ipsis vinaceis Muscar. quoddam exiguum genus, *Moscinos* vulgus vocat; Sed hi meo iudicio, neque culices illi Aristotel. fuerint. non n. ex aceti fæce gignuntur, argumento, quod vindemiarum tempore tantum appareant cum nova vina fiunt: neque *Ephemera Aeliani*, etiam esse puto: nam plurimos quotidie propè dolia extinctos reperire esset, quod alioqui non fit. *Moscini* a. nostri animalcula sunt admodum exigua, corpore crassiusculo, coloris ex cinereo fusci, brevi: capite rotundo, brevissimis antennis, brevib. etiam pedib. quæ ferè omnia in contrario in culicib. modo haben-

tur. Hæ namq; antennas habent longas, corpus procerum, pedes longos. *Moscini* vini valdè sunt appetentes, adeò ut in eo sese submergant, unde bibaculor. adagium cupientium *Moscinorum* more mori, h. e. in vino, ut inextinguibilem suam sitim sedent. *Vinulas* eos vocat Scaliger.

ARTICULUS II.

De Muscis in specie.

PUNCTUM I.

De Muscis Aldrovandi

prima tabula.

MUscar. varias differentias Aldr. *Aldrov. de Inf. l. 2. c. 1.* & Mouf. nobis proposuere, hic in classes certas digestas, in tribus tabellis ille. Prima 25. species continet.

Prima Megalocephale haud ineptè vocari poterit. Capite enim est pro corporis portione satis magno, cum interim vulgaribus vix maior sit. In fronte candicat, oculi rubent, alvus prope pectus sublutea est cætera fusca, alæ ex luteo & nigro variegatæ.

Secundam ad Boariam genus reducendam iudico: longa est duos ferè digitos, lata transversum pollicem, colore per totum corpus luteo, capite triangulari, in medio luteo & hirsuto, oculis colore castaneis & figuræ ovalis. Pectore lato, eminente, gibboso, utrinq; ad latera depresso. Ventre longo, angusto, annuloso, deorsum inflexo, in extremitate acuto, colore lutescente ac lucido, in fine nigricante. Alæ subluteæ totum corpus longitudine æquant, quas, dum quiescit, simul coniungit, & supra supernas partes ita extendit, ut fere totas obtendant. Pedes flavescunt, in extremo ferrati, vel denticulati & bifidi; pro na parte ex luteo ad fuscum colorem accedere videtur.

Tertia muscis vulgaribus maioribus paulò maior, utpote ex Boariar. genere, corpore est crasso & rotundo, coloris nigri saturati, lucidi & splendentis. In capite maculæ sunt aureæ duæ, oblongæ & obliquæ C. literæ confimiles. Alæ quæ pectori hærent, eleganter admodum lutescunt. Pedes aterrimi, sed minimè splendidi. *Quarta* propter cinereum seu leucophæum colo-


Athen. H. A. l. 15. c. 1.

Rhodig. An. ziq. scil. l. 17. c. 11.


Aldr. Hist. Inf. l. 3. c. 2.

Muscarum Aldrov: Tab. 1
 Muscae . Fliegen vnd Hundts Mücken


Tab VIII
 Aldrovandi figurae
 numeris notatæ sunt




Tab. 2



Tab. 3



Vide Muscas Moufeti. Tab. Seq: X.





colorē Caninis poterit accēferi. Vulgarib. aliquantò minor est, figura corporis eleganti & vivida, colore cinereo, sed alæ ad luteum vergunt. Caput rotundum, venter oblongus & hirsutus, pedes rufescunt.

Quinta forma it. corporis est admodum venusta, caput rotundum habēs & rubescens, lineolis duab. candidis insignitum. Pectus, quod leucophæū est, duab. maculis nigricantib. perornatur. Alæ cinereæ nigris maculis eleganter variegantur. Venter oblongus, & rotundus in extremo, ceu in aciculam desinens. Partem supinam lineæ duæ albicantes transversim secant. Prona pars cinerea est; Pectus pronum cæruleum. *Sexta* pectore est æneo, valdeq; splendenti, ventre rotundo, colore viridi, sed 3. lineis transversalib. nigricantib. distincto. Prona tota virescit. *Septima* maiori muscæ compar est, capite in medio coloris argentei, antēnis brevib. pectore leucophæo, alvo supina subrubra, quæ tñ. si Soli obvertetur, colorem etiā quendam lucidum cinereum præ se ferre videtur. Prona tota similiter subrubra est, & toto ferè corpore hirta.

Octava novissimè descriptæ valdè cognata est & similis. Capite similiter albicat, corniculaq; eadem in fronte gerit, & toto corpore pilosa est. Colore tñ. quodammodo differt. Pectus n. & alvus ex cinereo ad cæruleum vergunt, & si Soli obvertatur, subrubri quid in eius alvo conspicitur. Est præterea aliquanto minor. *Nona* à vulgariū muscar. generibus ob alvi gracilitatem degenerare videtur, & ad Culices accedere. Caput ei rotundum, pectus nigricās, dein color cernitur luteus, qui lineis duab. nigris invicem instar crucis interfecantibus insignitur, cæterò nigra est. *Decima* tota lutea est. Alas, cum quiescit, supra alvum coniungit & explicat. Pectore est latiusculo, ventre angusto & gracili. Alas habet valde subtiles, & punctulis innumeris variegatas. Caput subtus albicat, supra lutescit, & è medio duo brevia exilia cornicula erumpunt. *Undecima* contractior & brevior est, pectore cinereo obscurè, ventre nigro, sed ad cæruleum quo-

dammodo tendente, tota hirsuta.

Duodecima valdè pusilla, capite rufescente, pectore subalbo, multis tñ. nigris punctis eleganter variegato; alvo similiter subalba, aut cinerea dilutè, quàm lineæ multæ nigricantes transversim secant, alteratantum per longitud. excurrente. *Decima tertia* in arborum truncis, pyri verò & pomi potissimùm insidere deprehenditur. Color toto corpore æneus, aut viridis, sed admodum obscurus. Venter a. supinus soli oppositus cinereo, lucido nigroq; variegatur, pronus obscurè virescit. Pectus supinum lineis quibusd. rectis exornatur. *Decima quarta* ad maiores muscas ferè accedit, pectus ei obscurè lutescit; alvus admodum exilis est, angusta, & in extremo acuta, ex luteo & nigro eleganter variegata, Lineæ namq; quaternæ nigræ ipsam cingunt, quar. duas priores linea alia quædam intermedia coniungit, & fere unit: sed reliquis punctula quædā nigra substernuntur. Alæ corporis longitudinem æquant. *Decima quinta* vulgaris magnitudine est, alvo graciliori, colore luteo obscuro, capite rotundo, in medio eleganter rubro, oculis nigris, pectore lato, prominente, & utrinq; ad latera depresso: ventre exili & gracili, & deorsum reflexo. Alæ & pedes dilutius, quàm reliquū corpus lutescunt. *Decima sexta* vulgares aliquantò excedit: pectore supino nigro, sed pilis quibusd. lutescentib. insignito. Alvus depressa est, & versus pectus duas habet maculas luteas, cæterò penitus nigricat, præterquam extremo, quod obscure albicat. In alis, quæ pectori connectuntur, macula lutescēs utrinq; conspicitur.

Decima septima ex Caninar. maiorū numero cinerea est, sed junctis quibusd. nigris depingitur. *Decima octava* tota viridis, ac maximè splendidi coloris, pedibus ac capite nigricat.

Decima nona illis videtur accensenda, quæ carnes æstivis temporib. defcendant. Figura n. omninò est eadem, colore tñ. magis fusco, lucido, & ad cæruleum obscurum tendente: toto præterea corpore hirsuto, alisq; circa exortum flavescens. *Vigesima* vulgariū magnitudine est, corpore tñ.

HISTORIÆ NATURALIS

obefiori. Pectus admodum obscure lutescit. Alæ maculis duab. vel. trib. fuscis pinguntur. Eadem in exortu flavescunt. Alvus tota ex cæruleo nigricat, & admodum plana est. *Vigesima prima* corpore est rubro, oculis colore castaneo, pectore piloso, alvo nigra, sed trib. lineis subluteis trāsversis insignita. *Vigesima secunda* ex Caninar. maiorum numero, sed aliquantò minor, pectus habet atrū, & in eo lineas subalbas per longitud. ductas, alvum cineream, ac admodū lucidam, maculis multis partim nigris, partim rubescentibus resperfam. Pediculi sunt aterrimi. *Vigesima tertia* alis est colore argenteo ad aurum tendentib. In ore aculeum gerit. Caput majusculum & pectus obscure lutea sunt. Alvū planè luteam linea longa in 2. partes supine dissecat. Fucum fermè exprimit magnitud. Sicut insuper *vigesima quarta*, quæ ob varietatem color. valde speciosa est, caput habet album, oculos amplos spadiceos, thoracem nigrum, sed lineis 2. subalbis rectis exornatū. Alvus oblongiuscula est nigra, aliisq; coloribus conspicua. Quà n. pectori jungitur, maculas 4. luteas habet, 2. utrinq; intercurrētes lineæ nigræ distinguūt. Cætera albo, nigro, luteoq; elegantissime variat. Prona pars penitus flavescit, præterquam in extremo, ubi nigricat. *Vigesima quinta* vulgaribus muscis magnitudine æqualis pectus habet nigrum, lineis aliquot subalbis variegatum, alvum colore aris politissimi & splendidi.

PUNCTUM II.

De Muscis Aldrovandin. tab. secunda.

TOtidē species & 2. tabella habet. *Primo & secundo* loco quæ positæ, invicem fere similes sunt, quamquam prior caudā sursum, altera deorsum flectat. Vtraq; anteriori parte muscas cōmunes ad amussim repræsentant, capitis sc. & pectoris figura. Dorso sunt eminenti, elatoq; ac gibboso pilosoq; Alæ longæ, angustæ, ad caudam propemodum extremam exprorectæ. Alvus nigra, angustaq; in 8. determinata annulos, tandem ita acuitur & reflectitur, ut Scorpionis caudam efformare videatur. Pedes oblongi scabri, in extremo veluti in

minutulos digitulos divisi. *Tertia* exigua admodum alas habet argenteas, lineolis nigris ternis transversim sectas, alvo breviores, quæ initio crassiores sunt, sed postea magis magisque attenuata paulatim in mucronē desinit. Quicquid alvi ultra alas protenditur, id totum nigerrimum est. Petioli colore sunt ferrugineo diluto ad luteū vergēte. In ventre aut eius apice nulla observare licet segmenta, quæ annulos vocat Albert. Caput & dorsum non nihil rufescunt superne. In dorso extremo, ubi alvo jūgitur appendicē parvam quandam habet albicantem. *Quarta* oblonga est & gracilis, capite pro corporis portione magno fusco, fusco it. thorace, qui gibbosus est. Alvus exilis in medio rubra, cæterò nigricat. Pedes atri, quor. posteriores longissimi sunt. In *quinta*, quæ tota cinerea est, nihil est præterea notatu dignum. *Sexta* culici formis est, caput & dorsum fusca sunt. Caput culicis exiguum, sed nulla fistula. Alæ longæ & angustæ, ad extremā alvū exprorectæ, aut etiam ulterius, ex fusco splendide. Alvus annulosa, angusta, oblonga; dorsum supinū, luteū, nigris maculis varium. *Septima* in media fronte inter ocellos nigros pūctulū aliquāto prominēt jujubæ. Proboscide armatur insigni. Corpus totū, pedes & alæ colore sunt ferrugineo. Mēbror. constitutionē icon exacte ostendit. *Octava* ex minimar. genere est tota nigricās. Alæ in ipso exortu, nigræ, cætera argenteo splendēt. *Nona* pariter ex minimis est, colore viridi perelegāti cōspicua, q. si Soli obverferetur, velut aureus apparet. Alvus angusta brevis, & in extremo non nihil acuminata. Alæ ultra anū protēsa. Ejusd. generis, imò minor est *decima*, & ipsa pariter viridis alvo exiliore, magisq; acuminata. Alvū quoq; acuminatā, sed nō adeo, habet *undecima*, colore nigro est, sed maculis albis in capite, dorso & media alvo varians. Alæ argēteæ purpureum, quid si Soli obverfantur, ostentant.

Duodecima à minimis illis viridib. nihil differt, nisi quod ano est rotundiore, crassioreq;. *Decima tertia* ad maiores accedit, tota atra, præterquā in alvo (quæ compacta & crassa est ubi tribus, quatuorve lineolis seu circulis cinereis transversim secatur. Alæ amplæ, & duplo fermè toto corpore longiores, in extremo albicant, cætera aterrimæ.

Decima

Decima quarta vulgaris muscæ speciem refert, sed thorax & alvus ex cinereo viridescunt. Alæ & pedes flavescunt.

Decima quinta Fucum & Vespam refert, illum corporis crassitie, hanc colore potissimum alvi. Hæc n. lutea est, lineis quatuor transversis nigris insignita, per quarum medium linea aliàs eiusdem coloris rectà percurrit. Pectus pariter subluteum, & maculis item duabus nigris utrinque decoratur. Caput in medio lutescens linea quædam nigra transit. Oculi sunt fuscis, antennæ admodum exiguæ, pedes lutei, in extremitatibus quodammodo nigri.

Decima sexta ex caninis maioribus est; Oculos rubros, magnos, prominentes linea alba interfingit. Pectus cinereum est, sed tribus lineis rectis, albis distinctum. Alvus quadrangulis fuscis, albisq; invicem alternatim subeuntibus, varia, latruncolorum lusum repræsentat. Ipsa tota in prona parte ex cinereo ad fuscum tendit.

Decima septima exigua est & nigra, muscæ vulgaris fortè nondum adulta.

Decima octava apem quodammodo refert. Alvum luteam & pilosam lineam quædam nigra supernè à pectore ad extremitatem protracta rectà percurrit. Pectore est nigro, capite albo, oculis fuscis extuberantibus. E media fronte cornicula brevia, nigra & apicibus rotundis insignita emittit. Alas subluteas & splendas habet. Anus niger est & hirsutus, cætera lutescunt præter pedes, qui nigricant, præterquàm in extremo, ubi albicant.

Decima nona toto corporis habitu vulgares refert, sed magnitudine inter majores & minores ambigit.

Vigesima eadè magnit. est tota ferè atra. Alæ maculis fuscis colorantur.

Neq; ab his discrepat magnitudin. *vigesima prima* hirsuta, pectore nigro, alvo rufa, sed supinè nigris notis ad podicem usq; nigrum item continuatis variegatur. Alæ fusco maculantur.

Vigesima secunda maioribus congener, tota penitus cœrulea est.

Vigesima tertia vulgaris domestica est, nulli non nota.

Vigesima quarta coloris est spadicei auri ad instar rutilantis.

Vigesima quinta, quæ ultima est in hac ferie, totam penitus auream alæ argenteæ cohonestant.

PUNCTUM III.

De Muscis Aldrovandi

tertia tabula.

IN tertia tabella viginti duæ exhibentur.

Priori loco quæ depingitur, corpore est exili, capite, alvo, antennis proceris, pectore nigro, alvo rubente.

Hac aliquanto maiores sunt *duæ subsequentes* pulchræ admodum & valdè similes. Prior capite & thorace, pedibusque est cœruleis, corniculis oblongis, alis luteis, alvoq; inter rubrum & luteum ambigente.

Quæ post has in eadem ferie *quartum & quintum* locum obtinent, vesper quodammodo speciem præ se ferunt, quanquam minores sint, antennis pariter instructæ, capite & pectore fuscis, alvo & alis lutescentibus, his intensius, illis obscurius.

Sexta corniculis adeò brevibus, ut carere eis videatur. Corpus totum annulis aureis, & nigris alternis variegatur. Alæ auro & argento mistis resplendent.

Septima ex iis, quas Tavanellos vulgus vocat, longa proboscide, brevissimis corniculis prædita, thorace obscurius, alvo dilucidius lutescente, alis argenteis.

Octava ex maiorum numero est tota penitus viridi colore obsoleto vestitur, sed caput rubet, alæ albent.

Nona eadem videretur, nisi multò gracilior & minor esset.

Decima quoque ex muscarum genere judicavi. In ore promuscidem habet valde longam & bifidam. Capite est rufo & hirsuto, antennis exiguis, corpore toto plano & depresso, colore aterrimo & splendido instar holoserici: alis longiusculis, quæ in parte externa nigrescunt, in interna argentum referunt. Totum corpus supinum admodum hirsutum & pilosum est, in medio nigricans, ad latera albicans, pedibus est flavescens, hirsutis. Alæ tametsi

HISTORIÆ NATURALIS

tametsi flavescant, si soli obversentur, argento splendent.

Musciforme insectum, quod *undecimo loco* exhibetur, libuit appellare, quod proboscide, capitis & pectoris conformatione omninò muscam referat. Caput nigrum est, thorax item niger: viridis in dorso macula longa: alvus valde longa, deorsum inflexa & acuminata, ferruginea & maculis atris supinè per longitudinem ductis. Crura item sunt ferruginea.

Duodecimo ordine depictum Insectum musciforme quoq; dici potest, capite crasso ferrugineo, pectore & alvo oblongis, angustis, colore viridi; alis albis, nigris fibris intercurrentibus, pedibus subflavis.

Tertium & decimum Insectum alvo pariter est admodum procera, colore modò nigro, modò croceo lutescente distincta, tenui & in extremo obtusa. Alæ latiusculæ sunt argentæ, breves. Per tergus luteum fusca linea deorsum tendit. Caput nigrum, cervix lutea, antennæ perbreves, perbreves item pedes, qui cinerei sunt.

Iam *v. decima quarta* in hoc ordine elegans musca est, alas habens plane argentæ, caput nigrum, nigras item & subtilissimas antennas, oculos flavos, cætera viridia, præterquam in suprema alvo, ubi elegantissimo miniaceo colore insignis est.

Decima quinta exigua est, at longis proportionem alis, iisque fuscis. Tota ipsa candicat. Caput rotundum est, exiguum, alvus hirta.

Decima sexta muscula est omnium minima, tota aterrima, alis albis longissimis pro corporis exilitate.

Decima septima alis pariter longis & totam cooperientibus prædita est, corpore fusco & nigro, superius vario, pedes habet posteriores valdè longos, longas item antennas, easque nodosas & flexiles.

Decima octava tota est coloris fusci, corpore exili, brevissimis antennis.

Decima nona alis & alvo coloris aurei splendidissimi, longiuscula, pectore fusca. In capite puncta habet duo lutea, antennas nigras in extremo obtusas.

Vigesima capite est nigro, antennis brevissimis nigris, alis argenteis, cætera ex cæruleo viridis.

Quæ *penultimo loco* picta est, similis est ei, quæ in secunda tabula depicta est sexto ordine, sed crassior & elegantior, nigra & luteis annulis: alis item proceris ex luteo ad castaneum vergentibus, capite nigro rotundo, unionem nigrum æmulante, antennis brevibus, quæ capiti inseruntur, admodum tenuibus, in extremo crassis & obtusis: pedibus longis, subflavis.

Postrema ex Tavanellorum vulgò dictorum genere est, sed insolenti aspectu, quo ranam, bufonemve quodammodo æmulatur. Corpore est procerum, crassoq;, coloribus nigro & flavo variegato, oculis nigris, amplis, & obtuso rictu ranam, bufonemve (ut dixi) exprimente. Antennis caret. Pedes sunt brevissimi. Alæ longitudine alvum excedunt & latitudine; color iis aterrimus.

PUNCTUM IV.

De Muscis Mouf. aquaticis.

Moufeto duplices sunt muscæ, Mouf. Theatri Insect. pag. 69. *Aquatica* nêpe & *Terrestres*, quarum illæ *Phryganides*, *Macedonica*, *Tigurina*, *Aeschna*, *Lutea*, *Fusca* & *Tipula*. Ed. 101. Græcis seu lacustres nomen tale, quod rebus aquis innatantibus vescantur, & super aquas potissimum degant, sortitæ sunt.

Phryganides, inquit Mouf. ex Phrygania vermiculo (quem Angli Cados Worme appellant) in aquis degente, & mense Aug. ad superficiem aquarum ascendente exit, quaternis alis, colore fusco, corpore oblògo, 2. antennas breves habens, caudam verò bifurcatam, vel duas setas è cauda exeuntes. Varia hujus muscæ est forma, quia Phryganiorum ipsorum tanta varietas.

Ap. Maced. circa fluvium Astræum, qui inter Berocam & Thessal. medius fluit, volitat muscarum genus, quæ non ubiq; reperitur, nec ad aliarum muscarum similitudinem quicquam accedunt, nec Apum Vesparumve, aut crabronum faciem gerunt; harum tamen, cujusq; aliquid referunt: nam magnitudine crabrones, colore vespas, bôbitatione apes

Musca referenda ad Tab. j.

Aldrov :




Ad Tab. 2. Aldrov.



Ad Tab. 3. Aldrov.



Culices . Mücken .




Musc. Lupus.

M. Carnivora

M. Aquatica

M. Bucularia. Afilo



Afily, Apiaris

M. Tabanides

M. Scorpiuros

M. Bip. 2

M. Bip. 3.

M. Unifeta

M. Mirabilis

M. quadripelo

M. Bip. 4.

M. Tripilis

M. Bip. 5.

apes, audacia reliquas muscas repræsentant; *ἰπώγους* indigenæ vocant. Equifeles Latini; per summas aquas volitantes piscibus in escam cedunt.

Musca aquatilis æstiva maior frequēs circa Tigurum conspicitur mente Majo (vulgò res glafft vocant) quam à generoso nominatam accepimus & à Tigurinis describi optamus.

Aeschna muscæ sunt aquaticæ, colore cinereo, alis quatuor, sex pedib. juxta caudam multos quasi exiguos pilos lanuginosos habentes.

Musca aquatilis lutea ex fusco lutescit, alas habet lōgas, in scapulis semper inter volandum erectas. Oculi illi magni prominentes, cauda longa articulata, cuius in extremitate duo pili longi exeunt; juxta flumina & paludes semper versatur, rarius alibi, præsertim à pluviis.

Fusca alia est quatuor alis longis, longisq; crurib. corpore articulado; duas longas antennas in fronte gerit, parvum caput, oculos prominentes & nigricantes. Alæ fuscæ, sed dilutæ magis, quàm reliquum corpus. In sylvis juxta paludes & stagnantes aquas ferè semper reperitur.

Deniq; inter rariores muscas illam *Cardani* referam, à semetipso descriptam his verbis: Animal, inquit, habeo scarabæo simile, quod non fœtet, molle, celerrimum omnium, quæ noverim, annulo forum: colore est fulvo obscuro, non nigro, 6. pedib. duabus alis per brevibus atque tenuibus, quæ caudam minimè tegunt, caudam habet eiusdem cum capite figuræ & formæ, ut bicipitem esse putares. Nam ut supina capitis parte os habet, duoque ibi cornicula sub mento brevita: Sic duo item alia in prona: toto animali longiora, totidem quoq; habet in cauda, sed his duobus, quæ in capite longissima sunt, breviora, ex his tamen superiora inferioribus longiora sunt & crassiora. Quam sanè bestiolam non vulgarem utinam cum Cardano vidissem, ut descriptioni huic iconem adjecissem.

Et tantum de Muscis Aquat. Moufet. Ego quadripennes ad Zygænam potius vel Papiliones referrem.

PUNCTUM V.

De Muscis Moufeti terrestribus Ζωοφάγοις.

Terrestres muscæ, ad quas & minutissima illæ, quæ celerrimè currunt, & in novellis fœniculi foliis subinde reperiuntur, sunt vel ἀλλυλοφάγοι, vel ἐπεροφάγοι. Ille magnæ sūt, μακροκνημοί, & muscis potissimum vescuntur. Hæ aut sunt ζωοφάγοι, exq; *Carnivora*, *canina*, *Equifuga*, *δαμαληφάγοι* *bucularum osiores*, *ovifuga*, *ἰφιοβόροι* *serpentivora*, *σαυτοφάγοι*, *merdivora*, *βουβυλοφάγοι*, *bombylivora*, vel ἀζωοφάγοι. *Carnivora* musca est fere omnium, si corpus respicias, maxima, capite rubente, corpore pūctulis ex fusco albicantib. variegato: vêtre crasso, cœruleo, pellucido, alis duab. nigris, hirta pilis, carnes avidè appetit. Solitaria plerumq; volat, rarius multæ simul conspiciuntur, nisi forte in carnario atq; macello: ubi lanii lanistas agunt, muscario muscas continuò cedentes aut abigentes, ne illar. vermib. (Hipp. δὺλαί vocat) obsonia scatentia pervilescant. Proditum memoriæ est (Cælio Rhodig. narrante) ap. Tolet. in publico macello unā muscam albedine nivea notabilè per integrū annū comparuisse. Quā hujus generis fuisse non dubito affirmare, quū in macello tādū fuerit cōspecta.

Κυνομύια, Musca canū, Angl. à dogge Flye, Germ. *Hundesfliege* / *Hundsmūcken* / Pol. *Psia mucha* ex Isid. Euthym. & Philon. sententia Musca est sylvestris, catulor. aurib. infesta, quam etsi frequenter excutiant, importunè tñ. revolat, ac diutius ubi inhæserit, erosione carnis ulcus excitat. De hac Homer. *Iliad.* φ. τίτ' αὖ κυνομύια θεὸς ἐείδει ξυνηλαίνεις; Athen. item eleganti cuidā scorto ob singularem impudentiam, mordacitatem atq; molestiā, *κυνομύιας* nomen additum libro quartomemorat. Est enim *κυνομύια* (utor Philonis verbis) ἐντομονλίαν δικτικὸν ἀναιδὲς καὶ ἄπειρον. Videtur mihi in sacris literis (nēpe Exo. 8. Pl. 77. & 104.) insector. nocentiū generale hoc esse nomen, ut ex Chaldaica paraphrasi apparet. Quod speciatim aliquid significet, nulli generi muscar. magis cōveniet, quam

Moufet. p. 58, 59.

quàm nigris illis grandiorib. latiorib. compressiorib. vulgaribus. quę impudenter involant jumentis, & non tantum ichorem, ut reliquę, sed ex alto sanguinem maximo cum dolore eliciunt atq; exsugunt. Carent proboscide, verum illius loco geminos dentes, ut vespę habent, quos altè infigunt cuti, potissimum v. pendulas canum aures infestant ap. Germ. (asserente Camerario) atq; sæpe excoriant. Has nobilis quidam Anglus in Italia se vidisse dixit, alis exceptis Ricino per omnia similes: quem ita compressis alis repręsentant, ut utrumq; doctissimus ille Barbarus confundat, Niphus illi ut summam velocitatem, ita rotunditatem corporis assignat.

Ovisuga ad *κυνομύϊαν* proximè accedit, dum volat, horrendum quid studet & Asilo gravius & tardius volat. Duę sunt eius species, solum magnitudine distant, maior sylvicola, minor verò sepicola.

Ἰπποβόσκει, Germ. *Kosmücken* / sunt muscę magnitud. vulgariū, corpore cōpresso, duro, plano ac tenaci adeò substantia, ut inter digitos vix rumpi possint, nigricant magis quàm vulgares, nunquam rectà provolant, sed lateratim, uti dicam, & quasi per saltus, nec diu continuare volarum possunt, neq; longè. Equos præcipuè ap. Anglos vexant, eos circa aures, nares, testes & emunctoria perpetim lancinantes, quor. sudore juxta cutem ad radices pilor. diffuente vivunt. Angliis à sive flyn vel à horse flye nomina imposuerunt, ut & Græci *πλευροποπίτες* vocant. Quidam è Græcis *κυνοεγείας* appellant, ac etiam in calidiorib. regionib. easdem canib. quoq; molestiam afferre maximam affirmant. Crotonis speciem alatum ac volatilem dicunt, sed hanc plane aliam speciem esse arbitror, ac solis equis infensam.

De Buculariis seu *δαμαληφάγοις* in cęstro agemus.

His proximè accedit alia musca, bobus & jumentis interdum sole fervido infesta, quam Pennius *curvicaudam* s. *σκληρομερον* jure appellat. Semper n. crurib. aut ventri iumentis infidens, caudam versus ipsam recurvam tenet & spiculum exertum, quò ad percu-

tiendum cauda fit paratior. Hanc Angliā Whame and a Burrell flye proprie vocant, nec nisi in Anglia facile invenitur. Musca hæc ap. ferè similis forma & colore, sed corpore est crassiore. Non adhæret, nec sanguinem fugit, sed solummodo stimulo in cauda pungit, atque ut equos affligat, per longissima itinera ipsos volando persequitur. Equi natura hanc muscam timent, & ad eius solum contactum quasi horrent, cauda pedibusq; & labiis tam cruentum hostem abigere sæpe conantes. Sunt, qui putant, hanc muscam non aculeo pūgere, sed stercorea pilis equi affigere cauda, unde postea molestissimæ lentes gignuntur; Sed hoc experientia dixerit; nam ratio in re tam minimè probanda silet & obmutescit.

Ὀφιοβόρ in Dryini præsertim serpentis squamis latibula habere dicitur Aët. quæ tandem ipsos serpentes exanimes reddit, hæc pennis æreis donata *χαλκή μυία* vocata ab Helych. ὅτι χαλκίζει τῇ χροίᾳ, cum cantharis vescitur, & morfu calorem serpentibus ingentem parit, deinde sitim inexplebilem & mortem. Horum pastæ cadaveribus si postea hominem momorderint, lethale infligunt vulnus & insanabile.

Merdivoræ muscæ plurimæ sunt, alia est Creophago similis, sed maior oculis obscure rubentib. scapulis atratis, in quib. circulus oblongus paucillum albicans, dorsum nigrum ex lineis transversim ductis ornatum. Alæ argenteę, corpore lōgiores, circa sterco humanum plurimū versantur, aliàs perrarò.

Est & musca *viridis* toto corpore, splendore nimio quasi lanterna Punica pellucens, capite fusco, alis argenteis, in sylvis frequens, circa stercorea ferè versatur, vulgaribus muscis magnitudine æqualis. An sit Giacucul Sylvatici ignoro.

Aliam *κοπεφάγον* deprehendimus, musca viridi minorem, corpore fusco, capite rubro saturato, linea medium quasi caput secante.

Aliam item vidimus corpore hirsuto, subflavo, oculis nigris prominentib. scapulis & dorso nigro pulcherrimè maculatis, cauda sublutea.

Alia

Alia item est, cui scapulæ dilutum rubent, ad croceum colorem parum accedentes. Duas habet antennas cæteris longiores, alas argenteas, totum corpus tegentes, caput nigrum, quadratum & exiguum; in stercore potissimum equino frequens asidet.

Denig. in sterquiliniis (unde eas gigni probabile est) muscæ quædam crocæ apparent, corpore reliquis magis oblongo ac gibbofo.

Muscam item raram, nec ubiq; obviam, murum ex aggesto fimo & materia putrescente factum depascentem vidi, omninò nigram, si absque alis quatuor argenteis fuisset. In scapulis etiam quatuor puncta alba, in reliquo corpore octo, id est, utrinque quatuor. Oculi albi, frons candido veluti asterisco notata, ex qua duæ antennæ nigræ & longæ emergant; habet item in supremo quoque femore album punctulum aspersum. Hanc muscam etiamnum in pyxide mortuam & conditam varietatis causa custodio.

Bombylophagus musca est montana, magna, nigerrima, corpore hirsuto, oculis oblongis, magnis, capite spadiceo, prædæ causa acrem cum Bombylio pugnam init, & volatu superans dorsum agilis conscendit, eiq; tenaciter inhærens tam acriter mordet, ut hostem præcipitem in terram mittat, & melle qualicumq; absorpto victrix abeat. In summis Cartmeli montibus se hanc pugnam, donec acies staret, conspexisse memorat in schedis Pennius, sed fortuna muscis favente Bombylios vita fuisse ejectos narrat.

PUNCTUM VI.

De Muscis Moufeti terrestribus ἀζωοφάγοις.

*A*ζωοφάγοι rebus ab animalium natura diversis victum quæritant, suntque *Humisuga* & *Herbivora*, quas itidem Moufeti verbis describere placet.

Humisuga corpore est fusco, in ca-

pite juxta os albicante macula resplendens. Venter & pedes nigri: fuscularum exortum macula utrinque album gerit, dorsum griseum. In scapulis secundum longitudinem quatuor lineas obscurius albicantes obtinet, alas argenteas, & (si in aquâ positæ fuerint) noctilucas. In semitis & talparum tumulis recens egestis invenitur, amat etiam humum pedibus complanatam & lævigatam, unde ab Anglis vocatur Thegray path fly: floribus rarò insidet, eâ præsertim tempestate, quando talpæ terram evertunt, cujus se humore sustentant.

Herbivorarum varix sunt species, quarum tres apibus ferè similes, Luciano *εργαζώδεις* dictæ, id est, militares. Sunt enim aliis muscis grandiores, animosiores, magisque athleticæ, aspectu pulcherrimæ, alis argenteis duabus per insignes.

Harum *maxima* & *primaria* caput nigricans habet, dorsum medium inter duas lineas transversas veluti decussatum, extrema cauda nigra. Aliàs corpore est luteo.

Secunda non multum dissimilis, capite nigricante, scapulas quatuor lineæ flavæ, & tres nigræ secundum longitudinem ductæ ornant, reliquum corpus eodem ferè modo & iisdem coloribus est distinctum.

Tertia atque minimæ harum scapulæ flavent hirsutæ, caput rubet, reliquum corpus quatuor lineis nigris totidemque flavis per transversum actis distinguitur. Omnium corpora splendent, ac quasi inania translucent. In hortis versantur, & floribus assidentes succum eliciunt.

Lucianus militares muscas ita describit: Nascuntur, inquit, & maximæ quædam muscæ, quas militares multi appellant, nonnulli verò canes, sonitu asperrimæ & volatu velocissimæ. Hæ & longissimæ vitæ sunt, & totâ hyeme incubatæ perdurant: contractæ præsertim & connexæ tectis & culminibus. In quibus & illud est admiratione dignissimū, quod utrumq; & fœminarū & mariū faciunt,

K ut Mer-

ut Mercurii & Veneris filius, qui mi-
sta natura fuit & duplici forma. His
fortè συγγενής est alia musca apiaria
dicta, cum splendore nigra, bipennis,
cerilega, collectos florum succos pos-
terioribus pedibus affigens apum
more. Autumno apparet, rarissimè
aliis temporibus. An hæc Aristote-
lis Sirenis? Sanè alarum tantum nu-
mero dissentit, quoniã illam τετραπτερον
fecit, hæc verò duas tantum alas à na-
tura consecuta est.

Harum alix sunt *εραλιόπτεροι*, alix *ε-
ελνόπτεροι*, alix *χελιδόνιοι*.

Strutiopterôn tres species vidimus.
Prima tenera est & mollis, fepes, bi-
nis alis, alvo oblongâ, à capite pau-
lò supra oculos duas veluti struthio-
rum pennas præmittens, ceu cornua
lanuginosâ mollitie ne ipsis quidem
plumis cedentia: scapulis utitur gib-
bosis, reliquo corpore albo, nigris
suis alis longiore.

Secunda est ejusdem generis colo-
re albicante, capite fusco, aliàs pa-
rum differt.

Tertia est omninò similis, sed an-
tennas adeò molles & plumosas non
habet, cauda albicat, corpore oblon-
go, quatuor albis lineis transversis
insignitur, pedes longiusculi, albo ni-
groque colore distincti: dum gra-
dus confert, caudam paulatim ele-
vat, atque alas binas translucidas
veluti jactabunda diverberat. Hæ
tres species verno tempore cum pri-
mis apparent in hortis sepibus atque
umbrosis locis, post atq; ante pluvias
frequentes.

Erinopteros tota alba est musca,
vel potius argentea, exigua & ubi-
que plumosa, adeò, ut, dum foliis in-
fidet, nisi penitus intuearis, plumam
diceres: alæ illi quasi dissectæ, sepa-
ratis pennis avium ferè modo dis-
junctæ. Ab Edmundo Kniveto de-
pictam accepit Pennius, deinde in
sepibus & ligustrinis topariis sæpius
vidit.

Musca, *χελιδών* dicta, volatu post
se omnes relinquit, lateribus, cau-
dâ, capite fusca & pilosa, oculos
nigros habet propendulos, rostrum
vel potius nasum mucronatum, è

cujus apice antennæ duæ erum-
punt; scapulæ summæ, ut & dor-
sum, nigra: alæ duæ argenteæ, qua-
rum partes anteriores pedum nigre-
dini respondent. Quandoque in u-
no loco residet, veluti immobilis, ve-
rùm ubi propè accesseris, incredibili
celeritate oculos fallit, & ne hiru-
dini quidem celeritatis palmam (un-
de dicta Hirundo) unquam con-
cedit.

Quam à Clusio Pennius accepit,
nigra erat, alis duabus argenteis in-
structa, oculis albis conspicua. In
dorso septem maculæ luteæ cum ni-
gro in medio puncto erant.

PUNCTUM VII.

De Muscis Moufeti seti- caudis.

PRÆter has Muscarum species ob-
servavit adhuc Moufetus, *seticaud-*
das seu *pilicaudas* *τριχέμυς* & *Raras*. Il-
larum alix *unam*, alix *duas*, alix *tres*
quatuorve setas habent.

Henothrix sive *Vnifeta* (sunt ver-
ba Moufeti) est musca caudata, to-
to corpore nigra (medio dorso ven-
treque rubescente excepto) alis dua-
bus argenteis prædita, scapulis cras-
sis, antennulis duabus nigellis facta,
pilum unicum longum è cauda emit-
tens. Hanc depictam ad Pennium
idem Joachimus transmisit, affir-
mans eam non nisi Ameo præstantio-
ri insidere, reliquas herbas non at-
tingere.

Διπλότειχες sunt muscæ duas in cau-
da setas pilosvé habentes, quarum
alix sunt corpore fastigiato, alix tu-
beroso. Prioris generis duas vidi-
mus alis quatuor argenteis sine ma-
culis, capitibus & scapulis nigrican-
tibus, reliquo corpore fusco, nigris
lineis transversis variato. Utrique
longæ & exiles antennæ, similesque
in cauda pili duo, sed paulò longio-
res, corpore tuberoso.

Bipiles quinque habemus. *Prima*
Henothrici p omnia ferè similis, nisi
quod

quod huic plus quam media corporis pars flavescit, duos in cauda pilos prælongos, quorum unus extensus canis leporarii currentis caudam refert, alter intus convolutus lineam spiralem.

Secunda muscarum longarum species est, quatuor habens alas argenteas, pedes longos mediocriter flavescentes, totum corpus nigrum, scapulas crassas, antennas duas longas & tenues, ventrem versus caudam protuberantem, è qua duæ breves setulæ sursum versæ erumpunt; In sepibus degit.

Tertiam Carolus Clusius Viennamisit: corpore ex fusco nigricante, alis duabus largis ex argento cæruleis donatam, corpore præditam acuminato, ex quo duæ setæ (ut Pennius notavit.) vel plumæ potius excrescunt perdicei coloris, maculis nigris fuscisque mixtim ornata.

Quarta globoso est corpore, quod unciam longitudine æquat, caput, scapulæ ac pectus nigerrima, antennæ breves, pectori crasso sex pedes affixi nigerrimi, quorum priores omnium brevissimi, posteriores longissimi. Inter volandum pedes simul conjunctos pendulos dimittit, alæ quatuor obscuræ, argentei coloris, oculi nigri splendentes, caudæ extremitas nigra, unde duæ setulæ paucillæ longitudinis se monstrant: à scapulis ad mediam usq; caudam colore est ferè subcroceo, cauda tenui quasi filo longo scapulis conjungitur. Velociter currit quasi per saltus, in terra nidificat, muscis & erucis parvis famem extinguit.

Quinta longè hac minor est, figura eadem, sed alas verè argenteas monstrat, totumq; corpus ad caudam usque fuscam rubescit.

Tripilium muscarum quinq; duntaxat observavimus.

Prima oblongo est corpore & nigro, cujus medium valdè ex nigro rubet: antennas habet duas, etiam nigras, alas argenteas, quarum supremam oram macula nigriuscula adornat. Crura rubent, cauda tres crines longos emittit, velociter volat.

Alter similis, sed minor, toto corpore nigra, priore multò longior, tenuior atq; exilior; alæ item argenteæ, antennæ priori similes, ac cauda tres longos pilos protrudens, volatus celeritudine à prima longè superatur.

Est & musca *tripilis* toto corpore albicans, nisi quod alæ quatuor maculis nigris distinctæ videantur, quarum exteriores majores, interiores verò breviores, has, dū quiescit, semper erectas tenet. Sex habet pedes, quatuor minores corpori affixos, duos anteriores majores, nigros, è collo ferè oriundos; inter duos oculos nigros prominentes globosos duæ antennæ nigræ atque breves exeunt. Corpus gracile, teres, longum transversum digitum: in cauda tres visuntur setæ corpus longitudine æquant, quas volando in veri trianguli modum expandit. Majo & Junio mensibus ante & post pluvias potissimum apparet; circa fluvios paucis comitibus stipata convolat, quibuscum in itinere sæpè colludit. Anterioribus pedibus utitur quandoq; ad palpandum, ecquid in via impedimenti sese objecerit, extendit enim illos corniculorum more. Talem anno 73. observavit Pennius.

Sequitur *quarta* mirabilis structura, alæ habet duas argenteas, totum corpus nigricat, os forcipatum & aquilinum, in fronte duo cornicula brevia erumpunt: quatuor illi tantum sunt pedes, sub pectore duo graciles & breves; paulò inferius reliqui robustiores. Ex oblonga cauda primum duo brevissimi pili exeunt, atque sub his tertius multò longior, in extremo tuberosus oritur. Semel tantum se hanc muscam circa Hinningham, olim Comitum Oxoniensis castrum, vidisse memorat Pennius.

Vltima toto corpore & cauda nigra est. Corpus habet oblongum, alas duas corpore nonnihil breviores, pedes ex croceo flavescentes, caudam longitudine reliquum corpus æquantem, nisi semel in Cantio circa Greenhive visa perhibetur à Pennio.

Quadrupilis musca corpore Tripilem primam repræsentat, sed magis versus caudam protuberat; pedes item nigri, ut antennæ, alæ item proceræ, quarum externæ internis triplo majores circa medium nigrâ maculâ distinctæ. Quatuor è cauda pilos emittit.

De *raris* muscarum speciebus, quarum quædam ad Papilionum censum spectant, ita idem.

Prima est musca papiloni minori æmula, alis quatuor argenteis, nigricantibus maculis corpus argenteæ lineæ transversim ornant; cauda rubens ex fusco, caput nigrum, scapulæ ejusdem cum cauda coloris, antennæ tenues, nigræ, breves, pedes exigui, nigri; in sepibus versatur præcipuè tempore matutino.

Secunda parum à prima diversa est, nisi quod unâ cum corpore antennis, pedibusque & cruribus fusca sit.

Tertia est item *παραπτερο*. Sunt autem longiores illi alæ, maculis nigris distinctæ caput majusculum, nigrum, punctulis luteis pauculis notatum; antennæ tenues, duæ, nigræ, pedes sex subalbicantes, pectori crassiusculo affixi: scapulæ lutescentibus ex albo maculis variègatæ; dorsum quinque lineæ transversim ornant luteæ, ac punctulus unicuſ inter duas lineas conspicitur colore subluteo; in cauda quinque vertebræ rubent, cujus extremitas bifurcata est.

Quarta est non valdè dissimilis, sed alas habet argenteas, sine maculis antennas nigras longiores. Corpus septem lineis transversis albicantibus insignitur.

Vidimus & duas muscas *scorpiuros*.

Prima similes habet præcedenti alas argenteas, sed paulò minores, & in extremitate ipsarum tribus transversis lineis nigris signatas; caput nigrum, pectus (ut & scapulæ pedesq;) albicat: reliquum corpus nigrum; cauda quinque quasi juncturas habet, quarum tres dilutè rubent, duæ nigricant; extrema cauda bifurca; furcæ autem nigræ, & scorpionum modo sursum curvatæ.

Secunda ferè similis, sed extremitas caudæ crassior, furcæ obtusæ, caput luteum, oblongum os, alæ singulæ sex maculis nigris ornatæ.

Est & alia musca *quadrupennis* corpore virescente, alis quatuor corpore longioribus, è liquido quasi argento factis, quarum nervi virescunt; antennæ huic tenues & nigræ, oculi aurei (unde jure Chrysopis dicitur) volatus languidus, odor teterrimus, quem, ut blattæ, cum vita amittit. Hortorum hospes vivit sambuco insidens. An ex Eruca oriatur, papilionum more, an verò ex vermibus arborum, equidem ignoro. Doctissimus ille atq; humanitate clarissimus Joachimus Camerarius primus illam Pennio ostendit.

ARTICULUS III.

De Tabano.

ET si Isidorus & Junius Tabanum Nomen: cum Oestro seu Asilo, eundem faciunt: ipsa tamen descriptio, diversitatem inter eos ostendit, Græci *μύωπα*, à stimulando fortè, nam *μύω*, calcar quo equi stimulantur significat, dixerunt. Apud Latinos tabe, quod corpore tabeat, id est gracilis sit, nomen obtinuit.

Totum corpus oblongum est, in Defecti- tres præcipuas partes divisum, caput Præ- nempè scapulas & ventrem, quinque vel sex incisuris distinctum. Nigricat Plin. H. N. 11. c. 28. ex diluto albo totus. In ore proboscis longa, torosa. Sex non octo ut Ardoinus prodit, nigris pedibus instruitur: reliquis maximâ *κρυομύωπα* refert. Cauda ei stimulgera nulla.

Frequentes sunt circa sylvas & vias Plin. H. N. 11. c. 33. regias, sepibus arboribusque munitas. Ex ligno, Plinio teste, proveniunt. Ex eodem nasci scripsit Aristoteles. Julio & Augusto mensibus propter nimium æstum ferociunt: homines tum, equos & serpentes affligunt. Equum in sylva ad arborem alligatum, sex horarum spacio à Tabanis occisum, Mousetus ab amico fide dignissimo accepit. Quia longè videre nequeunt, jumenta per sudoris odorem consc-

consequuntur. Gerunt cum teterimi fœtoris serpente, circa Hellepontum bellum. Camelos etiam infestare, pinguedine piscium abigi; prodidit Plinius.

Nicand. in
Theriaca.
Plin. H. N.
31. c. 2.
Differētia.

Diversa Tabanorum in India Occidentali genera esse, Oviedus observavit, sed non descripsit. Duo apud Aldrovandum habemus. Vnum est corpore minore, capite nigro; antennis brevissimis, ut vix appareant, pectore & pedibus nigris, alis subluteis; circulisque concoloribus qui alvum ambiunt. Alterum minus adhuc, capite nigro, duobus albis punctulis in vertice insignito, pectore ex nigredine ad subcinericeum colorem tendente. Alvo & alis subcinereis.

Mouset. p.
62.

Proximè Tabano illa musca accedit, quæ *Κυολιδε* & *Curvicauda* Pennio. Api ferè est similis, corpus duntaxat crassius. Stimulo in cauda pungit, quam jumento insidens, versus ipsam recurvam tenet. Non facilè nisi in Anglia invenitur. Sunt qui stercora equi pilis affigere, sic pungere credunt; quòd molestissimæ postea indelendes nascantur.

Mouset. in
sect. 1. c. 11.
p. 61.

Huc referri potest & illa apud Mousetum *Tabanides musca*, quæ capite & corpore virescit. *Scapula* ex virore splendent: *alas* habet duas extremis mediisque partibus albicantes, reliquæ ex fusco nigricant. Pennius semel Hanvorthi talem observavit.

ARTICULUS IV.

De Asilo seu Oestro.

Nomen.

Asilus à Calepino & aliis cum Tabano confunditur. Perperam, superius dictum. An à Silaro amne ad quem frequens, nomen sumpserit, dubium: ab affiliendo, vel quòd atellos infestet, verisimilius mihi est. Græcis est *οἰστρ*, (Latinis Oestrus & Oestrum) *ἀσπίς οἰστρ*, insanire, quòd armèrain furorem agat. *Αἰόλον* Eustathius ex Homero vocat, vel quòd forma sit *ὑπόχαλκον*; vel quòd turbinis in modum moveatur. A feroci natura Oppianus *ἀγριον* dixit.

Est *χλωροκεφαλῆς*, & toto corpore

ὑπόχαλκον, sive subarratus, superat Tabanum proboscidis magnitudinè; ab eodem verò bombi stridore vincitur. Gestat antè, durum, robustum, & benè compactum *aculeum*, quo boves tergo facillè pertundit. Eustathius muscæ per omnia similè; sed majorem facit. Alii locustæ similem (perperam) colore variùm; mobilem, ponunt.

Naturā:

Circa stagna & fluviòs versantur, ad Silerum Lucaniæ amnem maximè. E latioribus quibusdam bestiolis, quæ fluviòs supernatent oriri; ex Aristotele habemus; quas fortè alio in loco culices aquaticas nominat. Nicandri scholiastes hirudines, interpretatur: quasi sanguivora soboles ex sanguifugis matrib. prodiret. Nasci & ex putri, nemo fortè negaverit. Tantummodò boves laceffunt, quos interdum furibundos reddunt; æstu inprimis urentè. Ne attingant, piscium fortè adeps, ut apud Plinium legimus, faciet. Celerrimè volant, & præcipientes.

Arist. H. A.
5. c. 19.

Homer. in
Odyssæa.

Plin. H. N.
31. c. 2.

Differētia

Mousetus *Ocularij*, *Apiarij*, *Indici*, & *Moscovitici* meminit. Prioris jã meminimus. *Apiarius*, in extremis partibus favorum nascitur. Caput est spadice coloris: linea alba à fronte ad occiput intercurrit: scapulæ & dorsum fuscescunt. Non florum duntaxat succo, & melle, sed & sanguine vescitur. *Indicum* Virginia profert, muscæ maximè capite subrubentè magnitudine, capite nigro. Linea argentea à scapulis ad os pertrahitur: ipsæ ex fusco nigrescunt, & geminas alas argenteas emittunt. Caudam sex vel septem subalbidi coloris incisuræ stringunt, reliquum corpus subnigricat. Venter ex cinereo lutescente dilutè virescit. Celerrimè volat. *Moscoviticum* Elmerus Chirurgus Mouseto misit. Alæ huic argenteæ, toto corpore longiores; oculi magni, oblongi, & maximam capitis partem replētēs, rostrum nigrum, duriusculum, tripartitum, quo citissimè caligas è triplici panno consutas penetrabat, & cutem ipsam admordebat.

Plin. H. N.
11. c. 16.

ARTICULUS V.

De Ephemero, & aliis quibusdam.

Ephemeron muscam vocat Aristoteles, quæ Aeliano ἐφήμερος, Hesycho μωνίμερος, aliis ἡμερόβιτος, Latinis Diaria vocatur. Meminit ejus & Cicero. Quatuor alis, totidemque pedibus movetur, ut apud Aristotelem legimus. Scaliger addit, caput quale muscæ, oculos grandissimos, promuscidem in se convolutam; caudam longissimam, sectiunculis coægestatam atque coaptatam, in extremo bifidam & trifidam; colore subaureo in majoribus, in minoribus subfusco illustrem, ventriosa est. Taurini *Moniettam* vocant quasi Monachellam: Adriatici ad Maranum & Tergestæ *Cuzotullum*; alii Sitivolam, quasi Sagitellam. Una cum sole oritur, adolescit, vigescit, languescit, moritur. Scaliger nullam manè ad Sarcam & Benacum conspexit, circa vesperam omnes, captam per noctem servavit. Sub solstitio æstivo ex folliculis quibusdam uvarum putrescentium erumpit, Plinius tenues membranas vocat. Frequentissima ad Hippanim fluvium inveniuntur, prodeunte Aristotele. An verò folliculi isti Chrysalides sint, à quibusdam E-rucis prodeuntes, difficile est dicere. Succo animulam sustentant, nec aëri nec terræ quicquam debentes. Michovius eorundem ad Borysthenem meminit. *Sunt, inquit, vermes, & volucra alata, quaternis interdum senis alis, manè supra aquam currendo, circa meridiem juxta ripas volando sese exercent, sole verò occidēte, quotquot eo die nata sunt, eodem obeunt.* Huc pertinent, Pennii ἐφήμερος, Aeliani *Ephemeros*, & Scaligeri *volucella* τελευση, corpore est oblongo & papilionari: *Capite* parvo subluteo: *oculis* grandibus, prominentibus nigris; *promuscide* involuta, verbasci lutei coloris, quo rorem à floribus fugit. *Cornicula* duo nigra, longiuscula, paulo supra oculos affixa habet: *ventrem* & *dorsum* sublividum,

Scalig. Exerc. 194. f. 5.

Arist. H. A. s. cap. 19. & de partib. Animal. 4. c. 6.

Michov. Sarm. Europ. 1. 2.

Moufet. Theatrilin. scilicet. 1. c. 12.

extremam *caudam* ferè luteam. *Alas* quot pedes; quarum exteriores lividæ, extremis fimbriis ex fusco subluteis; interiores ex fusco flavescentes. *Alæ* externæ, cum ad corpus tegendum conjunguntur, adeo sunt contiguae, ut contactum earum vix animadvertas. Tardivola est, nec diu in volatu durat. Inter malvas & urticas, & quidem triduo duntaxat, vivit. Quam Scaliger *Volucellam* vocat, illa Cardano *Muscilio* est, Moufeto Bibio, Aeliano fortè ἐφήμερος, Grapaldo *Muscilla, muscula, & Muscio*. Aelianus suam à fece vini acescentis oriri scribit: Grapaldus suam per autumnum in vinaceis. Nullum etsi rostellum habere videatur: a juncis tamen, dolia unciali robore confecta ab iis pertundi, ut vinum totum effluat. Frequentissima est in cellis, nec quicquam præter vinum appetit.

Aelian. H. A. 2. c. 4.

Coronidis loco duas adhuc *Muscicæ* species adiciemus. *Vna* in floribus calicibus, herbæ illius quæ *Ben album* à plurimis vocatur, latet, & quidem florivora: ut à Bruno Pennius accepit.

Moufet. l. 1. p. 77.

Alter in occidentalis Angliæ urbis cujusdam agro (Tanton vocant) in fructu mali arboris, quem *Velin* appellant, æstate ad umbilicum mortua, viridis ac splendens reperitur. Malo dissecto musca evolat, & ex vermiculo quodam ibidem orto gigni videtur.

ARTICULUS VI.

De Culicibus.

Culex vel ab aculeo, quod eo sanguinem sugat & carnem terebret, quod Isidoro visum, Latinis dictus est; vel quasi *Cutilex* quod cutem laciât. Usurpatur in virili & muliebri genere. Moufetus *Cuticem* vocare mallet. Græci, generali quo omnes culices comprehendant, nomine carent. *κώνωψ* amplissimum est, quod *πάρνοψ* Pausaniæ. Hinc Oetæis Hercules Conopius, qui culices abegit: Bæotii Parnopius Apollo. Rulando, ἐμπρις, κινώπιος, κώνωψ, σάβητιος, σίγος, σκνίψ,

Nomen.

Isidor. Orig. 12. c. 8.

Moufet. de Insect. 1. c. 13.

σκιψ, & κνιψ, Synonima sunt. Nihil quidem certius ἐμπίδα culicem apud Aristotelem Gazæ esse : sed Aristophanis scholiastes, ζῶον ὑδατι γινόμενον, ὁμοίον τῷ κώνωπι, μεῖζον δὲ τῆ περλοχῆ, καὶ δὲ τὸ μέσον λευκῶ περιζομένον, seu animal propè aquas genitum Conopi simile, majus verò in circumferentia, & circa medium, lineâ albâ cinctum, interpretatur. Alibi tamen κώνωπα dici ponit. Κινώπετα Hesychio sunt κινώδαλα θηρία, animalia reptilia, Nicandro, ἐν τῷ πέδω κινέμενα, κνιψ peculiaris generis nomen esse videtur, quod fortè Plinio sub *Culicum mulionum* nomine venit. Hesychius volucres culici simile exponit. Σάβηνοι, eidem sunt κώνωπες. Σέρφ & denique animalculum formicæ aut veri simile Varino. Videtur & Σύρφ & dici. Constantinus animalculum Culici simile exponit.

Aristoph.in Avib.

in Nebulis,

Descriptio Plin. H. N. 11.6.2.

Miratur hoc insectorum genus Plinius. *Vbi, inquit, tot sensus collocavit in culice? Vbi visum in eo pratendit? ubi gustatum applicavit? ubi odoratum inservit? ubi verò truculentam illam & portione maximam vocem, ingeneravit? quâ subtilitate pennas adnexuit? pralongavit pedum crura? disposuit jejunam caveam, uti alvum? avitam sanguinis & potissimum humani sitim accendit? Telum verò perfodiendo tergori, quo spiculavit ingenio? Atq; ut in capaci, cum cerni non possit exilitas, ita reciproca geminavit arte, ut fodiendo acuminatum pariter, sorbendoq; fistulosum esset.* Corpus eis oblongum, proboscis, quam omnes in ore gerunt, quia ex bipennibus, muscarum proboscide triplo longior. *Alæ duæ, magnæ, ex gibbosis scapulis oriuntur. Crura sex vaccia, prælonga, valga, è pectore prominente & quadrato nascuntur, cum ut melius ambulent; tum ut facilius sese humo attollant.*

Locus.

Paludosis & aquosis locis plærumque gaudent. Mesopotamia insignes & leonibus infestos alit. In Aegypto magna eorum copia. Bellonium cum comitibus ita circa Cairum vexavere, ut exanthematibus correpti viderentur. Eorundem cantu famosa Adriæ littora facit Martialis. In India Occidentali invenias qui

Bellon. obf. 2.6.35.

Martial. Epig. 3.93.

vestes pertundant. Antiochiam & Byzantium ne possent ingredi, Apollonium Thyanæum fecisse, Tzetzes author est.

Acidis delectari reliquit Aristoteles & post eum Plinius, reliquit. Nec dulcia respuere certum, siquidem sanguinem humanum, qui dulcis est, eliciunt. Hauriunt & vinum, consumptoque moriuntur saliceto, ut Martialis habet.

Quia non coeunt, ideò necesse est, ut ex putri, vel aliunde nascatur. Albertus ex aquosis vaporibus oriri scribit. Ex cossis provenire primus Pietius, & falsò, prodidit. Ut verbo dicam, Alii ex putridis cadaveribus, ex putrida in paludosis aquis materia alii: ex herbis, arboribus, ut polio, lentisco, ficu, therebintho, palmâ, ulmo, quidam prodeunt. *E vermiculis, inquit Mousetus, in napo, ligustro, lentisco, therebintho, ficu, caprifico, aliisq; arboribus veluti seminum sparsis, & per non putrescentem sed animantem naturam natis, culices prodire nemo nõ novit.* Brugerus verò insectum longis admodum pedibus, quod culicem majorem dixisset, in lacuna valde sordida, ex theca coriaceâ molli sese proripere, vidit: putabatq; ex verme aliquo erucæ simili ibidem incluso ortum duxisse: quod casula talis int^o fuisset, in qualem sese erucæ transformare solent. Plura in Differentiis.

Olfactu plurimum valent. In volando, aërem, ob alarum mollietiem & alvi tenuitatem, non commovent. Lumine adeò delectantur, ut sæpissimè in lucernas incidant. Strepitum alarum continuâ & replicata concussione edere, credibile est. Chærephon apud Aristophanem, an per podicem, an per os canant, facetè ex Socrate quærit. Quia mortu valent, ideò non mirum, Myntem urbem, è palude quadam, quam Mæander fluvius obstructo limo ostio, effecerat, olim vastasse: Acarnensium urbis quæ juxta Asiæ Pergamum frequens habitabatur, pulsos incolas, quod apud Pausaniam habetur.

Idem leonibus in Mesopotamia, & apud Rizophagos qui Astaboran & Asta-

Mars jr. Rer. Oceani 4. Decad. 3. & l. 9. Decade 7. Tzetzes. Chil. 2. Cibus. Arist. H. A. 4.6.7. Plin. H. N. 10.6.70.

Generatio

Mouset. Theatri in sect. h. i. caps. 13. p. 84.

Natura

Pausan. in Achaicis.

Aftapan fluvios circa Meroën inco-
lunt, Oriente Syrio olim accidere
suetum, Diodorus Siculus & Strabo
authores sunt. Licet ex iisdem & *præ-*
sagium fumere. Divergente sole, si in
aprico colluserint, calor, si in um-
bra, tepidas & mites pluvias; si præ-
tereuntes pupugerint, frigus & nim-
bos præfagiunt. Congressi aliquan-
do inter Shenæ & Sionis monasteria
in Anglia, (pugna per quatuor horas
duravit) Monachorum exilium qui-
busdam innuisse credebantur: Bella
in parte Occidentali nonnullis cum
anno M.D.LXXX. per quatuor cō-
tinuos dies, ex Italia, in Occidentem
evolarent. E pomo quercino, si circa
Michaëlis festum culex eruperit,
bellum hostile Mizaldó præfagire vi-
detur. Aquam subesse Paxanus eo
loco pollicetur, quo se sole exorien-
te, trabis instar contorquent.

Remedia.

Multa eorum exitio, vel ut fuga-
rentur, vel vitari possent, humana in-
dustria invenit. Conopæo olim A-
lexandrini utebantur: hodie in sum-
mis ædibus sub dio habitant. Indi a-
renâ obruti, faciem frondibus inter
ramos contegunt. Culices, eorum
quidam, ut sibi pareant, adorant. Se-
ptentrionales tentoriolo ex panno
lineo vel cortice facto se includunt.
Merula cannabæ humidæ ramuscu-
los in lecto apponendos suadet. An-
gli suum *Fencanapy* palustre conopæū,
feu sterces bovinum, patulum, pla-
num, semiaridum, vel duriusculum
filo ad imum lectum suspendunt.
Huic odore illecti, totam noctem in-
fident. *Abiguntur*, coniza, cupressi
pillularum cum arboris coma, absyn-
thii, melanthii, lupinorum, juniperi,
rutæ, vitrioli, &c. suffitu, de quibus a-
pud Dioscoridem, Plinium, Gale-
num, & alios legimus. Rhafes pilum
equinum per mediam domum extē-
tum commendat: Pedemontanus,
pulverem cumini subtilissimè triti,
cum vinoque misti, quo pampini vi-
tis, aut alicujus arboris frondes irro-
rari, cubiculorumque ostia, & fene-
stræ aspergi debent. Adhibetur &
aceti cum origano decoctum. Ne ju-
mentis noceat, serpentariæ suffitum

Plin. H. N.
17. 21. l. 19.
c. 10. l. 23. c.
6. c. l. 27.
c. 5.

facere, Olaus M. author est: ne hor-
tis, amurcam recentem & ex caminis
fuliginem hortis inspersam, Palla-
dus; malicorii aut galbani fumum,
Plinius. *Enecantur*, si rutam decocto
conyzæ madidam, in ædium angulis
deposueris.

Vilis licet, abjecta & molesta be-
stiola, usum tamen aliis animantibus
præstat. Solo quippe culice Thyma-
lus piscis, Ticini fluvii incola capitur,
Crocodilus iisdem victitat. Aves
κνιπόλογος dici diximus, & *κνιποφάγος*.
Plura in Differentiis dicemus.

usus.

Magnitudine in primis, & gene-
randi modo præcipuè differunt. Sunt
quidam *magni*, quidam *parvi*, quidam
minimi. *Magni* *ἐλείοι* dicuntur, quod
palustribus locis oriantur & vivant.
Corpore sunt oblongo, duabus alis
prædito, quas elimatas & politas, su-
pra humeros extendunt. Ocreas sæ-
pè & triplices caligas perforant; &
morsu venenato, modò dura & livida
tubercula; modò vesicas, modò pun-
ctula pruritu plena inferunt. In Hi-
spaniola & calidioribus regionibus
sunt crudelissimi. An *σύγες* Theophr-
sti? Strabo *μεγάλης κώνωπας* vocat. *Parvi*
morsu mitiores sunt, æstate umbro-
sa, hyeme nivosa incolentes. Salsum
duntaxat sudoris pabulum morsu e-
liciunt. Unde tuberculum jucundi
pruritus plenum exoritur. Juxta se-
pes & arbuta mutuis quasi cursibus
colludunt. *Minimi* in Anglia aquilo-
nari, pyramidalis semper figura pro-
volant: figuræ suæ aciei fines nemo
transit. *Sursum deorsum* (verba sunt
Mouseti) *feruntur, noctu oculis & dicto ci-
tius, in latera aciem deducunt, totumq; sub-
itò exercitum in latera dispersiunt, quæ si-
ve muscario sive pulvere sive aquâ affusâ,
sive spiritu violento fregeris, cœnunt ta-
men confestim, & ante digiti crepitum, in
pyramidalem sese formâ omnes recolligunt.*
Ex uligine putrescente oriri credo,
vaporemque aqueo ali. Intestinum si-
quidem iis tenuissimum, album, ferè
invisibile, spumeo, albo, tenuissimo,
& nullius ferè tenacitatis humore
plenum. Longius quandoque ab a-
qua volitant: & loca à flatibus liberâ
amant. Pierius Valerianus, cujusdam
gene-

Differentiis.

Theophr.
de C. P. 2.
c. 4.

Mouset. l. c.

Pier. Hie-
roglyph. 26.
c. 24.

generis inter minimos mentionem facit, quod tam est exiguum, ut visum inter volandum fallat, nisi intēderis; sed tam acuti ictus, ut cutem perterebret.

*A modo generandi differentias apud Græcos habemus. Εμπίς, φήν, κνίψ, præcipuæ sunt. Εμπίς quid sit superius dictum. Albo cingulo à natura ornatur. Unde Aristophanis scholiastes, εἶδ' ὅτι κώνωπιος ὡς ποταμίον ζώνην ἔχοντα, dixit. Muliones quidam vocaverunt: sed perperam. Hi enim uno tantum die vivere dicuntur, & tanquã Melliones, quod solo melle vescantur vocari. Rostrum habent pici arborei instar, longum, acutum. Crapulã disrupti statim expirat. Erupidas ex Ascaridib. (malè tipulas vertit Theodoros) fieri scribit Arist. *Ascarides autem in limo puteorum, quo aqua, subsidente cõcretionem terrenã confluunt. Principio limus ille putrescens, colorem capit candidũ; deinde nigrum: postremò sanguineũ. Tum ex ea quadam perexigua rubra oriuntur, algæ pusilla specie. Ea aliquandiu herentia morventur: postea abrupta ferũtur ab aqua, & vocantur ascarides. Diebus haud multis post, tollũt sese rectas ab aqua; neq; morventur, & sunt dura: tandẽ abrupto putamine culex superinsidet, donec sole vel flatu moveatur, ut inde avolet. Ψνῆες ficarii sunt culices. Generantur ex caprificis eorumq; putrescẽtib. granis. Ideò cum evolavere nõ inveniuntur intus grana, quæ in eos versa apparent. Usus in maturandis ficibus. Nam fraudati alimento in matre, putri ejus tabe ad cognatã volant, morsuq; ficuum crebro, hoc est, avidiore pastu, intus solem secum primò inducunt, cerealesq; aures immittunt foribus apertis. Mox lacteũ humorem sive infantiam pomi absument: quod fit & spontè: id eòq; ficetis caprificus præmittitur ad rationem venti, ut flatu culices e volantes in ficibus ferat; qui ubi ingressi fuerint, turgent fici, & celerrimè maturescentes altum tumescunt. Ad hos pertinent quos κνίπας κεντρικὰς Græci, Latini Culices Herculeos vocant. Inertes vivunt, & nonnisi ex occisis sui generis culicib. cũ succo & sanguine plenos conspexere, victitat. Κνίπες, vel σκνίπες, ὅτι ἔκνιβεν, quòd mordendo vellicent & prurimum excitent dicuntur: Theophrastus vocavit et-**

Arist. H. A. 6. 18. Scalig. edit.

Plin. H. N. 15. c. 19. Arist. H. A. 2. c. 32.

iam ψνῆες. Videtur, secundũ Plinium, ex humore dulci subdito corticib. in quercub. nasci, quod ex Theophrasto sumptũ est. Velarandus Insulanus Pharmacopœus, ex quercus pillula, & gallæ foraminulentæ meditullio frequentes prorumpere observavit. Proveniunt & in ulmo, napo, rapis, polio, lentisco, terebintho, & aliis, cum vel sine putrefactione. Humorem ulmi vesicis primã germinatione inclusum si aruerit, in κνίπας mutari, Symphorianus author est. Hortos præcipuè riguos infestãt & incolunt. Pyramidis instar in aëre sublimes videntur, vesperi præcipuè, & juxta sepes. Obliti ferè eramus *Vinaceorũ*, quos fortè Arist. κώνωπιος vocat. Trahunt ex vermicultis, qui in fæce aceti gignuntur, originem, ἐκ σκωλήκων, οἱ γίνονται ἐκ τῆς ἀέρος τοῦ ὄξους ἰσχυροῦ. Generantur ter septè dieb. *Vottonus* in igne quoq; nasci scribit: quod difficulter credetur.

Theophr. H. P. 2. cap. ult. Theophr. H. P. 4. c. 17

Arist. H. A. 5. cap. 19.

Arist. H. A. 5. c. 20.

In America circa metã incognitam & ad Nicolai portũ miræ sunt magnitudinis. Incolẽ *Yetin* vocant. Leri⁹ inter pulices numerat apud Nierẽberg. nisi sphalma nõ est. In *Brasilia* est gen⁹ quoddã paulo min⁹ vulgarib. tinnulis, elegãtissimi coloris. Crura habet exilia sex brũni coloris, raris pilis hirsuta: Caput rotundum in duas partes veluti fisisũ, superiusq; ex viridi elegãtissim⁹ color respõdet ad latera purpascẽs. Posterius corpus desinit in aculeũ satis longũ, superius ex viridi elegãtis aurei coloris & pilis raris hirsutũ: habetq; quinq; jũcturas subnigricatẽs: alas duas tenues satis lõgas, iridis colores respõdentes, imò superãtes: in capite cornicula duo, &c. Sed hæc p̄ microscopiũ explorãda. In *Hispaniola* invisibiles quidã sunt, sed adurentis ictus. Littora amãt, nec in interiorib. inveniuntur. In ramis arborum circa eos præsidium. His domos cingunt. Huc fortè *Musca Culiciformis* Moufeti spectare, nisi coire scriberet, quod Culicibus negavimus.

Mareg. H. N. Brasil. 7. c. 7.

Nieremb. H. E. 15. c. 10.

Aldrovand⁹, ne & circa istos nobis deesset, duas iconum variorum tabulas proponit, iisdem duas alias species adjicit. Qui exactè cum mutcis moufeti cõparaverit, haud paucas inter eas inveniri fatebitur. Primã tabula

Aldro. 3. de Insect. c. 5.

bula n. i. Culex communis dicitur. Vide p. 386. Bonon. editionis.

TITULUS II.

De Insectis Coleopteris seu
Vaginipennibus.

C A P. I.

De Locustis.

ARTICULUS I.

De Locustis in genere.

Tantum de Anelytris tam quadripennibus quam bipennibus sufficiat: sequuntur *Cleoptera* seu *Vaginipennia*, *Locusta* nempe, *Gryllus*, *Scarabeus*, ad quem *Proscarabeus* spectat, *Cantharis*, *Ips*, *Buprestis*, *Coccojus*, *Cicindela*, & *Blatta*. Nullo aculeo infestare, difficulter volare, pennas fragiles & cortici inclusas habere, sedentia potius quam alata videri, commune omnibus. De Locustis tanquam maxime notis primò agemus.

Nomen.

Videntur apud Latinos sortite nomen, vel quod sint longis pedibus instar hastæ, vel quasi loca uita, quod messes & alia quod attingunt urant. Græci in genere ἀκείδαι; τὸ φ τὸ ἀκείδων σαχίων καὶ τῶν φύτων νέμεσις, quod summitates segetum & plantarum depascantur, vocant. Μάσας, κῦρνοψ, πάροψ, μολευίς, ἀφελάβ, βρεχ, ἀκαρν, μανίς, κόρωψ, τρώξις, βίξαχόσκη, quod apud Dioscorid. legitur, specierum quarundam nomina esse videntur. Cretenses Ἀχνηρον vocant: quibusdam fortè βρέπιανα, & φίβρασα, quæ iisdem ἀκείδαι dicitur. Denominib. Ebraeis consule Aldrovandum. Dioscoridi μεγαλόκωλον vocatur, quod posteriora duo crura longiora habeat.

Descriptio

Egregiè & breviter Claudianus depinxit.

Horret apex capitis, modo fera lumina surgunt,

Vertice cognatus dorso durefcit amictus,

Arma vit natura cutim, dumiq; rubetes Cuspibus parvis, multis acuererubores.

Albertus, caput habere figura equi

scripsit: & ante os duo additamenta dura, quæ labiorum & dentium vicem suppleant. Aculeus est pro cauda, pedes sex, posteriorum crura longiora & ad seipsa reflexa, (Plinius foris curvari dixit) ut melius de terra attolli possent; intestinum unicum sanie & sordib. (succus is plantarum est) plenum. Nigidius oculos iis negat: sed Plinius concedere videtur, quod & Claudianus facit. Insectorum, inquit, omnium, & quibus testacea operimenta, oculi moventur, sicut quadrupedum aures. De alis perpetuum non est. Aliæ simplicibus, pluribus alia volant; quædam salient. Nec color, quod auctori de rerum natura visum. Sunt virides, nigre, livide, variegatæ. Exuvium serpentum instar deponere, quo tempore operculum circumrumpitur, Arist. testis est.

Nulla eas non ferè terra alit; in quibusdam tamen frequentius grassatur hoc malum. Visæ nupin Russia, cum servi & mæcipia ad signa eovolarent, & legiones facerent. In Syria militari imperio olim necabantur. Italiæ ex Africa, inquit Plin. maximè coorta infestant, sæpè populo ad Sybillina coacto remedia confugere, inopia metu. In Cyrenaica regione lex etiam est, ter anno debelladi eas, primò ora obterendo, deinde sætū, postremò adultas: desertoris pœna in eum qui cessaverit. Et in Lemno insula certa mensura præfinita est, quæ singuli enecatatum ad magistratus referant. Civitatem in Africa ab eis pulsâ M. Varro auctor est. Apud Nigritas singulis trienniis ad duodecè milliarium spacium terrâ inumbrat, si Cadamusto fides. Circa Brudusium quotannis agros absumunt. Apud Cassini motis incolas tot, ut Seleucidas aves à Jove sibi precentur. Planis verò rimosisq; locis maximè gaudet; quanquam & in montanis, ubi Cotinus provenit, invenias.

Herbis & segetibus vititatur. Ideo μάσκα Nicander Σιωφάρον vocat. Amygdalorum floribus impinguntur, si auctore de natura rerum sequimur: folia quoq; lauri depascuntur & vites. Ideò haud sine causa Plinius. *Pabula petere sciunt. Deorum ira pestis ea intelligitur. Namq; & grandiores cernuntur,*

& tan-

Plin. H. N. 11. c. 29.

Aristot. de part. anim. 4. cap. 6. & H. A. 4. c. 6.

Plin. H. N. 11. c. 37.

Arist. H. A. 8. c. 17.

Locus.

Plin. H. N. 11. c. 29.

Dioscorid. 2. c. 57.

Vitatus;

Plin. H. N. 11. c. 29.

Et tanto volant pennarum stridore, ut alia alites credantur: solemq; obumbrant, sollicitè suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: Et tãquam parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, diraq; messes contegunt nube, multa contactu adurentes; omnia vero morfu erodentes, Et fores quoque tectorum.

Plena de iis Historiarũ monumenta, inter quæ & memorabilia quædam occurrunt. Anno Christi 591. tantam Italiæ intulere pestem, mortuq; ad littora ab Africa delatæ, ut DCCCM. hominum periisse, Julius Obsequens scribat. Quæ anno 874. Galliam vastabant, senis pedibus, ac duob. dentibus durissimis instructæ erant. Duces præmissi pridie castra metabantur. Volitabant diurno itinere, quatuor aut quinq; millia passuum. Britannico absorptæ mari, mox ad littora rejectæ, ingentem pestilentiã excitavere. Anno 1542. alis per initia carebant; mox binas, tãdem quatuor assumebant. An. 1543. in Lucano agro tam frequentes convenerant, ut glomeratæ cubiti altitudinem excederent. Sub exortum Tartaricorum & Cofacicorum apud nos ante biennium motuum, visæ quoq; iisdem quib. tumultuatum est locis. Tantum eorum agmen, ut postquam consedissent, eorum in viis ungulas obtegerent. Mirum, non ulterius rabiẽ cam rusticam progressam, quàm istæ pervenerant. Nondum Lublinum attingerant, cum versis velis, Orientem à quo ferebantur, repetiere.

Generatio Generantur ex putri & per coitũ. Ex phalangiis procreari, apud Aristotelem, ni fallor habetur. Ex putridor. corporum, sicciore in primis temporis constitutione, apud alios. Sub bello civili in Sicilia, in sepultis mortuor. cadaverib. ingens Attelabor. prodiit copia, si Plutarcho credimus. Veris autem tempore à Zephyro & Lybico ventis, si Diodoro Siculo, ex deserto ad Aethiopas Acridophagos deferuntur. Austro & urente vento deferri Sacra Scriptura habet. Ibidem ut & in Lybia, Strabone prodente, quòd rarò aut nũquam pluat, & lacus cœnosi fiant, magna copia oritur.

Fœminas ex se concipere, Vincetius in ea quam nutrit, & prægnantem invenit docuit.

Vincet. in speculo.

Coitus idem qui & insectorum omnium, quæ coeunt, marem qui minor, portante fœmina. Mas in cõgressu duos illos aculeos dorso ult. eminentes, per caudq; inflexionem in fœmellæ uterum immittit: fœmina subagitata intente alvum movet. & se ima parte mari applicans, illũ diutius continet, modò vulvæ hiatu, modo ejus contractione, venerem sibi jucundiorẽ reddens. *Visuntur enim meatus duo in fœminæ pudõdo, interstitio quodam disjuncti;* (verba sunt Mouseti) *Et crassiusculo operimento contecti: quod externa sui parte nigricat, durumq; est Et cartilagineu,* intus autem leviter hirsutum, rugisq; quibusdã quasi scabrũ videtur. Ad hujus operamenti fundum uterus albicans, instar muliebris pudendi cernitur. Quia ita hærent, ut nec saltu, nec motu, vix manibus avulsæ discludantur, tardo digressu coire Plinius scripsit. Parere in terra fixo cauliculo illo (κατὰ πηξασαι τὸν πρὸς τῇ κέρας αὐλὸν) qui caudæ adnascitur: ac univèrsim, & loco eodẽ, fœtum simul non sparsim deponere; ita ut quasi favus esse videatur, apud Aristot. habemus: Hinc vermiculos specie ovi oriri addit, qui terrena quadã prætenui tanq; membranula ambiuntur: dissecta emergunt locustæ & evolant. At verò ova ineunte Autumno condensu parere, experiẽtia habetur: tãq; mollis fœtura hæc est, ut ad tactũ levissimum cõteratur. Ea durat hyeme sub terra, cujus viscerib. cõmittuntur. Subsequenti an: exitu veris, (cõcoctione quasi pacta) emittunt parvas nigrates, & sine crurib. pennisq; reptates. Mori matres cū peperint certũ est, vermiculo statim circa fauces enascente, qui eas strangulat. Eod. tempore & mares, dissipato p validam Venerem calido, obeunt. Alii duplicẽ earum fœtum, geminũq; exitũ tradunt. Vergiliarũ exortu parere: deinde ad canis ortũ obire, & alias renasci. Est verò & alius eorũ obitus. Gregatim sublatæ vento in mare aut stagna decidunt. Fortè hoc casu evenit, non (ut prisca existimavere) madefactis nocturno humore alis.

Arist. H.A. sic. 28.

Plin. H. N. 11. c. 29.

Aristot. l. 6.

Plin. H. N. 11. c. 29.

Plin. l. c.

Theophr. de animalib. qua colorẽ mutant.

Animales
actiones.

Arist. H. A.
4. c. 9.

Plin. l. 6.

Plin. l. 6.

Majol. Col-
log. 10.
Plin. l. 6.

Aristot. in
auscult.
mirabilib.

Visu sunt hebetiores, quod durissimis sint, propter palpebrarum carentiam oculis. Vox earum ab occipitii proficiendi videtur eoloco, ubi commissura scapularum. Ut Dalechamplus legit: ut in textu est. *Eo loco in commissura scapularum quasi dentes habere existimantur; eosque inter se terendo stridore medere, circa duo æquinoctia maxime, sicut cicada circa solstitia.* Aristoteles πηδάλιοις τὸν ψόφον facere scribit, per quæ alas & fœmina innuere videtur. Alis edit observavit Cafferius. Impositæ sibi invicem alæ moventur; quarum superior parte intima corpus habet subnigrum, durum, per transversum locatum: inferior ejusdem substantiæ corpusculum in extremitate oræ superioris parte externa, cui per bellum tympanum adjacet. *Veteres nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari, etiam longinqua maria ab ipsis transiri, continuata plurium dierum, (quod maxime miremur,) fame.* Sed hic volatus divinæ præceptionis signum potius est. Aliàs non tam volât quàm faliant, iterumque pennis deficientibus cadunt in terram. Dum se in aërem attollere conantur, cruribus primum se impellentes subvolant, postmodum alis evaginatæ evolant. Altius sese efferunt, æstu urente. Militari ordine uti quibusdam exemplis firmatum est. *Tam frivola ratione morientes, serpentem cum libuit, necant singula, faucibus ejus apprehensis mordicis.* Vidit id & Majoli olitor. Graculi adversu volatû earum exitio occurrunt. Ideo à Lemni incolis colebantur. Idem Galeritæ & Ibides faciunt. In Argo cum scorpione congregiuntur, inde Scorpionum diti, & aculeo exarmatum, interficiunt, & devorant.

Pestem famem & bella potèdunt. Illam infecto à mortuis & putrescentibus aëre. Hanc, absumptis satis, & quicquid fructuum arbor ferre potuit. Ista, cum militari quasi ordine procedunt. Cum Anno 1543, stupendis agminibus per Illyricum in Italiam convolarent, Turca Rhegium occupavit, Ostiæ subsedit, Nicæam cepit, & multa Christianorum millia, cum sexcentorum millium duca-

torum præda abduxit. Idem tumultuantibus Cosaccis & rusticis nuper in Polonia factum: & quod mireris, eo usque lymphaticam illam nebulonum colluviem pervenisse, observatum, quousque locustæ, quæ præcesserunt, delatæ.

Variis tantæ pesti remediis, conata est occurrere humana industria. Nonnulli cucumeribus sylvestribus & lupinis amaris in mutia fervefactis eas conspergunt. Quidam vespertiones ex sublimibus arboribus suspendunt. Nonnulli captas exurunt. Odore illius fumi vertigine corripuntur. In Chuerch Scytharum Carainorum civitate, lacus cujusdam præsentia eas arcet. Mediolanensis præfectus Anno 1542. constituto in collectas præmio, brevi tempore duodecem mille saccos implevit.

Manè colligi debent, dum torpidæ sunt: collectæ terrâ obrui, ne ex occisarum ovis novæ prodeant. Vites non attingent, si propè radicem tria sinapeos grana cõseveris, si Geoponicorum authori credendum. Aristoteles odorem cornu cervi, sulfuris, aut styracis suffitum commēdat. Arnoldus bovini aut vaccini stercoreis, aut cornu sinistri fumum. Palladius fluviatiles vel marinos cancos fictili vasi cum aqua immisos, si teeti sub dio statuatur, ut decem diebus in Sole vaporentur. Quicquid ea aqua perfunderetur, illæ lum manebit. Magorum remedia apud Plinium vide; plura apud Mousetum in Theatro Insector. p. 125.

In Cibus olim Aethiopicis Sillis, falsugine duratæ erant. Nec non Africanis, Syris, Persis, Arabibus, Mædis, & qui Lybiæ loca incolunt. Hodie in Orientali & Occidentali India comeduntur. Sed brevis eorum qui vescuntur vita. Quadragesimum ævi annum nullus supergreditur. Quis successu temporis dracunculi in pedibus exoriuntur: quos huic victui Mercurialis adscribit. Cibus & Iohanni Baptistæ fuere. In Medicina quoque, adhibentur. Suffitu stranguræ maxime mulierum juvantur. Stercus pano cõfert, & morphææ pedesque, carum verrucas eradicant.

Remedia
contra
locustas.

Arist. H. A.
4. c. 8.

Pallad. R.
R. 1. Tit. 35.

Plin. H. N.
37. c. 9.

Ufus.
Plin. H. N.
6. c. 28.

Mercur.
var. lect. 2.
c. 20.

Plin. H. N.
30. c. 14.




Locustæ . Hewschrecken . Moufeti .


Fæm . 2 .

Fæm . 3 .

L. Vulg. Major fæm . 1 .



Locustæ Aldr. Tab. 1 .



ARTICULUS II.

De Differentiis Locustarum Moufeti.

Tantum de Locustis in genere, Differentias ex Aldrovando & Moufeto dare visum est. Hic in *non alatas & alatas*: illas in *vulgares & rariores* distinguit.

Moufet.
Theatriln-
sect. 1. c. 16.

Alatarum vulgarium locustarum sex sunt *Majores* omnes virides, tã fœminã quam mares, quinque *Minores* multicolores. *Prima* Majorũ cucullo veluti herbaceo, caput, collum, mediumque ferè corpus contegit: alæ à collo subtus oriuntur, virentes, parvis paucisque nigris maculis insignitæ, dorso item virenti, venter fuscus subjicitur, caulis extremo nigricante; magnum illi os, & dentes validi latique, ad fruges absumendas egregiè nati. *Secunda* huic similis videtur, sed epomis collo annectitur; nasus item & os ipsum magis rubescunt, punctaque in alis habet majora. *Tertia* viridis omnino vultus; crura albicant; cauda nigricat, alas maculosiores obtinet; & circa extremitates ex albo rubescentes.

Hæ autem *femina* sunt, à quib. trës itidem mares hoc discrepant, quòd vel extremã caudã, vel supra caudã, duos tresve, estant aculeos, medioque item caputio magis rubent. *Prima* minorum species *Holspecht* Tigurinis dicta, corpore nigro, externis alis maculosis, internis minio illitis conspicitur; crura aboletius fusca, lineisq; nigerrimis susque deque productis accuratè picta. *Secunda* antennæ oculi tibiæque suave rubent; crura lineis item nigris variegata, alæ lentiginosæ; venter surdè rubens ex flavo, scitam nobis bestiolam & pulchram exhibent. *Tertia* ex nigro cinerea videtur, antennas habens brevissimas, atque alas præter morem corpore longiores. *Quarta* undique aboletè viret, nisi quod caputium nigris duabus lineis ornatur, tibiæque postremæ vivida quadam rubedine resplendent. *Quinta* non-

nihil minor cæteris, sed colorum situ, & varietate gratior. Corpus illi nec non facies & pedes Xerampelini; alis virentibus gestit, caputioque aurea quadam instita per medium ducta splendente. Omnibus istis minoribus alæ longitudine corpori æquales, vel longiores; nullum item caulem, nullum in cauda spiculum gestant, pratisque & in pascuis (rarò inter segetes) luxuriant; ut in Galliis nostraque patria Britannia sæpè vidimus.

Rariores trës tantummodo species vidimus, *Italicam*, *Græcam*, & *Africanam*. *Ille mantes* dicuntur, vel quia suo adventu, (primæ enim omnium apparent) ver præagiunt, ut Anacreon cecinit; vel famem prædicunt (ut Cælius & Scholiastes Theoc. annotarunt) Vel quia anteriores pedes veluti manus, supplices semper tenet atque elatas, vatum more; qui eo gestu orationes ad Deos fundere solebant. Mantis *Italicæ* (cujus hic Iconem repræsento) mentionem facit *Rondeletius* lib. de Piscibus ferè in hæc verba. Pectus habet longum, tenue, cucullo tectum, caput simplex: oculos sanguineos, satis magnos, antennas breves, pedes sex, locustarum more, sed anteriores multò crassiores longioresque cæteris, quos quia junctos plerumque elevat, (precantium ritu) à nostratibus Preque Dieu dici solet: totum corpus macilentum est. Tam divina censetur Bestiola, ut puero interroganti de via altero pede extento rectam monstret, atq; raro vel nunquam fallat. Cauda illi bifurca, setaceis duobus aculeis prædita: atque ut manuum elevatione vates refert, ita etiam & motus similitudine, neque enim ludit ut alii, neque saltat, neque gestit: sed lentè obambulans modestiam retinet, & maturam quandam ostendit gravitatè. Hanc quamvis in agro Monspeulano sæpè se vidisse Pennius affirmet; tamen Iconem ejus ab ornatissimo Antonio Saraceno Genevensi Medico missam fuisse, in schedis memorat. *Alteram* Mantis speciem *avbngoyes* *qbe* *vienna* misit Carolus Clusius

fiusè Græcia allatam quæ magnitudine & formâ priori similis, alium tamen colorem ex naturæ locive dono accepit, habet enim cornicula saturatè lutea, hiacinthinum ocellum; alas ex luteo fatifcentes; corpus reliquum amethystinum, nisi quod tibiæ priores pilosioresque suffragines albescerent, & recurvè digitorum chelæ nigrescerent. *Africanam* è Barbariâ nostris aliquot sumptibus accersivimus, gracilem, quinque uncias longam, cucullatam, capite pyramidalis, (ut Macrocephalum putares) è cujus penè vertice duo cornicula latiuscula, unciam ferè longa se erigunt, galerumque illum Turcicum, biplumem (quali Janisarij utuntur) superbientem repræsentant. Paulò infra summitatem ejus oculus utrinque emergit satis prominens, grandis, obscurè rubens. Corpus illi oblongum, purpureo cruentum; cauda hirundinia, bifurca; alæ quatuor subcinereæ maculis quibusdam fuscis ornata. Priores quatuor pedes tibiæque pergraciles; posteriores, robustæ, laceratosæ, longæ, & ex maculis transversim per femora ductis subnigræ.

Atque hæcenus de vulgaribus locustis aligeris, atque etiam rarioribus satis dictum sit: nisi fortè alias differentias adjicere necessarium mecum una existimaveritis. Nam *vulgarium* facies torva, oblonga, rugosa, velut squamis munita, quæ os ferè contingunt: dentes illis supernâ parte affixi, latini nigricantes, durissimi, quibus aristas facile mandunt, maximoque cum frigidore fortiter conterunt. *Græca* vero & *Africana* locusta breviori apparet vultu, dentibusque adeo est languidis, ut mollissima tantum gramina & summitates herbæ depascat. Vulgaribus antennæ longæ admodum; Manti verò perbreves: thorax illis durus, cartilaginofus, validus; huic ferè nullus, inanis, languidus. Illis item alvus mollis, longa acuminata: his contra, durior, plena & torosa. Utrisque quatuor alæ membranæ quasi ex nervorum filis contextæ; nam licet interna cõplicata duplex videtur, ubi tamen extenditur sim-


plex apparet. Id quod Jodoco VVillichio fraudi fuit, dum oculorum errore lapsus, sex locustis alas imprudentius ascriberet. Jucundum sane fuerit in nonnullis utriusque generis locustis animadvertere quorundam femora sexangularia, affabre in suis areis levigata, plexuque retiformi artificiose picta. Vulgares locustæ oculos habent magnos & prominentes: unde ἀφελαιοφθαλμοῦ nomen Ebullo cuidam inditum ab Athenæo lib. 10. cap. ult.

Non alata locustæ sunt *Bruchus Attelabus* atque *Atellus*. *Bruchus* ἄπτερος & βρυχῶν, mordendo seu vorando nomen inditum. Quatuor eorum species: Maris prima, tres reliquæ fœminarum. Mas collare gestat suberuentum, sub quo duplex pender cucullus leviter ex flavo virens; dorsum ad caudam usque sex porraceæ laminæ transversim ad latera ductæ adornant. Ventris (qui satis magnus) caudæque tres illi parvi aculei ad recens natæ herbæ colorem accedunt flavoviridem, veluti etiam & femora, facies atque antennæ; sed tibiæ rubidæ videntur. Prima fœminarum æruginosa est, absque linea esset Xerampeлина à caputio ad caulem per dorsum ducta: caret item aculeo in caule nascente; videtur etiam plicis vel potius quasi orbibus 10. viridibus circumcincta. Secunda ferè omnino spadicea atque fusca; ventre tamen parum flavescit, aculeumque geminum gerit principio caulis infixum. Tertiæ vultus, caput porcinum vel vitulum marinum refert: antennarum loco barbellam quasi juxta nasum utrinque sitam obtinet; duo in supremâ fronte tubercula, urfi veluti aures repræsentant, duosque in caule habet aculeos, fusci, (ut totum corpus) coloris neque parum acutos.



Attelabus ἀπτερος ἄπτερος, quod tam minutis pennis conspiciantur, ut carere alis credantur, dicitur. Hesy-chius parvam locustam, Plinius è minimarum genere vocavit. Omnia quasi in pollinem atterit. In arvis cesantibus parit, & postquam peperit, moritur. Ova autumnalibus aquis inter-

7 Tab. 3 .


5



Locusta Asiae ac Indiae.



Tab. 4 .



Tab. 5

Mantes

Mantes



1. Locusta Indicae

Gryl. domest. 1.

Grüllj Moufet

Grülllen

G.C. Femina


Gr. Campestris mar.

Cicada aquat

Grüllotalpa

Grüllj

Aldrouandi



intereunt, cum nimis increvere; ac sicco autumno largior proventus.

Asello, qui ὀψιδιοσκόριδι, tarditas nomen imposuit. Sine alis est, crassioribus, sed præter aliarum morem brevibus cruribus ventre propendulo. Ἀσέλλου forte Scripturæ, μάσαι & σίβο-ε Nicandro: quamvis Ambraciatarum dialecto omnes μάσαι dicantur, quod frumentum cum stridore mandant.

Quas Judæis licitum comedere quatuor erant, *Arbeth, Salaam, Chargol, & Chogab*. *Arbeth* Chaldei *Gebah*, Greci ἀρεθὰ vocant. A fecunditate nomen sortita est. *Salaam*, Chaldæis est *Chargola*. LXX. ἀσέλλου, Hieronymo *Scarabeus*, Kimchi species locustæ *Raschon* dicta, *Abenezræ Salaam*, quod insideat faxis. Quatuor prioribus pedibus graditur, duobus posterioribus qui longiores salit. *Chargol* LXX. ὀφιόμαχον dixere. Pugnat enim cum serpente, quod Nipho incredibile. *Hagab* vel *Chagab*, Hieronymus ἀσέλλου vocat. Nascitur in terra frugum fecunda ex ovis quæ parens deposuit. Caulem etiam ipsum confringit. Habentur in scripturis & alia, nempe *Gazam* à tōdendo, *Ielak* à lambendo, *Chasil* à perdēdo, *Telatsal* à rubigine, & *Chenamal*, à manendo, quod stationem non deserat, dicta. Quæ verò formâ fuerit μελερὶς Suidæ, μυλακείς Cælii, μαλακείς Nicandri, βρέπιανα ἀχρη, πέλις, ἀρπας, θολαὶστέωξ Hefychii, πέρνοφ Aristophanis, μάσαι Eustathii, ἀλιγ & πύαλις Phavorini, *Ludolochra* Isidori, ignoratur.

ARTICULUS III.

De Locustis Aldrovandinis.

Aldrovandus quatuor diversis tabulis, diversas Locustarum exhibuit species, inter quas Papiliones quosdam superius exhibitos invenies. In prima tabula, omnium maxima est quæ prima depingitur &c. usque latitudinem distensas est intueri:

Secunda tabula duodecim habet locustarum diversas species &c. usque & poplitibus distinctis.

Tertia tabula tredecim habet locustas. *Prima* &c. usque nigro distinctis.

In *quarta tabula*, primus est *bruchus* &c. usque Postrema tota purpurea.

Est & Locustæ genus apud Indos quod *Tenamaçuanapaloo* nomen meruit à lapillis pedibus apprehendendis, quæ est ejus natura. Cornua fert tenuia longa, à seipso triplo prolixiora. Crustatum animal, ternis utrinque pedibus, longisque, sed qui sensim procedentes versus caudam fiunt breviores. Innoxium est.

Nieremb.
H. E. 12.
c. 28.

CAPUT II.

De Gryllo, & Gryllo talpa
Moufeti.

Locustæ Gryllum, quod cum ea in multis conveniat, subjungimus. Quidam à clamore arguto nomen accepisse putant, qui gryllismus vocatur: alii γρύλλων Græcis vocari, sed nullo authore. Junio est ἀχέτι, sed perperam. Freigio τρυξάλις, animalculum impenne, quod Gryllus non est.

Sunt *Campestris* & *Domestici*. Hi nocturno stridore vocales aridâ terram inter focos & furnos excavant. Sunt partim *mares*, partim *femina*. Fuscum illi totum ferè corpus, & oblongum; dorsum ex fusco varium magis nigricat: quod juxta mediorum pedum exortum, duæ lineæ transversæ, nivis instat albicantes adornant. Caput orbiculare. Oculi nigri, antennæ in omnes partes mobiles. Cauda bifurcata. Non videntur os habere, si Alberto credimus: sed invenitur in capite ejus, (verba sunt Alberti) longum membrum linguæ simile, & nascitur super exteriorem capitis ipsius partem, & pars illa non est fissa; sicut finduntur ova animalium. Julio & Augusto, undosè volant, nunc alis expansis ascendendo, nunc descendendo constructis.

Differētia

Alberti. 4.
cap. 7. apud
Moufeti.

Femina

1081.
Amos 4.

Aldrov. de
Insect. 4.
c. 1.

Fœmina major est, alvo lōgiore, alis quatuor; quarum externæ breviores, internæ arctiores simul & longiores. Saltant celeriter. Liquore & sanie carniū vescuntur, & sputam juris zythique avidè liguriunt. Nulla tamen in ventrib. eorum superfuitas. Delectant cantu homines; idè Fesæ in Africa caveis ferreis habentur & magno venduntur. Ad somnum inducendum & Scaliger in pyxide servabat: quam si cribro crebrius pertusam reddidisset, tertio post die non mortuos, sed diu superstites invenisset. Moufetus, subdito pabulo marem & fœminam servabat: octavo post die marem fœminæ latus erosisse cōperit, qui etiā biduo post exspiravit. Vix seclusi ab aëre vivere possunt, quia præter vocem & aërem nihil continent. Aquā vitriolo tinctam si in vitrū immiseris, fugabis. Discum aqua plenum, cum farina avenacea cinctum, si apposueris, infiliēt. Ad auxere & sylvam medicam. Purulentis aurib. cum terra sua effossus, prodest. Manibus contritus sacro igni medetur. Curat allegatus parotides. In cinerem redactus, cum oleo, putrida ulcera. Aqua dilutus, calculum & dysuriam. Alligatus, faucium dolores, si Marcello fides. In collo suspensus, quartanam. Destridore in sequentibus.

Scalig. in
Aristot. de
plantis.

Moufet. de
Insect. 1.
p. 17.

Campestrium alii quoq; sunt *Mares*, alii *Fœmina*. *Mari* corpus oblongius quàm Cicadæ, color nigricans, caput magnum, oculi exerti, frons antennata. Antennæ articulis carent. Sex pedum postremi lōgissimi ad saltum vegetiorem. Alæ insculptæ & incurvæ totum corpus tegunt cauda bifurca. *Fœmina* minor, ventricosa, viridis, oculis herbaceis, antennis rubentibus, caudâ tridentis æmula. Per æstatem in campis, terra excavata nidificant: hyeme leniore latitant: per graviolem pereunt. Omnibus commune antrorsum & retrorsum incedere. Alarum attritu sonum edere, credidit Plinius: per duo obstrepentia corpora, quæ motu & agitatione alarum percuterentur, Cassorius: alvi parte cava, Scaliger: dentium

Scalig. Exerc.
p. 273.

collisione Sabinus Garretus Pharmacopæus alis avulsis, eundem sonum imitando affectus est. Albertus, si medius dividatur, diu adhuc vivere scripsit. Vescuntur panico, maturo frumento & pomis. Loca umbrosa negligunt, prata sequuntur. Avidius strident magis à nobis dissi: proximi silent. Formica capillo circumligata & in antrum con-
jecta, efflato primò ne se recondat pulvere, capiuntur. Ramulo cavernæ aliquoties inserto & extracto erumpunt, quasi quæsituri, quis forib. injuriam faciat.

Albert. 4.
c. 7. apud
Moufet.


Plin. H. N.
29. c. ult.

Ad Gryllos Moufetus *bestiolam* quandam alatam, Tryxalida & cicadâ Rondeletii aquaticam, refert. De illa ita scribit. Restat adhuc *una bestiola alata*, quam an ad cicadas an ad locustarum classem referam plane ignoro. Quæ enim catervatim volat ac segetes erodit, locusta videtur; forma tamen ad cicadam proxime accedit. Mira sanè hujus bestiolæ, & quasi infantis facies. Caput galeo triangulari tegitur, in cujus superiore parte, quatuor sunt maculæ nigre, duæ oblongæ, & aliæ duæ ferè orbiculatæ, inter quas, duo etiam minutissima puncta nigra observabis. Alas habet quatuor, quarum internæ duplicantur, quiescit, ita ut ἐξάνησθαι videatur. Atque hi fortè erant illæ locustæ, de quibus Cuspinianus è Sigeberto sic scripsit: Mense Augusto, Anno 874. immensa locustarum vis senis alarum remigiis volitabat ab oriente, & cum senis pedibus & cæt. à quibus tota ferè Gallia devastata est. Dixeri primò aspectu caputium scapulas ornare, sed propiùs intuenti, partes sunt superiorum alarum veluti semicirculo inclusæ. Totum corpus valdè crassum, nigro fuscoque est colore: posteriorum alarum partes infinitis nigris maculis notantur. Petrus Quickelbergius Antuerpianus hanc ex Africa portatam ad Pennum transmisit, quam nos etiamnum exanimem in thesauro ἐντόμιων servamus, & cicadastram nominamus.

De

Locustæ


Indicæ



Grylls

Grylln

Heimichen



Gryllotalpa



De *Tryxalide* habet ista. Non minus in *Tryxalide* hæremus. A rodendo nomen fortè obtinuit: verum ut vel *tryxalides* *Bruchos* esse censeam, vel *olerum locustellas*, vel *cicadas*, vel *Gryllos*, nequeo quidem induci: Non solum quia *Athenæus*, *Plinius*, alique eo ipso *Philosophi* sibi non constant; verum etiam, vel quod forma, vel natura longè discrepent. Et quare obsecro *τρυξάλις* à *τρυξω* i. e. stridor, non male non derivetur? quòd si verum sit, sanè *Gryllis* maxime conveniet, quas tum aliàs tum per stridorem à *Blattis* *Peucerus* meritò distinguit: id quòd *Ioachimus* noster *Camerarius* (magni illius filius, & virtutum ex asse hæres) primus notavit. *Plinius* ex his viginti torrerì jubet ac bibi è *mulsa* contra *orthopnœas* atq; hæmoptoicam passionem. *Cinis* illitus cum *melle* *margines* duos ulcerum complanat, & *mulierum* purgationes retentas præclare adiuvat.

Monfai. l. c.
Rond. de piscib. aquat.
t. 38.
Cicada Rondeletii aquatica caput pè-tangulum imitatur. Oculi exerti atque globosi, non magni & nigri: antennæ ore extimo erumpunt per breves; pedes utrinque ternos habet, postremos longissimos: in dorso vel alas, vel earum rudimenta gerit. Cauda illi bifurca, venter sæpe veluti incisus; corporis color subfuscus vel potius ex albo nigricans. In aquis limosis stagnantibusque reperi, sed naturam eius nondum habeo perceptam: hoc à terrestri differt cicada, tum quod capite sit magis exertò, & cervicis aliquid habere videatur; tum quod alas habeat inutiles ad volandum, licet ad sui correctionem non ineptas. Hæc in foliis nymphææ, potamogeti, aliarumque aquaticarum herbarum insidens, iucundum quid (more *Cicadarum* terrestrium) stridere dicitur: sed à nobis hætenus non est audita.

De suo *Gryllo talpa* hæc habet *Moufetus*. Bestiolam quam expressimus, *Cordi Sphondylis*, *Dodonæi* vera *Buprestis* est: perperam uterque nominant & nullo iure. *Sphondylis* enim alas non habet, hoc insectum vides alatum. *Buprestis* *Cantharidi* similis

apud omnes dicitur; hoc verò animal nec figura, nec colore, nec magnitudine quicquam eo accedit: ut taceam *elytrorum* hic absentiam, quibus *cantharides* carere nemo sanus contenderit. *Gryllum* dicimus, quia eundem cum *Gryllo* stridorem nocte appetente facit. *Talpam* quia terram continuo fodit. Insectum visu horrendum ac monstruosum, quadruplo maximam superans *Cantharidem*: præcipuè ætate si fuerit proveciore. Formam ob oculos habetis: ego colores addam. *Fœmina* levius, *Mas* saturatè fuscus. Illi præter duas longas antennas *fibulæ* quatuor, quasi è naribus labiisque propendent: oculos item habet maiores, & alarum radix *miniata* macula ornatur. *Mas* verò *fibulis* illis nudus, earum loco fetas duas *fibulis* duplo longiores obtinuit; concolor sibi undique videtur, & sine macula. Vtriusque unguis cotacini sunt, Anterioribus pedibus robustis admodum, & varis tumulos perfodit uterque & cuniculos agit: mediis insistit; ultimis quando opus est, saltat. Cauda illis bifurca; alæ corpore longiores membranæ; corpus incisuris variis insignitum. Iuniores ferè toti nigricant, adultiores implumati videntur. Sub terra palustri & humida maximam ætatis partem vivit, noctu tamen egreditur: *Tardigradum* valdè est animal, volatusque ejus saltum refert: unde in locustarum numerum à nonnullis ponitur. Sole occiduo primum prodit; *Gryllorum* more, suaque cantilena; sonora quidem satis, & supra mille passus stridente sibi applaudit; quam ubi audiunt agricolæ, oppidò exhilarantur: ac si eius adventu terram humore gravidam, & calore solis veluti maturatam scirent. Grana tritici, hordei & avenæ colligit, ac in cavernam asportat, inde fortè hyeme victurus. Quidam stercoreibus eum equinis vesci affirmant.

mant.

†

*

M

CAPUT

CAPUT III.

De Scarabæis.

ARTICULUS I.

De Scarabæis in genere.

Moufet.
Insect. l. 1.
c. 24.

Nomen.
Aldrov. de
Infl. l. 4. c. 3.

VNDE huic animalculo Scarabæi sit inditum nomen, vix ausim dicere.

A Cabo seu Caballo, quod ex eius fimo prodeat, dici ineptum esse certò scio. Græci *κάνθαρον*, Tyrreni *βύρρον* vocant.

In eorum Descriptione nihil ferè in genere occurrit. Duas alas habent; teneras illas & valdè fragiles: ideo superveniente crusta inclusas tutelæ gratia gerunt, ne à durioribus corporeibus offendantur. Quatuor habere perperam Albertus dixit. Aculeo destituuntur, & omnes senectam deponunt.

Plin. H. N.
l. 11. c. 28.

Locus.

Vbique ferè degunt, in Asia, Africa, Europa & America. In monte Ætna felicissima eorum progenies. In Thracia juxta Olynthum locus est parvus; in quo, cæteris animalibus illæsis, soli exanimantur. Ob hoc *Cantharoletrus* dicitur. Cornuti mense Julio & Augusto frequentissimi in agro Neapolitano visuntur.

Victus.

Diversos cibos pro varietate sua appetunt: Sunt qui ligno arido; sunt & qui frumento & panibus vescuntur. Vivunt ex jumentorum excrementis. Ideò apud Aristophanem servus quidam Cantharo fæces humanas apponit.

Eriphiam quandam herbam prædidere veteres, Scarabæum in avena habentem, sursum deorsumque decurrentem, cum sono hædi, unde & nomen accepit.

Generatio

De Ortū variæ sunt inter auctores sententiæ. Isidorus ex putridis equorum carnibus nasci putat. Plinius ex asini, quidam ex muli. Aristoteles, Cantharos in fimo quem volunt per hyemem condi, vermes parere, ex iisque procreari. Nonnullis visum fæmineo sexu destitui nec coire: quod

tamen in Carabis falsum esse, Aldrov. de
vandum observavit. Variare ortum
pro specierum diversitate ego putarem, idque in Differentiis patebit.

Tanto stridore volant, ut per eos Natura. Deorum cum hominibus fieri colloquia Laërtius dixerit. Quia *κακόσμοις* Clem. Alex. *Padag. 2.* delectantur: ideo rosam averfantur, & odoratis illiniti exanimantur. Hemerocallis Dioscoridis quoque à quibusdam *ἀντικάνθαρος* vocatur. Tacti, immobiles redduntur & indurescunt. Solis & Lunæ coitum pillularii ostendunt, ut postea dicemus, ubi & de vindicta quam de Aquila sumere solent, agetur.

De *Vsu* in genere nihil occurrit. *Vfus.*
Differentias ex Moufeto & Aldrovando sumemus. *Differen-*
tia;

ARTICULUS II.

De Scarabæorum apud Moufet. Differentiis, & primò de Majorib. Cornutis.


EGregie Scarabæos in sua genera *Moufet. de*
dispercit Moufet. Sunt alii Maiores, q vel *cornuti*, ut *πλατύκερας, ἀγρόκερας, βόκερας, ῥινόκερας: & κροκέρας;* vel non *cornuti.*

Cornutorum primus & præcipuus est *πλατύκερας*, qui cervina cornua imitatur. Nigidio dicitur *Lucanus* apud Plinium; aliis taurus: nonnullis *Cervus* volans. Hesychio *ἀκάνθη*, quia cornubus spinosis obvia comprehendit; Comico & Eustathio à magnitudine *ἰπποκάνθαρος*. Cardano *σκαεβέλαφος*, *Γαζα κλέεβος*. Quatuor ipsius occurrunt genera. *Primus femina*, *Lonicerus* Marem facit, sed mares inter insecta minor. sunt. Colore ex obscuro, verba sunt Mouf. spadiceo nigricat præcipue circa elytra & pectus. Cornua illi duo integra, sine articulis, ramosa cervi instar minimi digiti longitudinis in adultioribus, in minoribus minora ac breviora, vel (ut Plinius loquitur) prælonga cornua & mobilia obtinet, bifulcis dentata forcipibus, cum libuerit ad morsum vel compressio-


Plin. H. N.
l. 11. c. 28.

Scarabaei ex Moufeto Capricorni

Quicij



Scarab. Buceros Nasicornis . 1 .



2



Scar. Xpioxepros

Sc. Melanocyaneq

3



Sc. Pilularius



Sc. Atrato. 1.



Sc. Melolonthes Mas

Femina



Mel. Clusii



Thelasi



Sc. Arborea




Sc. Arborea




affinis



Sc. Fullo




Scarabaei Minores



Proscarabaei . Meiwurm . Meijkefer . Prof. wieri supine


Prof. Mas .




Femina .



Prof. Knivetti



Prone



pressionem coeuntia : stringit enim mirum in modum; atque cornubus utitur eum in finem, in quem chelis cancri atque astaci oculi duri prominentes, albiduli, juxta quos utrinque antennas habet, unas in radice inter cornua & oculos racemosos, quarum articulus rectum ferè angulum facit; alteras vero media fronte erumpentes, rectas atque planas, in tuberculum leve desinentes. Pedibus incedit sex, prioribus reliquis longioribus atque maioribus.

Alter *mas* est, illi omninò, magnitudinem si excipias, tum corpore tum cornibus similis: quæ licet non ramantur, acrius tamen compressa pungunt digitum, quam fœmina jam descripta.

Tertius priori triplo vel quadruplo minor, colore piceo, cornua admodum parva & bifurca, juxta quæ duæ antennæ plurimis articulis distinctè oriuntur. Oculos habet prominulos, & pro corporis ratione magnos. Scapulæ utrinque in angulum acutum desinunt. Vescitur maximam partem succo tenaci atque pingui è quercu exudante, nec facile extra querceta conspicitur.

Capite præciso diu reliquæ corporis partes vivunt: caput reliquo corpore diutius. Lunæ sacer esse creditur. Cornua, in primis quæ excedunt, infantum morbis ex collo suspensa medentur. Strumis quoque & podagræ apposita conferunt. In oleo decoctis si arteria in brachio inungatur, febres apud Mizaldum tollunt. Oriuntur ex vermibus, putrido ligno in natis: forte & ex stercore.

Αιγόνερος, dicitur & *καγόνερος*, *καεζμυβξ*, *καεζμυβηλ*. Græcis; *Capricornus* Latini. Magnitudine coloreque Platii, ceroten refert. Tredecem eorum genera occurrunt. *Primus* caput habet latiusculum, oculos bovinos & grandes, tres fere transversos digitos longos: os illi forcipatum, hians, ad uncis duobus dentibus durissimis horrendum, quibus dum ligna rodit, (experti scribimus) argutulum porcellorum grunnitum diserte exprimit. Hoc forte in causa fuit, cur eas ar-

bori alligatas, culicēs ficarios abigere tradidit Hesychius. Scapulæ eius curiosule à natura sculptæ, manubrium ebene factum & perpolitum oculis obiciunt. Pedes sex habet, tribus quoque geniculis distinctos: sed imbecilles admodum & languidos, tantoque oneri sustinendo longe impares. His ferunt auxilium cornua duo, supra oculos nascentia, toto corpore longiora, novem decemve articulis flexibilia, non exacte teretia, sed asperitatem capri imitantia; quæ licet in quamcunque partem movere possit, tamen dum volat, directe ea tantum protendit, atque volatu festus pro pedibus utitur. Consciens quippe horum imbecillitatis, cornubus arboris ramulum circumplicat, atque ita pendulus quiescit, ut in agro Heidelbergensi vidit noster Bruerus; avem paradisi eò referens, quæ pedibus destituta pendulis illis nervis ramos illaqueat, atque ita laboris satur quieti consulit.

Reliquos ita describit Moufetus. *Cerambyces* præter hunc memoratum varios vidimus, *unum* primo huic similem, sed magnitudine & colore varium: nam & paulo minor, & colore fuit fere cinereo: Venter, crura, & cornua, dilute cœrulea: scapulæ, cauda & elytra, nigris quibusdam maculis variegata. Cornuum quoque articuli nigricabant; postrema crura reliquis longiora crescebant. Hos à Quickelbergio obtinimus Antverpia transmisso. *Alterum* habemus extra viridem, supinè fuscum; caput, scapulæ, elytra obscure virentia, & auro itidem micantia: corpore est paulò porrectiore, priori similis videtur, sed paulò minor: cornua purpurea obtinet, crura pedesque Hyacinthinos. *Tertium* huic concolorem ipse primus Pennio dedi, nucem moschatam & cynamum vere spirantem. Verùm fragrantia illa dulcis (stacten contra non cara) cum vita in auras statim effluit, & cadaverè exulans, sese in pyxidem (qua fuerit servatus) tota insinuat. Cardan. mentionem facit huius Scarabæi: sed qui ante me invenerit neminem novi. Est

quoq; *alter* cum splendore nigricans, ventriosus, crassus, corpore, cornuq; breviori reliquis. Cornuum juncturę non sunt (ut in aliis) globosę, sed utrinque leviter ferratę. Hunc Carolo Clusio Penn. se debere fatetur. *Quintus* capite, ore & dentibus primo omnino similis oculis nigerrimis. colore per totum corpus fusco, ore patulo dentato, capite, collo, & alis minutulis punctis nigris dense conspersus; corporis magnitudine ferę secūdam æquat Cerambicem: rariüs conspicitur; in ædibus vivit, & lignis aridis. *Sexto* cinerascenti caput valde exiguum, oculi albiduli, cornua longiuscula, articulata, candescentibus maculis distincta elytris, imo toto fere corpore varius est; in ædib. item versatur, sed an etiam in lignis habitet, ignoro. *Septimum* ex Russia ab Edoardo Elmcro allatum vidi, toto corpore infuscatum, juncturas habuit in cornubus globosę, septem vel octo: facile ex forma cognoscitur. Ab hoc *octavus* magnitudine, & forma parum ablutit, nisi quod capite, scapulis & alis subcæruleis præditus videtur. *Nonum* misit ad Penitum Ioach. Camerarius (de literaria repub. optimè cum primis meritis) cui alę pedesq; arenosi erant coloris; caput, cornua, venterque subnigricabāt: cornub. repandis videbatur, ex pluribus verticillis nodulisque compositis, quę in utramvis partem nictu citius versabat. In plantis (& potissimum Cithyso) repitat. Huius generis esse puto Scarabæum quam Ioh. de Choul (l. de var. querc. histor. cap. 26.) ita describit. Degit in quercu animal de Scarabæot. tribu (quantum coniectura ducimur) colore rubicante, proceris cruribus geminos capite gerens aculeos, modice inflexos: quib. acerrimè stringit adversantia. Hanc bestiolam fabri lignarii quercus dolantes, in ipsis visceribus vivam invenerunt. Rustici Lugdunen. Thurro nomināt. In laquearib. feliciter diutiusq; vivit, seque hypocausta colentib. levi cum strepitu prodiens conspicendū subinde præbet. *Eundem* vel illi similem quendam p. m. Gesner. Epist. l. 3. ab anu pleuri-

tim passa deiectum fuisse testatur in hæc verba: Per alvum inquit à potione ex Oxymelite nostro cum decocto fœnugræci exhibita prodiit vetulę pleuritide laboranti scarabæi genus nigrum, longis pedibus, longis it. cornubus flexibilib. articulatisque, rudi plenum pure, vivum; longitud. duor. articulo. erant digiti. *Decimus* totus ex nigro purpurans, os forcipatum habet. *Undecimus* ubiq; atrescit. *Duodecimo* cornua minus articulata, caput scapulęque cyanę, reliquum corpus totum spadiceū videtur. Horum omnium in iconib. utcumq; cornua aliàs directā, aliàs curvata cernitis (explanationis gr.) tamen plerumque non nisi (caprorum more) ad humeros reflexa gerunt, veluti primus Cerambyx.

Ad Carambyces spectat *Quici Bra-* ^{Maregr. Hist. Bras. l. 7. c. 8.} *siliensum*. Insectum est corpore ovali instar Scarabæi. Corporis longitudo unius & trientis digiti, Crura habet 6. quodlibet trib. internodiis constans, estque ultima pars crurum ferratę, & quodlibet habet duos unguiculos. Caput & ocelli parvi: duo cornua propè oculos exoriëntia, longa, posterius versa & in arcum porrecta, duos & semis digitos longa, longè excedētia corporis longitudinem; & singula habent internodia decem, undecimo inferuntur in caput: crassitie æquant filum crassius. Caput & anterior sectio obscuri & brūni coloris cum splendido nigri mixti, posterior & alę brūni obscure splendentis. Per mediū a. alarum seu dorsum transversim linealata flava pallefcens tendit. Crura lutea, & ad internodia obscuro brunno maculata. Cornua diversicoloria luteo & nigro, nimirum ad genicula nigra, cætera alternatim lutea.

Βύκερος seu *ταυρόκερος* cornub. duob. tauror. more exertis & directis cernitur. Ex spadiceo circumquaq; nigricat, & ferè *ἀκέφαλον* videtur. *Capite* est exiguo, brevib. crassisq; scapulis immerso. Media fronte, spina peracuta exit. Defensionem à natura destinata videtur.

Nasicornium quatuor species vidit Mousset. *Prima* omnium maxima atq; rarissima

fos, occipitio bene raso, musculis brachior. anteriorib. & plantis pedum alligaveris. Bene cecidit M. Ioh. de Florentin hoc experimentum. Quartanariis medetur, si fulvo linteo vivus inclusus collo appēdatur. Expertum se Trallianus scribit. Chelonitide gemma aureis guttis insigni, cum Scarabæo in aquam ferventem missa tēpestates ciere velle, infani esse puto. Huic similis est *Melanocyaneus*, cum illustri quodam splendore. Facie est felina. Augusto à pediculis intra crura hærentibus vexatur, & tandem interficitur. Vbique occurrit:

Melolonthen, Attici *Melonthen*, quidam *χρυσάκιδα* vocant. Nonnullis est *χρυσάκιδα* & *χρυσάκιδα*: quibusdam *Cantharis*; Aristophani *ζωΐφιον χρυσίον* & *κρυθαίριον*; Eustath. *Vespa maior*; Polluci, *animalculum volucre*: rusticis *Lōbardicis* & *Gazæ Galenica*; aliis *scarabeus arboreus*. Hesych. cum coloris aurei facit: Aristophan. scholiastes flavi, recentiores Smaragdinum sed auro radiantem volunt. Idem & Plin. sentit. Mas undique viret, oculos si exceperis rubicundos. Elytra fœminæ castanei coloris, grato splendore micantia. Pectus utriq; mucronatum. Stridulum edunt sonum. Generantur è vermib. fimi bov. aut jumentorum: si Arist. credimus: si Steph. ex Teophr. ex florib. pomor. Sunt eius *duæ* præterea species. Priori quæ Clusii, caput, scapulæ & pedes nigricant, sed è cœruleo. Anten. sunt corneæ, elytra striata, sed in circumferentia non nihil rubent. Alter est Thilesii, totus præter oculos qui nigricant viridis. Venter ex auro parum rubescit. Medium dorsum luna elytris concolor adornat. Ideò Equus Lunæ vocatur.

Purpureus Constantinopol. delatus fuit: Totus talis & violaceus erat, nisi oculi, venter & pedes, picē retulissent.

Atratus totus nigrescit. Os ipsi forcipatum; scapulæ fere quadratæ: tibix & antennæ breviusculæ: In lignis aridis habitat. Frequentius graditur quàm volat, & inter gressum, obmurmurat.

Arboreus obvius est. Julio in primis & Augusto mensib. Vaginæ alarum,

puniceæ sunt, & tenuissimo polline conspersæ, leviterque splendent. Oculorum circulus, antennuleq; parvæ flavescunt, juncturæ ventris albescunt. In Normandia tertio quoque anno sunt frequentiores. A. 1574. vigesimo quarto Feb. tot in Anglia in Sabrinam delapsi sunt, ut molendinorum rotas sisterent. Affinis huic est totus ex fæco albicans, glauco ventre & quodammodo canescente. In servit anatum venationi. Grues quoque eo capiuntur, ut Gesnerus prodidit.

Scarabæus, quem Plinius *Fullonem* dixit, *Gaza καθάρων* Aristotelis esse opinatus est; Scarabæum rubeum Plinius, animalculum cauda forcipata Iunius, est Arboreo maior, cervo volante fœmina minor. *Caput* gerit corneum, antennulis duab. ornatum. Oculos, & pectus hirsutum, ex albo flavescencia; pedes anthracinos. *Venter* caudaque plumas referunt gruinous. Scapulæ & elytra, albis nigrisq; maculis variegantur, tam pulchre, ut vestem Damascenam, Phrygia ac intertextam jurares. Non ubiq; est ob-






Plin. H. N. l. 30. c. 11.

Moufēt. de Ins. l. 1. s. 28




Tantum de maioribus cornutis & non cornutis sufficiat. *Minores* vel *maculati* sunt corpore, vel *immaculati*: illos *ἀνοχέους*, hos vero *μονοχέους* Græci appellant. *Macula* aliorum ex nigro albicant: alii flavescunt, alii rubescunt. *Albicantium* è nigro septem, flavescentium tredecim, Rubescentium duodecim; quos hic sua quemque classe donavimus. *Immaculator*. color corporis idem deprehenditur: atq; inter eos sex nigricantes, duos spadiceos, globosum unum ex cœrulo nigrum, alterum ex luteo vidimus. Quidam quoque nuperrime à nobis, inquit Moufētus, deprehensus est fuco puniceo, alter muricis succo inebriatus comparuit. Aurecentes quinque habemus, parvulos illos quidem, sed clare micanteque auro undique suffusos, quos etiam ne invidisse nepotibus videamur, sculpi appingique curavimus.






Scarabæi . Schröter . Aldrovandi . Tab 1 .






Tab. 2 .





Tab. 3 . et 4 .



Tab. 5 .



Tab. 6 .



Tab. 7 .



ARTICULUS III.

De Scarabæis Aldrovandi.

Aldr. Hist. Insl. 4. c. 3. **A**ldrovandus eosdem in *Cornutos*, & non *Cornutos* distinxit. Ex illis alii unum, alii duo, quidam tria cornua habent, & rarò vident. *Διτέγωνι*, aut sunt *Lucani* sive *Tauri*, quorum cornua sunt dentata, ac forficum modo aperiuntur & clauduntur: aut *Carabi*, quorum cornua nodosa sunt, & ad prætendendum iter facta. Triginta & quinque utriusque generis sunt species, quas sex diversis tabulis exhibet. Exhibeo & ego omnes, ut si quid inter jam enumeratos omissum est, adiciatur, & comparatio inter utrumque melius institui possit.

Prima tabella septem continet, ex quibus primus est *Caraborum* videtur esse genere, quoad figuram corporis quam habet communem cum aliis *Carabis*, quamvis locum, quo nascatur, neutiquam observaverim. Toto corpore niger; antennis longiusculis, parvis nodulis constantibus, longis in postica capitis parte sitis cornibus, seu potius appendicibus binis prope os nodosis, item crassioribus, quam sunt antennæ, sed plus quam media parte brevioribus; pedibus in extremo bifurcatis, asperis: caudam constituunt duæ appendices vaginalium, cum coniunguntur.

Secundus est *Scarabæus* aquaticus pronus & supinus. Aquaticum nuncupavi, quod præter reliquorum morem in aquis degat, inter maiores sane connumerandus: toto item corpore niger prone & supine exceptis capillamentis, quæ in pedum extremitate cernuntur itemque antennis, nam hæ rubescunt.

Quartus est minimorum genere, pollicem enim latum longus, totus quoque niger, capite parvo, trigono, minutis antennis, quarum extremitas obrusa; & veluti rotunda quadam pilula insignitur; pedibus bifidis in extremitate, paulò versus corpus habebat quasdam asperitates, seu appendices, quibus ingressu juvabatur,

tanquam cirri polypus. In ea parte, qua vaginalis sese invicem in aliis contingere solent, evidens apparebit rimula, qua dilatata & aperta prodibant alæ subvirides, sed nonnihil ad castaneum vergentes: cum eas ad volandum expandit, toto corpore maxime splendet, alvoque robustissima.

Quintus est *Scarabæus* pilularius, seu *Cantharus* compacto latoque corpore & nigro, sed cæruleum splendescente. Capite plano inferius, & superius nonnihil arcuato & lato cucurbitæ instar, ac multis eminentiis superius conspicuis, è quo ab utraque parte duæ prominent antennæ breviusculæ, sed in fine divisæ in plurima tenuia filamenta, pedes sunt anteriori ferrati in fine, ita à natura facti, ut illis, cum continuo in stercore vitam transigat, abstergere anteriores capitis partes facilius possit: Crasso magnoque pectore, cuius medio ab utroque latere pedes priores annectuntur.

Sexto loco datur *Scarabæus* viridis *Melolontha* Aristotelicorum quorundam sententia, quem inter volandum putant sonitum edere: corporis parte supina & alvi maxime colore est obscure viridi; unde nomen sortitus, capite parvo nigro ferè, & ab utroque oris latere duobus cornibus nodosis insignito, itemque dentibus, quibus apprehendit valide, antennis longis, æqualibus, in extremo paulatim in acutum desinentibus, pectore autem rotundo, tenuiori que ligamento alvo latæ annexo.

Ultimus eiusdem tabulæ nigro corpore est, in quo maculæ virides, sed aliquid flavedinis in se habentes, proceris cornibus eisdem maculis conspersis, quæ versus posteriora flectuntur, eisdem quoque maculis & ipsi pedes, præsertim eorum femora; alvo procera, quam non universam vaginalis contegunt.

In secunda tabula est *Lucanus* *Nigidii*, *Cervus* volans *Leoniceri*, *Scarabæus* *Cardani*, *Taurus* *Scaligeri*; aliqui *Scarabæum* bicornem appellant; apud *Thessalos* *νεράμικον* dici &

ξυλοφά-

ξυλοφάγον βέν, quasi bovem ligni edacem autor est Antonius Liberalis. Gallis dicuntur Cerfs volantes: Turo Lugdunensibus rusticis fortè à Tauro derivato nomine, Italisque cervo volante, Bucarone del corno, Gufano con cuernos Hispanis. Ferrantes Imperatus cervi volanti vocat. Belgis een vliegende hert. Germanis ein Schrötter dicitur. Nigro est toto corpore & maximo, huic duo cornua prætenduntur ramosa seu dentata, quibus cum constringuntur, validè apprehendit: oculi utrinque à latere horum positi, intra verò cornua duo parva cornicula veluti antennæ; capite latiori quàm pectore, sed minus longo; huius & caput & corpus reliquum à se invicem divisa diutius vivunt.

Qui vero hunc ordinem consequitur, cætera priori similis, ut magnitudine tantum differre videatur, qua dimidia parte minor est.

Sequuntur *duo alii μανέριποι*, hoc est, unico cornu in summo capitis, quos ab Ægyptiis Mercurio dedicatos supra meminimus, corpore nigro, cui nonnihil rubri admistum sit, crasso magnoque capite. Horum posterior hirsutus atque pilosus est prona parte, horum species Rhinocerotas appellat Ferrantes Imperatus ob similitudinem cornuum, quam habent cum Rhinocerate, animali quadrupede, tarde volant, quò fit, ut ultrò fere in manum eius, qui prehendere voluerit, involent.

Quinto loco est Lucanus Papilioni similis, est enim versicolor toto corpore duos digitos per transversum longo, cornibus instar cervi dentatis nigris, quibus ab utraque parte posterius ante oculos prominent antennæ tenues, longæ, ut ad latera viam tendant factæ, nam ad latera utràque protruduntur, capite albis insignito maculis, per quas rubor quidam obscurus perfunditur, pectore angustiori, quàm capite est, tribus albis maculis in medio notato, alvo prolixa, crassa, longa, ut Papilionibus quibusdam contingit, annulis rubris, alis non universam alvū con-

regentibus, sed multò brevioribus, & ut puto, farinaceis. Nam, ut verum fatear, id nunc me fugit, cum eiusmodi Insectum inventu rarum existat, nec eiusdem descriptionem exactam, quam olim feci, reperire postea unquam potuerim; variis coloribus huius alæ exornantur, nam suprema parte, qua superiori alvi parti contingunt, vicinæque sunt pectori, rubicundam maculam ingentem præbent cordis, quod vulgò pictores depingere solent, compressio mucroni seu cono similem; reliquum deinceps alatum corpus nigrum est, maculis aliquot primum argenteis, deinde lineis latioribus obscure rubentibus, quæ utràque aliquoties per vias iterantur, ita, ut in huius animalculi alis natura illuisse pictores attemque eorum videatur.

Tertia tabula tota Caraborum plures continet species, excepto primo, qui ad Lucanorum genera potius pertinet, parvo corpore, nigerrimoque cornibus incurvis parvis sine dentibus ad eundem usum, ad quem Lucanorum aliorum, his item antennæ postponuntur singulis à latere, pectore modice crasso & crassiori, quàm caput est, alvo duplo longiori, eiusdemque crassitie & latitudinis. Cervettino vulgò dicitur.

Secundo loco datur Carabus inter minima genera referendus; ejus caput, quod parvum est, itemque pectus, antennæ & pedes nigra sunt: sunt autem antennæ longæ, nodosæ, vaginis rubris ab utraque parte, quæ in medio maculam nigram grandem habent. Porta terra vulgò Italis dicitur.

Huic ex ordine *secundo loco* succedit Carabus, quem Aristotel. verum esse arbitror, cum aliquoties in ligno is sit repertus arido. è quo postea evolavit.

Tertius Carabus è ligno arido quoque nascitur, ut vidimus, nodosis procerisque cornibus, quæ nodis constant novem aut decem grandioribus, primum prope caput, deinde minoribus, in quos singulos extremitates tenuiores superiorum nodorum inferun-

feruntur ita, ut articulationes nodosæ appellari possent. Ultima autem articulatio ex parte constat nodosa & absque nodis ita, ut ea, quæ nodis destituitur, tenuis in fine in nodosam partem inferatur, veluti in ultimis digitorum articulationibus facile est videre. Porro hæc cornua, quæ antennæ merito ab Aristotele nominantur (supplent enim earum usum) quandoque corpore multò breviora, quandoque longiora sunt, vidi quandoque duplo longiora ipso corpore; cæterum colore nigerrimo, ut totum corpus. Capite paulò minor, quàm pectore, quod inæquale est, venter omnium longissimus latissimusque, prona parte annulis quatuor aut quinque latis constans, in ventris fine, ubi alvus est, hirsutus, pedum extrema ferrata sunt & aspera, multis hirsutis particulis constantia, quarum ultima bisulca, seu bifida, & adunca in modum hami, qua validissimè cuique obviæ rei, velut lapidi, ligno, linteisque adhæret, ut vix inde tutò avelli subito possit. Unde Portapeso ab Insubribus dictus putatur. Nam etiam si parvum sit animal, tamen quandoque sustinet, retinetque pondera sextuplo, aut amplius ipso animalculo longiora cum suis cornibus suspenditur, & in altum evehitur; hunc aliquando in pertusa pyxide conservavi vivum per aliquot hybernos menses, apponens lignum aridum & cariosum; Sed hybernis illis temporibus observare non potui, num eo vescat, quod quidem verisimile est, cum duobus dentibus aduncis sit instructum, ut reliqua Scarabæorum genera; his enim se coniungentibus sectum alimentum ori ingeritur: universum autem corpus exceptis cornibus longum duos digitos, latum minus uno.

Qui descriptum sequitur eiusdem generis, differt autem corporis universi colore, qui fuscus est ad castaneum vergens, cornua sunt tenuiora, longioribus constantia internodiis, sed tenuioribus, pectore multò minus caput, in quo oculi sunt satis conspi-

cui, siti in posteriore magis parte, nec ita distantes, & ad latera, ut in præcedenti, pectore quoque minore, ventreque longiori & nigra cauda insignito.

Succedunt *duo alii* sub eodem Caraborum genere referendi, minores, corpore nigerrimo: capite maiori, quàm pectore, quod linea quadam fusca à pectore separatur, alvo seu ventre figura ferè ovali, qui totus vaginis binis cooperitur, secus quàm in prædictis, pedum extremitas non usque adeò aspera, ut cuique obviæ rei adhærere possit.

Ultimus est Carabus dubius: nam eæ antennæ, quæ in aliis nodosæ erant, in his veluti Papilionum sunt quorundam plumatæ, toto corpore nigro, capitis ac pectoris magnitudo fere eadem, sed in pectore ab utraq; parte duæ appendices videntur nodulis aliquot constantes, quæ, cum pectus pedibus duobus destituatur, secus ac in multis aliis pedum vicem supplere putantur; pedum utique constitutio differentia est notabili; nam secundus eorum articulus, atq; tertius iisdem villis est, seu asperitatibus, & capillamentis, quibus sunt antennæ & descriptæ appendices pectoris; universi autem corporis ea est parvitate: qua in icone cernitur.

Quarta tabula duos tantummodò continet, quorum primus ad Caraborum quoque genera referendus, ac præcedenti tabula quarto loco descripta congener, dorso multis punctis protuberantibus resperso, alvoque caudata.

Secundus totus niger dentato capite absque cornibus nodosis, quorum loco duas antennas nigras æquales mediocriter longas habet.

Quinta tabula primus uvas cotrodit, toto corpore niger, exceptis pedibus vaginis & antennis, quæ sunt colore castaneo, antennæ in extremitate multifidæ sunt veluti scopæ, vaginæ ad finem alvi non pertingunt.

Alter ferè eiusdem generis caudatus, pectore & capite nigris viridè resplendentibus, vaginis non totam alvum circumdantibus colore casta-

neis, pedibus in extremitate magis rubentibus, item antennis eodem colore præditis, quæ cum in fine crassæ apparentur, ut fructus tenues & oblongi, æqualesque, parvo admodum pediculo capiti adnectuntur.

Insecta tria quæ subsequuntur, ad Cantharidum genera referuntur, quorum *primum* toto corpore nigrum exceptis vaginis, quæ miniacæ ferè totæ sunt. Nam linea nigra in principio latiuscula à medio vaginalium ambarum, qua parte sibi invicem cōtingunt, oritur & versus anum protenditur, finitque; antennæ sunt in eo longæ. *Secundum* capite, pectore, antennis, & duobus prioribus pedibus ferrugineo colore, reliquis membris colore nigris cœruleum ferè splendentibus, seu plumbeis. *Tertium* & *ultimum* pedibus antennisque nigris, reliquis membris miniacis.

Sexto loco ponitur Scarabæus vermiformis facie, toto corpore niger, duabus in ano appendicibus crassis, antennis proceris.

Septimus caudatus est, toto corpore ex cinereo ad castaneum vergente, pectore & vaginalium aurum splendentibus, antennis tenuissimis, oculis conspicuis à latere capitis collocatis.

In sexta tabula ordine primus ponitur Scarabæus fœtidus dictus, quod tetrum haberet odorem, in campis repertus, Scarabæo pilulari magis, quam alteri alicui insectorum similis, antennis est nigris geniculatis, in quarum extremitate duo sunt globuli seu pilæ, maculamque prope has habet ferruginei coloris, cæteræ partes omnes nigerrimæ, exceptis vaginalium, in quarum suprema parte quatuor apparent maculæ ferrugineæ; pedes erant in fine maximè ferrati & asperi, cauda annulosa, quam extendere & retrahere poterat. Dum tangitur, stridet, curritque velociter. Notandum in hoc eodem animalculo in parte inferna circa os vermiculum, aut exiguum animalculum extitisse, quod utrum ei naturaliter insit, an verò per accidens, adhuc me profectò latet: nam tamdiu, quam

apud me continui, semper apparuisse deprehendi.

Secundus & ille fœtidus, totus niger, minor, antennis ferratis & absque pilulis, pedum extremitate aspera.

Tertius serpentarius à nobis nominatus, non quod serpentis figuram referat, sed quod in occisi serpentis corpore, cuius carne vesceretur, deprehensus sit, pilulario minor, angustiorque corpore, capite nigro depresso, antennis nigris, parvis, quarum apices flavescunt, rostro bicornis, oculis emissitiis, pectore nigro scuti formi, vaginalium quadrangularibus brevibus (non enim totam alvum cooperiunt) nigris; quarum utraque duas in medio habet fascias luteas paululū ferratas, alvo valdè annulosa & circa extremitatem valdè pilosa: pedibus omnibus ferratis, quorum tamen anteriores in extremo articulo reliquis erant latiores, ut manus quodammodo imitentur, subtus verò flavescentes. Inter medios & posticos pedes colore est aureo, obversusque ea parte Soli splendorem emittebat: sed hunc colorem aureum pili quidam rufescentes efficere videbantur; In pectoris parte supina cruce erat notata, inter antennas macula obscure lutescente & triangulari: pars eius inferna multis pediculis scatebat.

Quartus è Pilulariorum fortè est genere: nam circa excrementa eum versantem deprehendi, brevi corpore & obeso, nigerrimo colore & reluctanti capite rotundo, & instar scuti militaris efformato, è cuius medio cornicula duo exierit breviora cum apicibus, & alias duas appendices his multò exiliores: Pectore item scuti formi, quod tamen in anteriori parte appendicem quandam protensam & acuminatam habet, ut tertium cornu referre videatur, vaginalium striatis, pedibus in fine ferratis & asperis: anteriores horum minus asperis, posteriores magis; ad latera pilis quibusdam rufescentibus vestitus, ani figura medii scuti figuram exprimit.

Quintus niger, parvo capite, antennis

his longioribus, nec pedibus asperis. Sextus aquaticus minor dictus, quod in aquis degat, corpore est nigro, lucido, ad viridem quodammodo accedente, pectore ac ventre lato, vaginis ventre maioribus, in medio ventre inter pedum exortum appendicem quandam habet, qua pedes à se invicem separari videantur.

Duo postremi minimi, dorso uterque variegato. Prior pectore scutiformi, ac capite rotundiusculo, duabus antennis exilib. insignito, dorso autem multis punctis seu granulis resperso, coloreque nigro. Posterior corpore magis rotundo & compacto, capiteque exiguo; antennis longioribus, dorso toto variegato, & colore magis nigro.

Postrema tabula primus est minimorum genere est, toto corpore nigerrimus, compactus, antennisque exiguis, vaginis universam alvum tegentibus.

Qui hunc ordine sequitur, maior, & corpore item nigro, magis oblongo, antennis longioribus, pedum extremitatibus minimè asperis, sed levibus & æqualibus, ut ad scandendum non usque ad eò aptus videatur, nisi eius parvitas has asperitudines cernere non sinat.

Tertius inter Scarabæos quoque à nobis relat9, quod cum eor. natura corporisque constitutione magis, quam cum aliorum conveniat, capite parvo, cuius articuli cum dorso aurei sunt, cæteræ partes nigerrimæ.

Quartus corpore universo niger, capite rotundo parvo, antennis mediocribus, pectore triplo maiori, vaginisque universum ventrem contegentibus.

Quintus est minimorum genere niger fere totus, præterquam in vaginis, in quibus aureus color, sed obscure videtur; capite rotundo, & exiguis valdè antennis, nec facile conspicuis.

Sextus totus niger, capite serrato & magno, pedibus ferratis & asperis, in fine bifidis, vaginis brevibus, nec alvum totam contegentibus.

Septimo loco positus est Gryllus potius: oblongo corpore, colore flavo, sed circum latera præsertim vaginarum nigris quibusdam maculis va-

riegato, antennis rectis, longis & nigro atque flavo colore distinctis.

Octavus supine depictus, capite rotundo & exiguo nigro, antennis parvis & tenuibus nigris cum pectore, quod maius capite est, pedibus item nigris, inferna ventris parte seu pronæ rubra.

Nonus totus niger & oblongus: capite minutissimo, antennis mediocribus acuminatis, pectore grandi, quod à ventre divisum longo interstitio & exiguo ligamento connexum: pedum ultimis articulis ferratis & asperis.

Decimus quoque niger excepto dorso, quod quodam argenteo splendore nitet, mixto scilicet cum nigro, capite est exiguo, exiguisque antennis, ventre paulatim versus inferiora gracilescente, pedum extremis particulis bifidis.

Ultimus & is exiguis antennis, totusque niger, minus gracili extrema parte alvi, inter minimos hic computandus.

CAPUT IV.

De Proscarabæo, & Scarabæis aquaticis.

QUEM Latini Proscarabæum dixerunt, illum Paracelsus Meloen, Agricola *pinguiculum*, Græci *ἀπικάνθαρον*, & *ἐλασιονάνθαρον*, vocant. Germani Majalem Scarabæum appellant. Corpus ei molle, è cæruleo obsoleto, cum splendore nigricans. Scapulis alæ duæ, vel potius alarum rudimenta innascuntur, celeritatis in gressu adjumentum. Circuli, dorso ventrisque fasciæ, viriduli in junioribus, in adultioribus, cærulei apparent. Agricola falsò quadrupedem facit: constat enim sex pedibus. Wier. ap. Clut. sic describit. Hic vermis, in capitis & colli circuitu colore purpuræ saturato aut violaceo annotatur; paulum scintillans, alæ delitescente viriditate tinctæ sunt; Sub alis atque in dorso ambitu circuli visuntur diverso colore imbuti, subinde viriditate micantes, subinde flavedine obscura distinctæ; venter

Montes. de
Insect. l. 6. 23

Clut. de E-
phem. p. 74.
Proscarabæus Wieri
supinus &
pronus, ap.
Montes. p. 103

atque pedes colore caput & collum repræsentant; in utroque latere ventris tres pedes continentur. Rostro a. incurvato aliis congenerib. & rostratis non ab similes. Vbi ætas tenerior est promiscuè cæruleo colore tinctiores censentur; excrescunt in duor. articulo. digiti longitudinem & unius crassitiem. Contritus fragrantia fundit. Foliis violar. & graminis tenelli præcipue vescitur. Rarè extra Majum conspicitur. Reliquis anni temporib. vel latet vel semine pillulis incluso, obit. In ericetis colligitur: solet & ex fossa herbacea rorida erui. Coeunt averfis caudis, scæmina, quæ maior & oris forcipati, quæq; levissimo attactu oleum fundit, trahentè marem, qui minor, & quasi exsuccus, ut retro reptare cogatur. Wieri supinus, (*vermem Majalem* vocat) ad faciem humanam maxime accedit. Alas longiores reliquis gerit, & cingulis plurib. corpus ambientib. distinguitur. Quem Edmundus Knivetus vidit, parvus & exsuccus erat. Habent in *Medicina* usum. In Ditmarsia filo circa collum appenduntur. Ibidem in Epidemico capitis dolore tres exsiccati & in pulverem redacti, in Cerevisia propinatur, ad sudandū per novem dies. Sed solemnis in arthritide vaga usus. Manib. eos tangere cum colliguntur, religio est. Numerus semper impar. prima vice unicus post ternos assumitur: quinque ad summum: in pulverem redacti, in cerevisia calida exhibentur. Maxima hinc primò ventris perturbatio, maximus & circa urinæ ductus dolor, ut cum morte confictari videantur: hinc vomitus, cardialgia, ardor urinæ, & similia. Serum tandem copiosum proliciunt, & aliquando restituntur. Paracels. in hydrope aqua ex dr. x. Meloum & sem. raph. unc. j. ab unc. ij. ad unc. iij. propinat. Destillati tumores oculor. tollunt. Pinguedo fissuras manuum sanat. Kegler. in oleo dulcissimo suffocatos, ad bubones & carbunculos comendat. Quid de *Scarabæo Culione* Marcellus scribat, vide apud Mousetum.

*Clutius l. 6.
p. 82.*

*Mouset. de
Inf. l. 1. c. 23.*

Scarabæum Aquaticum Mousetus ita describit. Scarabæos aquaticos Græ-

ci ἰδροναιδάρης appellant. Horum omnium ventres spadice infecti, dorsoque carbone notata, præter Anglicanum; In cujus icone si limbum scapulis totoque corpore ovali circumcurrentem leviter infuscaveris, atque oculos argenteos feceris, non est quod amplius expetas ad illius descriptionem. Sex quilibet pedes obtinuit, posteriores longitudine latitudineque cæteros vincentes, quibus pro remis internatandum utuntur. Sed elytris nigerrimis, membranæ latent alæ argento tinctæ, quibus noctu aquis egressi, celeriter convolant per aërè, quem interdum perrarò (forte nunquam) diverberant. Omnium v. minimi sunt illi, qui irrequieto motu huc illuc in aquæ superficie multi nullo ordine transcurrunt, & quasi collidunt, & aqua turbata vel se fundo immergunt, vel in riparum foraminib. abscondunt: Deinde v. mutis & tranquillis fluctib. iterum gestiunt. Christoph. Leußner. se Scarabæum in loco quodam invenisse scripsit ad Gesnerum, vaginaria (ut solent) crustula, cui quasi formicæ caput sublusteum, atque alæ multæ erant affixæ; ventre inferiore pinnæ spargebantur, caudis astacorum similes: quibus (ceu in aquis remiges) divagabantur. Cauda prominebat pro sua munitione exigua, sed in longissimas setas divisa. Ex aqua palustri in fontanam coniectus paucis interiectis diebus vita excessit.

CAPUT V.


De Tauro volante Brasiliensi, & ei congeneri.

TAuri volantis, seu Scarabæi platicerotis quatuor sunt apud Brasilienses species; *Enena* incolæ vocat.


*Marogr.
Hist. Bras.
l. 7. c. 2.*

Totius corpore *in primo* longitudo plus duorum digitorum Rhylandicor. crassities a. fere quatuor. Totum corpus splendide nigrū, sed pilis flavescens opertum, ita ut flavescens videatur. Sex habet pedes seu crura duos antè versus, duos ad latera fere extensos directe, & duos post se extensos, nigros omnes splendidosque & su-


Congener Tauri Volantis Bras.




Tambeiua



Bras.



Cantharides Maj. Cantbar. Mouf. Golt keffern
Maj. lat. Maj. lata






Cant. Major oblong



Maj. lata

Grüne Kefer. Spanische fliegen




Tab. 1

Cantharides



Aldrovandi



Tab. 2



Tab. 3



Buprestis Qualster Aldr.

Buprestis

Mouf.




Cicindela S. Iohannes Fliegen Mouf. Fem. Mar.

Coccio Mouf.



Blattae Motten Aldr.

Cicindela Nachtmücklein Aldr.



Forficula Mouf.

Blattae Motten Mouf.




Scorpio alatus

Bl. fatida. Supina.

Bl. Molendinaria pron.

Bl. Mollis





& superius raris pilis præditos; in quolibet autem pede tres unguis, cum parvulo digito, qui quasi tertius unguis: suntque crura variis denticulis armata. Vnius fere digiti intervallo à capitis initio (quod minimum) sectio est corporis. Capitale cornu habet magnum, & in extremo sectum, nigrum & splendidum, unum pene digitum longum: oculos nigros eminentes & propè illos duos cirrhos extentos, singulos tribus apicibus, qui in extremitatibus sunt fusci. Prima sectio corporis tricornis in summitate anteriori habens cornu protensum & paululum deorsum flexum, longitudine dentis humani: & utrinque ad latera unum, ejusdem magnitudinis. Alæ ejusdem coloris cum toto corpore, pilosæ ac duræ. Posterior sectio corporis inferius multas habet divisuras. Prior sectio superne magis rufescit pilis, posterior autem magis flavescit.

Alter paulum diversus à priori est.

In toto corpore superiori obscurè castanei seu nigricantis splendentis coloris, in infimo per totum castanei coloris splendidi. Totius corporis longitudo, duor. & semis digitor. crassities circiter quatuor. Corporis anterior sectio, unum digitum longa. Caput parvum: oculi nigri splendentes, non tñ. prominuli, ut in priori; propè oculos duos habet cirrhos ut prior: proxime caput cornu erectum & paululum versus posteriora reflexum semidigitum longum; & ad latera in sectione anteriori superius versus utrumque cornu crassum erectum, paulò brevius & obtusius quam prius illud. Alas habet ut alter & corpus ita conformatum: Crura sex trib. juncturis, & trib. digitis, & uno minimo pro quarto: media crurum pars inter secundam & tertiam juncturam aculeis pyramidalibus munita: integra autem crura sunt hirsuta pilis castanei coloris, uti & circa os ac in sectione corporis.

Tertius, rarissimæ est conformationis. Magnitudo illi eadem cum prioribus; crasso & rotundo ventre: crura habet sex, singula duab. juncturis constantia: anteriora autem quinque; processus acutos quasi digitos habent, quibus terram sodiendo citissimè sub

eam se ingerunt. Alas habet duas striatas, & in prima sui corporis sectione eminentiam sellæ formem, & ante illam foveam s. cavitatem subrotundam, avellanæ majoris capacè, in qua magnus numerus fœtuum vivorum visitur, coloris brunni & filamentis quibusdam in fovea annexorum, qui magnitudinem referebant femin. papaveris, sed Megascopio quilibet inditus magnitudinem ostendebat pisi, eratque omnibus numeris absolutus & cornutus ut parès. Caput semilunaris fere figure & compressum, cui cornu impositum, satis crassum & plus digito longum, erectum, sed in summitate paulum versus posteriora inclinatum. Pone cornu huius exortum, in quolibet latere oculus grani milii magnitud. rotundus, niger, splendens. Totum a. corpus, crura & alæ sunt insignis splendentis coloris, ex nigro, viridi, & aureo mixti; estque totum subtilissimis pilis vestitum. Validissimus est, nam scaturæ crassæ à me inclusus, ac latere cocto crasso imposito, nihilominus se semper exerebat, ut funiculis fuerit coercendus. Hirci pene odorem de se fundit.

Quartus. Crura habet sex, quatuor in posteriore, & duo in anteriore sectione corporis: pedes desinunt in duobus lunata cornicula: singulaque habent tenuius tenaculum. Anterior sectio digitum longa in cornua desinit duos & semis digitos longum, teres & paululum deorsum incurvatum, & duos habens veluti dentes versus posteriora. Inferius in antica parte corporis, sub exortu huius cornu, jungitur caput, parvum quidem sed & cornu habens sursum incurvatum, duos fere digitos longum, cum processu tripartito in ipso acumine. Oculos habet rotundos, nigros, splendentes femin. cannabini magnitudine, pone oculos a. duos processus coniformes, contortos, posterior sectio duos digitos est longa, atque alis crassis testæ, cum anterior sectio glabra & solida testæ tegatur, quæ & in cornu extenditur.

Tota a. anterior sectio cum cornibus, capite & cruribus, atque inferiore ventre, nigri & splendentis est coloris, & superius seu longum cornu, versus inferiora,

feriora, villosis pilis, obscure flavis sive luteis vestitur, ita ut ad tactum holosericum referat. Iunctura ad caput quoque villosa; crura a. & infimus venter brevioribus vestitur pilis obscure flavis. Alæ exteriores constant testa colore fructus olivar. cui obscure flavum admixtum, & variegantur sparsim punctulis fuscis. Cornua illa duo magna coniungere potest & illis aliquid tenere.

Marcgr.
Hist. Bras.
l. 7. c. 10.

Congener Tauri volantis Brasiliensis, corpus habet bissectum, cuius anterior pars tertiam partem digiti longa, posterior paulo plus duob. digitis. Caput habet quasi quadratū & duos forcipes exsertos pro dentib. oculos magnos prominulos ellipticos: duos cirrhos ante oculos, in exortu latiusculos, hinc angustiores plus duob. digitis longos, novem iuncturis constantes: crura sex, duo in anteriori sectione, quatuor in posteriori quodlibet duos digitos longum, trib. iuncturis constantes, pedes latiusculos, & in extremitate duos ungues adūcos. Anterior sectio ad latera definit in quatuor aculeos, testa nimirum qua tegitur: posterior quatuor habet alas tenues, duabus testaceis testas. Totum corpus superius obscure est flavescens, seu lignei coloris; caput, oculi, cirrhi, forcipes, crura, inferius corpus splendide nigra & venter prætereacana lanugine obductus.

Marcgr.
Hist. Bras.
l. 7. c. 8.

Hiscæ Colophonem imponat *Tambeiva*, insectum testudine terrestrem non male referens, mediocri avellanæ magnitudine; alæ, nimirum exteriores duæ testaceæ, figura ut clypeus testudinis: anterior sectio corporis testa coloris splendidi quasi aurum viridi colore tinctum transplēderet: in ambitu a. testæ coloris est splendentis instar rubro tincti. Duo cornicula ad quodlibet latus obliq; extensa. Crura habet sex nitentia ut aurum quod elegantissimo rubro transplendet. Corpus inferius eiusdem splendoris. Tarde incedit nec facile avolat.

Nieremb.
Hist. Nat.
Exot. l. 13.
c. 20.

Facit denique quorundam Scarabæor. Indicor. mentionem Nieremburgius; quorum cornua derasa, &

in aqua sumpta, venerem mirificè excitare ajunt.

CAPUT VI.

De Cantharide.

Nomen quod insectum istud apud Græcos habet, ap. Latinos quoque obtinuit. Variegata *κετωνιας* dicitur, quod in modum testudinis compuncta, & variis maculis conspersa sit. Plinius omnes *parvos scarabæos* vocat.

Descriptiones in Differentiis adferemus. Qui *παχύλωσ* eas describunt, alii vespæ similem, sed corpore longiorem faciunt: alii vermem terrestrem, coloris viridis, auri colore superlucentem: nonnulli insectum oblongum parvum aurei coloris. Quidam denique animalculum parvum, varium, luteis lineis, quas in pennis transversas habet, promissio corpore, blattarum modo præpinguem.

Occurrunt in Italia & aliis regionibus, in quibus frumentis, rosas, fraxinis, & oleastris insident. Nec tamen omnia ubiq; genera occurrunt. Nam in Belgio, & ultra ejus ad Septentrionalem plagam provincias, ea quæ in frumento inveniuntur, reperiri, Aldrovandus negat.

Arborum foliis & fruticum quorundam floribus ut & frumento, vitant. Vnde *κανθαριδων σιτηφάγος*, Nicander meminit. Noctu in unum diem congregant, & mutuis auxiliis, formicar. instar, conservantur. Die per totum locum volare Vincentius prodidit. Ex putrescente humido sicco, oriuntur, seu humore foliis insidente, in summis fraxini ramis, ficubus, pyris, pinis, populis, & Cynantha. Ex erucis illarum arborum gigni, Aristoteles prodidit; & Plinius expressè. Cantharides nascuntur ex vermiculo in spongia, maximè cynorhodi, quæ fit in caule, sed fecundissimè in fraxino: cæteræ in alba rosa.

Coeunt tamen & quidem tardo motu generantque vermiculum. Peritificus, si in ea prodierint. *Olfaetu* picem liquidam referunt, gustu Cedrum,

Nomen.

Descriptiones

Locus.

Aldr. Hist. Ins. l. 4. c. 4.

Vitæ.

Elia. H. A. l. 9. c. 39.

Generatio

Theophr. de Caus. plant. l. 5. c. 13.

Cedrum, ut Nicander prodidit. Calidissimæ sunt & siccissimæ. Ideò corpus adurunt, erodunt, & exulcerant.

Inter venena reponuntur, perii-
sequæ illis assumptis, Caium Carbonem, Pyrrhum, tertium ab eo qui cum Romanis bellum gessit, Cossinum ita-
amicitia Neronis notum, proditur. Adde & Abbatem illum, cui scortillum, ut in amore detineret, condimentum pulvere catharidum aspersum apposuerat, ut apud Paræum habetur. Catoni denique Uticensi objectæ sunt, ceu venenum vendidisset in auctione regia, quod eas festertis LX. addixerat. Largius si bibantur, vel diutius extra hæreant, dolorem in visceribus qui ab ore ad penem extenditur excitant; vesicam ulcerant, penem & vicinas ei partes inflammant: sanguinis & carnis mictum; sæpè diarrhæam, dysenteriam, syncope, mentis alienationem etiam cõcitant. In ore sapor picis sentitur. In capite quidam & pedibus venenum hæere iudicant: negant alii. Variis malum impugnatur remediis. Lac humanum ab ubere sumptum, caprinum, bubulum, singulis horis exhibitum, clysteres ex jure pingui cum oleis emollientibus, quos nitrum ex hydromelite non malè excipiet. Oleum liliorum, amygdalinum recens ex ovo forbili, Samium, ænanthinum, & quæ Lycus Neapolitanus pro antidoto posuit, portulaca, vehementer laudantur; Oleum verò cydoniorum certissima huius morbi Theriaca est. Nec fraudari sua laude debent, acetum scilliticum, terra samia, lutum Armenium, quod vi emplastica erosionem prohibet. His quidam theriacam & Mithridatium, quæ tamen refrigerantibus & erosioni resistentibus, doloremque levantibus, castigari debent, adiiciunt. Nec vomitionum obliviscendum est. Ideo à Dioscoride imperantur.

Circumspectè in Medicinâ adhibeantur necesse est. Vesicæ enim ita sunt infestæ, ut quidam, manu duntaxat detentas, sanguineam urinam prolificere credant. Montagnana cer-

te cum alteri genuum applicatæ fuissent, quinque sanguinis per urinam libras eduxisse scribit. Cautè agetur, si mensuræ, medicamenti, & ægri habita fuerit ratio. Tria vel quatuor præbentur intus granæ; exterius, majore copia opus est. Calidiores ægerimè ferunt; destituti viribus aut viscerum scirrho affecti planè non. Ipsæ cantharides, abiectis alis, capite & cauda à quibusdam exhibentur, quod & Hippocrati in usu. Audax qui has partes abiecto corpore adhibuit Medicus, mortis in uno & altero hydro-pico causa erat. Nonnulli tamen totis utuntur, quod & Galenus fecit. Alæ reliquæ remedium. Vnde Plinius. Alæ medentur, quibus demptis lethale est; nisi forte mutilatus sit locus. De cætero, ad urinam ciendam, lichenes tollendos, verrucas, faciei pustulas, scabiem, podagram, mensium suppressionem, scæminarum sterilitatem, uteri strangulatus, quartanam, &c. adhibentur. Scapulis vel brachio appositæ potenter urinam provocant. Excoriatorium lichenum Pamphili, quo Romæ usus est, dum mentagra morbus grassaretur, Cantharidas recipit. In quartana telæ aranearum involute, de collo ægri suspenduntur. Reliqua in Aldrovando vide. Venerem excitare notorium est. In gravissima symptomata, & penis distentionem perpetuam incidunt, qui incautius propinatas haufere. Formulas passim apud Medicos invenies. Viperas si domi in vitreo vase alere volueris, cantharidibus ciba. Suffitu stercoris bubuli cum galbano, à frugibus depelluntur.

Mouset. in majores & exiguas distinguit. Maiorum alæ sunt, ut verbis eius utar, oblongo corpore crassæ, ex tritico collectæ, ac Blattarum more pingues, variæ aureis lineis, quas in penis transversas obtinent (atque hæ in medicina potissimæ habentur) alæ minutiores, macilentæ, latæ, pilosæ, interiores dictæ; & ad medicos usus inutiliores. Maiorum quoque non omnes ex viridi radiantibus videris, sed alias item ex Xelampelino; inexplcabilis omnes splendoris, & colore oculis

Galen. l. de vict. rat. in acutis.

Galen l. 11. Med. simpl.

Plin. H. N. l. 11. c. 35.

Differentia. Mouf. Theriatri Insecti l. 1. c. 201

Nocum-
mentum.
Cic. ad Pa-
sum l. 9.
Epist.
Plin. H. N.
l. 9. c. 4.

Plin. H. N.
l. 29. c. 4.

Galen. l. de
Ther. ad
Pison. de
Tem. l. 3. c. 3
Nicand. in
Alexiphar.

Plin. H. N.
l. 20. c. 13.

Plin. H. N.
l. 23. c. 2. c. 4.
l. 28. c. 10

Vfus.

oculis gratissimo donatæ. *Parvum* genus Cantharidum Thomas Decatq̄us primus mihi communicavit; forma nonnihil & mole dispares videntur; sed virtute Cantharidea & ortu consentiunt. Harum (scil. minorum) *prima* corpore, & capite oblongo est, & forcipato, oculis nigerrimis prominentibus, antennis longis atque nigris, alis circa medios lumbos extuberantibus, quæ duobus punctis argenteis, & maculis paucis albis notantur: in Cicutaria herba per æstatem plerumque reperitur, pedes habet & crura, gracilia admodum atq; longa, purpurascete minio ornata. *Secunda* eiusdem cum prima coloris est, nisi quod antennæ oculique virides videntur. Caput huic exiguum, scapulæ globosæ, atque gibbosæ. *Tertia* caput & scapulæ confunduntur, coloris æruginosi, sed ocelluli picem referunt nigerrimam: alas habet capiti concolores, sed striis quibusdam aureis micantes: pedes item piceos & breves. *Quarta* tertiam æmulatur, sed herbaceo potius colore est, quam æruginoso; aliàs præter magnitudinem (quippe omnium minima est) non differt.

Aldrovandus quinque tabulis easdem repræsentat.

Prima tabula primo loco depingitur Cantharis è maximarum genere, colore viridi, atque aurum lucente in rosa aperta.

Secundo prolixiori corpore, lineis luteis, in capite, pectore ac dorso, antennis longiusculis ac nodosis, luteis, ut etiam pedib. in rosa ex eruca nata, in qua & *tertiam* reperi rotundo corpore nigro & piloso, violarum speciem existimo.

Quarto ac quinto loco est Cantharis rotunda seu Viola nigra prona & supina, obscuris in vaginis punctis albicantibus & rarioribus, in alvi vero parte prona quatuor lineis parvis & albis eiusdem generis, & ea est, *que hanc sequitur*, nisi quod punctula illa alba, quæ in priori rariora erant, magis sint frequentia & conspicua.

Septimo loco est araneus, quem exactius suo loco describemus.

Proxima huic cantharis oblonga capite ac pectore nigra, duabus antennis satis conspicuis, in extremitate pilulam habentibus, pedibus item nigris, vaginis rubro & nigro colore transversim macularis.

Eadem sequenti pictura expansis alis ostenditur, ut alvus, quæ tota rubra est, exactè videri possit.

Decimo loco est Cantharis alia fusco colore, seu potius subcinereo ad obscurum tendente antennis longis.

Vndecimo colore nigriore multò, antennis nonnihil nodosis & in fine obtusis.

Duodecimum locum negligenter Culex occupavit, longis alis & antennis, rubicundis pedibus.

Postremo est Cantharis tota viridis, & in vaginis colore mixto aureo, pedibus nigris.

Secunda tabula prima est viridis, antennis longiusculis, è mediocrium genere, oblongo corpore. *Secunda* inter minimas numeranda, tota cœrulea. *Tertia* inter fabas reperta, prædicta paulò maior, tenuibus antennis, lineis in vaginis transversalibus nigris, reliquo corpore nigro. *Quarto & quinto numero* notatur Scarabæus *χλωρόχενος*, live colore viridi in supina parte, qui soli expositus aureum fulgorem edit, ut in aliis quibusdam Cantharidibus, tamen inter Scarabæorum genera referendus; forte erit Scarabæus viridis Plinii, quem ait suo jucundo aspectu contuentium visum exacuere. Prona parte niger totus, antennis exiguis.

Sexta est Cantharis parva pectore nigro, antennisque exiguis, vaginis subaureis, recteq; ob parvitatem describi nequit. *Postrema* è Violarum, seu rotundarum Cantharidum specie, capite nigro & pectore, antennis longiusculis, vaginis rubris, pedibus in fine nonnihil divisis & rubris. Melancephalon appellavi.

In tertia tabula primo loco ostenditur Cantharis omnium minima cœrulea. *Secundo* Longicolla dicta paulò minor Vespa, toto corpore nigro, rostro seu collo protenso, cui utrinque duæ insunt antennæ.

Tertio minima colore aureo & viridi.

Quarto numero notata, est capite, antennis ac pedibus nigris, vaginis luteis, quibus sex nigra, rotundaque insunt punctula, bina superiori parte, quæ caput proximè contingunt, reliqua in parte extrema versus alvū per transversum ex ordine posita. Hanc *alia* sequitur latiori corpore atro, capite & pedibus lutescentibus vaginis obscurè, longiusculis antennis.

Sexto loco ponitur Musca viridis, antennis longis, inter Muscarum genera referenda.

Septimo & octavo duæ exiguæ, prior cœrulea tota, altera cinerea.

Octava oblonga corpore, capite, pectore, antennis ac pedibus nigris; vaginis rubris.

Nonus numerus significat convolvulum, ⁱⁿ Græcis Ταλιadizzo vulgo apud Italos agricolas, corpore cœruleo, pedibus obscurè lutescentibus in viterepertum, ac folia ejus depopulantem; nascitur hic ex ovis Bombicum, ovis similibus magnitudine, colore rubicundis, hic cum parere vult, multa cumulat, convolvitq; folia (unde forte à Latinis id nominis datum) atque in his sua ova reponit.

Sequens numerus aliam ejus speciem cœruleam continet.

Duodecimus Cantharidem nigram duabus maculis fuscis, nigris in vaginis distinctam. Minima & è viridi aurea *decima tertia* est. *Hanc sequitur* nigra semicirculis mineaceis in crustis insignita. *Postrema* mineaceis vaginis, sed nigro maculatis, pedibus antennis, ac capite nigris.

Quæ in *quarta tabula* proponuntur, omnes ferè sunt cantharides rotundæ, violæ dictæ à nobis nomine & idiomate Italico, è quarum numero prima est lato corpore ac pedibus nigris, quos extendit in utraque latera cancri marini aut Paguri modo: capite nigro, antennis ejusdem coloris longis in fine obtusis, vaginis rubris, quatuor maculis nigris rotundis æquè à se invicem distantibus, quadratæ figuræ modo.

Secundo loco Culex idem, quem prima in tabula numero duodecimo exhibuimus, hunc eximere sumus veriti, ne notas numerorum atq; ordinem depictorum interturbarem, quemadmodum & eum, qui hunc ex ordine succedit, numero undecimo primæ tabulæ delineatum & ibidem descriptum.

Sequuntur *Coleoptera duo*, quorum primum fuscum corpore, alterum viride, & usque ad eò exiguum, ut ad aliquod genus rectè referri non possit, nos inter Cantharides retulimus.

Sexto loco datur Viola colore rubra, maculis nigris insignita.

Septimo & octavo eadem, sed nigra utraque, quarum prior linea rubra cingitur.

Nona est ex prædictorum genere, rubro nigroque colore varia.

Alia decimo numero notatur rubra duobus punctis aspersa nigris.

Undecimo & duodecimo pectore sunt nigro albis punctis maculato, vaginis luteis, maculis nigris aspersis.

Quinta & ultima tabula quatuor continet violas, quarum *prima* est minima punctis albis ornata. *Secunda* magna, nigro & aureo varia, triangulo in lineas dissecto nigras, dorso pulchra. *Tertia* nigra quinque aureis notis ornata. *Ultima* exigua cinnabari colore tincta.

Est & in India genus Teocuilin cantharidum parvarum, rubricapitis, pectoris smaragdini, & reliqui corporis fulvidi. Ajunt, lepræ illitas, atque confricatas, mederi. Vivunt apud Hocitalpenses. Est autem Teocuilin vermis igneus, & ab igne aut urente naturâ impostum est insecto huic nomen.

*Nieremb.
lib. 13. c. 172.*



CAPUT VII.

De Bupreste, & Ipe.

Nomen.

Veget. ve-
ier. l. 3. c. 15.Aldrov.
Hist. In-
sect. 4. c. 6.Moufet.
Theatri In-
sect. l. 1. c. 19Moufet. l.
c. p. 142.

QUEM Ardoinus Buprestem vocat, is Vegetio, *Vulpestris* & *Bulpestris*, Sylvatico, *Bustasaris*, *Bublistes*, & *Bubestis* vocatur. Græcis $\beta\upsilon\pi\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$, Nicandro $\beta\upsilon\delta\acute{\alpha}\nu\eta\varsigma$, & $\beta\upsilon\beta\omega\upsilon\sigma\tau\eta\varsigma$, dicitur: quanquam fortè hæc pro araneola illa ruberrima boves mordente sumi possit, quæ devorata eadem cum Bupresti Symptomata inferat. Bupresti verò, nomen $\omega\sigma\tau\eta\tau\acute{o}\ \pi\epsilon\tau\eta\sigma\tau\eta\varsigma\ \beta\upsilon\sigma\tau\eta\varsigma$, quod boves rumpat; seu $\omega\sigma\tau\eta\tau\acute{o}\ \pi\iota\mu\pi\epsilon\alpha\sigma\tau\eta\varsigma$, quod incendat, impositum est. Primò enim per summam acrimoniam intestina inflammantur, mox tumor, febris, & tympanites ingruunt: tandem membranis ruptis, crepunt pecudes mediæ.

Descriptio

Difficulus describi potest. Nam & apud veteres altum de ea silèrium. Scarabæo longipedi similem, & in Italia raram scripsit duntaxat Plinius; in Lybia frequentem Lucianus. Ideò nondum se veram Buprestem reperisse reliquit Aldrovandus. At Pen-nius veram se in agro Heidelbergensi invenisse gloriatur. Ex Cantharidum genere, esse dicit, quod & apud Galenum, Aërium, Aeginetam, Phavorinum & Avicennam habemus, sed oblongiore corpore. *Elytrum* exterius aurum imitatur. *Caput* est parvum, *Os* patulum, durum, robustum, forcipatum, dentatum: *Oculi* globosi & prominentes. Ex fronte duo oblonga & articulata cornua. *Venter* in longum productus. Bellonio in descriptione montis Athos, est bestiola aligera, Cantharidi similis, sed major, colore flavo seu luteo. Vifa & altera Buprestis vera, corpore paulò breviorè, & circa ventrem latiorè; caudâ magis acuta; capite parvo, oculis prominentibus, ore hiatulo; & forcipatio; *elytra* secundum longitudinem striata, colore saturata gramineo, ex auro splendente, ut Moufetus habet. Addit idem, crura pro corporis mole longiuscula tantum sex

habere, (malè Grevinus & Mathio-lus octo ponunt) eaque nigricantia; cornua prioris cornibus duplo minorâ & subtiliora, &c.

Rarò in Italia reperiri scripsit Plinius: frequentior tamen nunc.

Vescitur muscis, erucis, lacertis, lumbricis, & aliis insectis. Araneum etiam interficit. Morticina non tangit, & ubi se interfectis implevit, reliquum ad cavernas trahit. Nitrosi est saporis, fœtoris vix tolerandi. Tam exquisiti veneni, ut infectas cõtagio herbas, pecudes, si, depascantur, intereant. Intus sumptum, corporis tumor, flatuum inter cutem & carnem copia, labiorum livor, sapor in ore virosus insequuntur: ne de urinæ suppressione, ventriculi & intestinorum dolore, quicquam dicam. Hinc benè capitis ejus propinatores tenentur.

Remedio sunt, aphronitrum cum aqua; lac muliebri eomammis affatim extractum; urina muliebri epota & vomitu reddita; pyrorum sylvestrium omnia genera; quæ tamen corpore tumido exhiberi non debent: Cantharidum alæ & pedes, si quibusdam credimus. Reliqua apud Dioscoridem vide. Bos vel equus si comederint, infiantur, stercorea minutim & frequenter reddunt, & cibum averfantur. A cursu & venæ in palato sectione remedium. Quidam oleum naribus infundunt. Plura apud Aldrovandum habes.

Usus nihilominus in Medicina invenere, si Cantharidum instar præparentur. Dioscorides eas super cribrum ferventi cinere torret, Galenus aceto macerat, Hippocrates capita, alas, & pedes abiicit. Cum sevo hircino, septicâ vi, lichenas tollunt; ut Plinius prodidit. In desperatis mensibus, cum duplo ficus pulpæ, ab Hippocrate supponitur; ne de uteri scirrhus & suffocatione, aut molæ ejectione quicquam addam.

Quantum ad *Differentias* Moufetus duas *Scaraboides* describit, alteram ex auro virescentem, alteram ex flavo nigricantem. Illa priori major, alæ externæ auro saturato lineatim ducto

Grevin. de
venenis,
l. 2. c. 11.

Locus.

Victus.

Venenum.

Ælian. H.
A. 6. c. 35.
Remediũ.Galen. l. 1.
τὸ π.
cap. 1.
Differētiz

ducto illitæ, & pauxillo viridi (verba ejus sunt) adumbratæ: Inter lineas umbones concavi, eleganter sculpti, affurgunt. *Alteram* à Jacobo Quickelbergio ex agro Viennensi accepit. Lonicerus, Cornarius, & Cordus propter factoris magnitudinem Cimicem sylvestrem pro Bupreste sumferunt. Aldrovandus tres proponit. *Prima* in arvis deprehensa, rictu satis magno, coloris candidi, in interna parte serrato; supra cujus duo cornicula, quibus constat, aliud corpus habetur candidum similiter; in ipso rictu appendices illi quatuor breves, & pilosi, quibus videtur primum gustare cibum antequam in os sumat. Capite est obscure viridi, item dorso, & vaginis, quarum utraq; maculam habet rotundam, albamque. Antennis longis. Lineam quam utraq; vaginæ, cum in alvi medio junguntur, constituunt, ænei coloris, sub alis viridis, ut elegantiore colore vix intueri quispiam posset, pedibus longiusculis pilosis, colore non semper uno, sed prout foli obvertuntur, ita nunc colorem viridem, nunc æneum referentibus, plus tamen ænei participantibus. Color qui supina est parte nullum colorem de se fundit: in parte pronâ omnia eleganter micare conspiciuntur. *Secunda* superiori similis, colore tamen differt, qui in toto (exceptis pedibus, qui flavi sunt) niger est, & hæc quoq; in arvis reperta. *Tertia* est Jacobi Grevini, quam quatuor pedibus ab utroque latere depinxit, colore viridi. Similem depinxit Matthiolus in suis ad Dioscoridem Commentarijs. Sed cum ibidem eam non describat, dubito num eam velit esse Cantharidem, quibus in Medicina utendum est, an Buprestem.

Ips Plauto est *involutulus*, Italis rusticis *Tagliadizzo*. Proprium ejus in vitibus versari, easque ut & cornua arrodere. Hinc ab *ἴπλω*, id est *βλάπλω* nocco, nomen accepit. Qui Serpentis genus esse putant, ab Hermolao redarguuntur.

CAPUT VIII.

De Cucujo.

Insectum Indis familiare Cucujus, seu Coccojus, & ex Scarabæorum genere esse videtur. Septuplo cicindela nostrate volante major est, digiti minimi crassitudine, duarum unciarum longitudine. Haud pauci cervinos scarabæos æquant. Vespertilionibus paulò minores ex Petro Martyre Nierembergii dicitur. *Corpus* duodecim incisuris ornatum, ex cinereo parum nigricans. *Caput* est longum, cujus anteriori parti nigra superius quasi in medio, triangularis macula insidet; breves antennæ; *Oculi* grandes, juxta cornicula prominuli & nigri, prope os locantur, reliquum caput coloris est spadicei ferè, exceptis duob. clavis prope *collum* aureis, è quibus *radij* splendentes, in volatu præsertim, atque alis expansis, insigni fulgore exeunt. *Pedes* sex nigri à corpore exeunt. *Elytra* quibus alæ teguntur, colore ferè castaneo videntur. Icones ex Mouseto apposui. Hic à Candido, pictore peritissimo, qui eas in Hispaniola & Virginia, observavit, accepit.

Lucere noctu nemo dubitat: quæ parte non convenit. Oculis dumtaxat radiare quidam prodidere. Unde Mouseto *κεφαλόλαμπς* dicitur. Quatuor lucidissima specula habere, Nierembergii; in oculorum sede duo, in ilibus sub vagina læticia duo: quæ tunc ostendit, quando more scarabæi evaginatis tenuibus alis, ærem captat. Navigatores oculis & clunibus eandem adscribunt. Alii visceribus & cuti ventris diaphanæ. Nullum aliud olim Indis sive domi sive foris lumen. Noctu gradiuntur duobus ad pollicem pedis allegatis: gestant & manu unum, dum *Vtias*, seu cuniculorum genus murem magnitudine superans, venantur. Tatum id, ut quivis in cubiculo legere, scribere, & necessaria peragere possit. Imminuitur, dum fatiscunt; post

mortem, evanescit. Quare vix credi potest, formari ex eo pastam, quæ ad faciem & pectus attrita, lucere ea faciat. Candisio & Dudlejo, cum ad Indiæ littora appulissent, imposuisse Moufetus ex itinerariis Anglorum author est.

Captura.

Nieremb.
H. N. 13. c. 3

Quomodo capiantur, & culices, quorū gratiā captura instituitur, capient, Nierembergus ex Martyre perdidit. Primo noctis crepusculo exit domo cucujorum indigus, titionem manu gestat ignitum, tumulum unde queat à cucuijs prospici, ascendit vicinum, elatis vocib. cucujum appellando, circumrotat titionem, cucuje, cucuje inclamitando, aërem obtundit. Ad vocantis reboatum simplices putant nonnulli, cucujos, eo delectatos strepitu, convolare: veniunt namque properanti ac præcipiti accessu. Ego vero accurrere arbitror ad titionis fulgorem cucujos, quod ad lucem quamcunq; agmina culicum advolent, quibus cucuij vescuntur in aëre ipso, uti cipfelli & hircundines. En cucujorum numerū optatum, titionem venator manu projicit. Titionē aliquando sequitur cucujus aliquis, & solo se dimittit: captus facilis tunc est: uti scarabæum ambulantem vaginā clausā, licet viatoribus si quis eo indigeret, carpere. Negant alii hoc pacto solere capi cucujos, imo aiunt paratos habere venatores frondosos maximè ramos aut latā lineam, quibus alto circumvolantem percutiunt cucujum, in terramq; impellunt, ubi jacens torpescit, & capi se patitur; vel, ut alii dicunt, secuti volucris lapsum frondoso eodem ramo, vel linteo projecto super eum, prædam assequuntur. Ut cumque sit, venator venatore cucujo apprehenso, domum revertitur. Ostiolo domus clauso, prædam solvit. Totam circuit præcipite volatu domū quæritando cucujus culices, sub lectis pensilibus, & circum facies dormientium, quas implere culices assueverunt. Custodum officio, ut quiescere queant inclusi, fungi videntur.

Moufet. l. c.

Sunt & aliæ ibidem bestiolæ, volantes quæ noctu lucent, sed nostris

multò majores, & lucem etiam majorem emittentes. Lucent enim ad eo clarè, ut qui itinera constituunt, capitibus & pedibus, has cicindelas arte quadam pendulas vivas figant. Sic enim de longinquo oculis facile percipiuntur, & ideo rei veritatem ignorantes attonitos reddunt. Mulieres non alia luce ad negotia sua peragenda in ædibus noctu utuntur.

CAPUT IX.

De Cicindela.

PLura hoc insectum tã apud Græcos quàm apud Latinos accepit nomina. Græcis enim dicitur λαμπυρίς, Aldr. Hist. λαμπυρίς, πυρολαμπις, & κισολαμπις, Aristoteli βόσρυχ, Suidæ πυρολαμπις, Hesychio πυρολαμπις: vel potius πυρολαμπις, igniclonis & luciclonis. Aliis λαμπιδών, & Σπίντης metaphoricè, μυκήτης Aristophanis quidam Cicindelas exponunt. Male φάλανα dicitur, κάθαρις verò vocabulū mari competit. Apud Latinos invenies appellari *Cicindelam* & *Cicindelā*, quod candorē cieat, *Noctilucam*, *Nitidulam*, *Noctuvigilā*, *Lucionem*, *Luculā*, *Luciolam*, *Flammidem*, *Venerem*, (Levinus vetustissimus author, sic vocavit,) *Lucernutā*, *Incendulā*, ut ex Cicerone, Plinio, Scopa, Agricola, Varone, Festo, Plauto, Scaligero, Turnebo, & aliis videre est.

Descriptionē in Differentiis vide. Nul- **Locus.**
libi in hyeme apparēt. Mensib. Aprilis, Maii, Junii, & autumnō, quo rarò volant, in pratis vesperi cernuntur. Plinius, ideò, ante matura pabula aut post discessum conspicuas dixit.

De Generatione dissentiunt authores. **Generatio**
Baptista Porta è rore nasci putat: apud **Porta Phys.**
Hesychiū aliquid de stupa φρύγανα **1079. c. 3.**
legitur. Crediderim locū generationis innui. Arist. non volantes, ex erucis non magnis, densis, nigris, hirsutis **Arist. H. A. 5. c. 19.**
procreari scripsit: ex his pennatas, oriri. An βόσρυχ dicatur, & utrum hæc **Moufet. Theatri Insect. c. 15.**
ex pennatis oriantur, non facile dixerim. Ephesus sanè Græcus, τὰς βόσρυχας à cicindelis prodire, & rusticis *Ciccas* ac *Platas* vocari (Ricinosis Niphus vertit) reliquit. Cardan⁹ ex genere Crabronum oriri voluit. Primus Scaliger, **Scaliger. Ex. 19.**
scæmi-

fœminã cū suo mare in coitu deprehendit. Mas, ne contactus quidē defuit: postero die in meridie solutus obiit. Ab ea hora sub vesperam usq; multa ova edidit fœmella: quæ intra viginti horas vivificata abiere. Idem Guil. Bruerus Anglus observavit, ut apud Moufetū habetur. In eo à Scilig. erratum, q; ova benè nō observaverit. Aristotelis opinioni Merula favet. Observavit is vermes noctu splendentes pilosos, tã in forō Lebetiorum in fossis herbidis & aquis carentibus; q̄ in lacunis circa Viglevanum, quod veteres; Vergeminum appellabant. Diu in coitu hærere, solutas parere citò, Aristoteles, tradit.

Ad Naturam ipsarum pertinet, noctu lucere: quod tamen non omnibus competit. Mares n. in Vasconia, teste Scilig. non lucent, sed fœminæ quæ vermes. In Italia & agro Heydelbergensi fœminæ omnes sunt ἀλάμπητοι. mares lucigeri. Exit utrinq; à lateribus & clunib. fulgor, si hient & efferantur: Cōpressis totalux obscuratur. Fulgorē igni similem alarum compressu tegi, secumq; lucem & noctem habere, dixit Plin. Non ante crepusculum vespertinum conspici, hinc Plinio, stellantes volatus, & terrestres stellas, apud Politianū habemus. Innoxie sunt: nec morsu nec punctione impetunt. Ad candelas frequenter & avidè advolare, prodidere nonnulli.

Liquorem ex Cicindelis fieri posse, seu ipsis per se sumptis, seu cum ligno salicis putrido, felle canis & albumine ovi commistis, qui noctu resplendeat, docuit Vitalis, & Cardan^o: Quomodo destillari debeat, Weckerus & Mizaldus. Ridet hæc Sciliger, & lucē hosce de cœlo deductã, in materia, tanquam in tritemem captivum remigem imponere, atque in cæteris habere velle videri, tam verè quàm facete, ait. Sanè, bestiola mortua, aliquot post horis, pars illa albidã, ac in tenebris splendens, lucem omnem amittit. Vitro lucidò cum gramine inclusas impennes, lucem per duodecem dies de se largiri, si recens semper injiciatur gramen, ipsæ

libero fruuntur aëre, cōcedere Moufetus viderur. Sed illam fatifcentibus imminui, mortuis planè evanescere addit. Quid Ardenus Anglus fecerit, apud eundem vide.

Duplices sunt, pennatæ nempe, & impennes: quarum istæ, ad eò clarum noctu splendorem emittunt, ut ad illum majusculæ literæ legi possint. Utrasq; in *Masculos* & *Fœmellas* Moufetus distinguit. Masculus (verba ejus sunt) animalculum est pusillum, volucre, quatuor alis, quarum exteriores coriaceæ, interiores membranæ, colore argenteo, translucidæ. Corpore est oblongo parum cōpressæ et latiusculò, quinq; incisuris prædito, ut pro lubitu extendi & contrahi possit. Corpus extensum, alis longius videtur; contractum brevius: Caput latum, fuscum, compressum ad cuculli formam fabricatum. Cornicula duo è media fronte tanquam ex uno centro exeunt, juxta quæ antè caput parum extuberat. Non procul ab antennarum exortu minutissimus utrinque globulus niger apparet, Gagatis splendore nitidus, qui oculorum vicem supplet.

Caput collo corporique brevissimo coniunctum est, colore ex fusco nigricante: pedes sex pectori juxta caput affixi, quorum posteriores & crura, juxta subluteo sunt colore, reliquæ pedum partes nigricant. Tardius & gressu quasi composito proreptat; pectus parum extuberat; corpus juxta incisuras albicat, juxta caudam duas habet maculas; utrinque unam, ad lunæ crescentis formam: ex quibus noctu splendor emicat pellucidus, sulphuris accensi æmulus, ut scintillas lucidissimas per aërem volare crederes: hîc nunquam in Anglia apparet, vel saltem si hic degat, non tamen lucet. Cicindela Europæa fœmina, tardigradum est animalculum, alis carens, duos plerumque digitos transversos longa, (licet in Vasconia longè maiores longioresq; luctartas ibidem dictas vidit Josephus Scaliger) eruçæ magnitudinis mediocris, cui ferè est similis.

Merula
obs. 3. c. 61.

Arist. l. de
gener. c. 11.

Scalig. Ex.
194. Mou-
fet. l. 5.

Plin. H. N.
18. c. 28.

Ufus.

Aldrov. H.
Insect. 4.
c. 8.

Differētig.

Moufet.
Theatri
Insect. l. 2. 18

Caput illi parvum, compressum, durum, nigrum, oblongum, & os versus acuminatum: è cuius extremitate duæ exeunt antennæ, breves nigræ. Sex habet pedes, parvos, nigros, tribus articulis distinctos, juxta caput; crurum ferè modo. Corpus oblongum crassiusculum, tæniæ instar compressum. duodecim incisuris profundioribus præditum, præter collum quod pro arbitrio nunc exerit, nunc lacestita retrahit & abscondit: partes intermedia nigricantium laminarum sese in gressu elevantium faciem obtinet. Per dorsum linea admodum exilis & parum candicâ à capite ad caudam usque decurrit. Latera ventris ex xelampelino suave rubent. Cauda atque venter juxta caudam albicant. Uropygium tamen ipsum nigrum est. Cujus beneficio & nisu sese attollens arenatim repit, & furculis inde enatis sese pendulam affigit, sub hoc Uropygio excrementum ab alvo reddit subviscidum & filosum, mellis æmulum, quod caudæ furculis ad os reductum, dehuò absorbet, staminaque exinde retrocedens fingere videtur lentoris prædiga, quæ secunde devorat, eorumque revomitione & resorbitione sese sustentat. Partes albæ in tenebris mirabili splendore fulgent, & stellas quasdam terrestres repræsentant: adeò ut cum lucernis lunaque de lumine certare videantur. Hoc observatione dignum; clarissimum istum splendorem una cum spiritu vitali prorsus evanescere, ubi ergò perpetua illa lux, de quâ nonnulli putidi Paraphysici tam ineptè imprudenterque garrunt? In arvis sæpius pennatas, quandoque verò intra opidortum mænia per plateas volitantes vidimus.

Aldrovand.
Hist. In-
sect. 4. c. 8.

Aldrovandus quoque aliquot species nobis exhibuit, de quibus ita loquitur. Insectum hoc, quod *primâ tabulâ* Erucæ ferè simile, in sepitimi fovea repertum Lampyridem *ἀνέρον* esse judico, cum, & ipsum proprio suo lumine in fovea latens noctu proditum fuerit, tinea est instar compressum, pollicem ferè longum, sex pedibus anteriori parte instructum, nullis

posteriore. Capitulum nigrum quatuor cirris tanquam corniculis Lamacis instar munitum collo albo, quod ad libitum modo exerebat, modo contrahebat, præsertim lacestitum sub primæ incisuræ lamellam tanquam galeam caput contegentem. Compactum enim est segmentis duodecim, sibi mutuo imbricatim succedentibus, ac se subeuntibus laminarum instar dorso æqualibus, ac compressis nigris, quæ tamen singula ad latera puncto utriusque notata purpureo. Pedibus, inquam, senis oblongiusculis, & trium articulorum: stans, & caudam trahens dracunculi quodammodo speciem præbet. Cum verò his pedibus anticis progreditur, caudam sub ventrem inflectens & antrorsum complicans postica parte arcuatim repit. Nam & caudam pedum eorum vicem subit, qui in posteriori parte in veris Erucis existunt. Hanc enim candidam, & tricuspidem promit, quæ posticam corporis partem inter serpendum sustinet, & cuilibet rei ut aciculæ affixæ adhærescit pendula. Prima & antica segmina longiora sunt, breviora vero versus caudam vergentia, & medio latissimum corpus paulatim in caudæ penicillatum mucronem attenuatur. Alvo extrema egerit excrementum quoddam lentum, acceræ in modum fulvum, quod ipsum nonnunquam cauda ad os adducta in circulum ceu vertitur, contractum ori admovet, quo tamen etiâ similem liquorem vomere videtur, ac veluti filo factò, retrocedit, illud diducit, ac protrahit lentore sequax, deinde de novo absorbet. Parte prona modicè nigrescens diluta purpura qualis Persici florum est, admixta variat. Qui purpureus huic est macularum color, in quibusdam magis lutescit. Julius Scaliger in Vasconia sine alis Cincindelas esse scribit, Erucæ majoris quantitate, crassiores, vetricofas, Lucrambam ibi vocari. Ex harum grege ea forte erit quam secunda tabella pronam, & supinam ostendo, una cum Lampyride alata.

CAPUT X.

De Blattis.

Nomen. Blattarum nomine, non tantum Aldrov. H. Inf. 4. c. 9. vermes quæ in auribus & alveari- bus nascuntur, Phalænæ dictæ veniūt: sed & p. grani in ilice humili nascentes vermes; nec non farinarij. His illi intelliguntur, quos *Σίλφαι*, & *τίλφαι* Græci, Itali *Platellas* aut *Buccaroni* vocavere. Nec audiendus est Hermolaus, qui *καρίβες* & *παραροκείδας*, blattas vertit.

Descriptio & alia. Insectum est lucifugum, scarabeo simile, sed elytro carens. Plura in Differentiis occurrunt. De *Ortu* non constat. Alii ex vermibus & erucis provenire credunt: quidam, ut Cardan. 1. de ven. c. 7. Arist. H. A. 8. c. 17. Plin. H. N. 11. c. 28. Cardan. 1. de ven. c. 7. Arist. H. A. 8. c. 17. Plin. H. N. 11. c. 28. esse creduntur: fœminæ ventricosæ, & alis destitui.

Ufus. Faciunt contra furditatem & aurium dolorem, si duodecim alis abjectis, in vini veteris & mellis ana uncia una semis, cum malicorio uno, pomi succi sesquicyatho, coquantur; post terantur, & tritis unguentum Syriacum, pix liquida, & succus è quatuor cepis expressus, adjiciantur. **Galē. med. sec. loca. l. 3.** Fugantur herbâ blattaria dictâ; vervecis recenter macerati ventriculo, ex consilio Diophanis, si is in loco in quo versantur, deponatur; oleo denique spicæ, si eo inungantur: & hoc laudatissimum est.

Differētia Tres Blattarum sunt species, *Mollis*, *molendinaria*, & *fœtida*, cui *Pervianam* addere possumus. *Mollium*, mares omnes alati, & minores: fœminæ, magis ventricosæ, & alis destitutæ. Caput habet parvum, unde duo cornicula, prælonga, & in quamcunque partem mobilia exeunt. Pectus unâ cum scapulis orbiculare, cum septem incisuris. Alæ corpori concolores: Cauda bifurca & forcipulata: pedes sex. Visa Petropoli in templo, vulgari sextuplo major, sanguinem venantibus eliciens. Vix & in Philipponavi à Draco capta, molliores no-

stris, coloreque magis fusco. Cursu omnes valent: & struthiocameli instar, currunt magis quàm volant. **Arist. H. A. 8. c. 17.** Latrinarum & balneorum incolæ. In oleo decoctas, verrucis efficaciter illiniri, experientia testatur. *Σιτοφάγος* dixere quidam, quòd farina vescantur. Dioscorides *ἐν ἀρτοκοσπίοις ἐυλοσκομέναις* dixit. *Molendinaria*, Græcis *μυλομάς*, *μυλιθός*, *μυλαβείς*, *μυλαεὶς*, & *ἀρτοκοπέων*, ita à Moufeto describitur. **Plin. H. N. 11. c. 28. Moufet. l. 6. p. 138.** Fœminā, nisi fallor, vidi, quia alis caruit: vulgari illa molli longiorem, crassio- rem, & cum majore splendore nigriorem, os forcipatum illi, parvum, quasi sub ventre positum, antennas habet primæ similes, oculos item exiguos concavos, vel potius oculorum signa atque vestigia. Pectori penè quadrangulari quatuor primi pedes affiguntur, posteriores ventri: supra scapulas alarum quasi rudimenta cōspiciuntur, alæ tamen dici nō debent; corpus reliquum crassiusculū, variè orbiculis incisum, quos si à latere intuearis ferram referunt. Caudæ apex & furca utrinque una innascens, ad tridentis formam accedunt; stabulantur istæ Blattæ in locis tepidioribus, pistrinis & vaporariis. Vix magna in fame lucem ferunt: vel si victus quærendi gratia in apricum procedere coguntur, celeri cursu ad tenebras recurrunt, vel pulvere sese tegentes, venatores fallunt.

Μυλωκείς Polluci est insectum, magnitudine Cicadæ, colore exalbido, quod farina in moletrinis vescitur. *Σίλφην* appellatum, Stephanus addit.

Fœtida, Græcis *Σίλφη βδέεα* & *βδέεσα* dicitur. Plinius, acuta clune facit: recentioribus scarabæos pillulares, abscissa cauda, graphicè representat. Nigerrima est, *ἀπέρου*, et si alata & elytro tectam crederes, ore bifurco, cruribus longiusculis & gracilibus. Nocte lentissimo gradu proreptat: profundis in cellis habitat: lucem fugit, & fœtore universam viciniam inficit. Vix tanè marem in hoc genere alatum inveneris. A quibusdam cum Cimice confunditur. Datur & alia ejus species in Hungaria, Gryllo similis. In aggeribus & apricis invenitur. Di-

rum

rum quid dū volat strepit. Hyeme lucis socia, quam fugit estate. Tempore pestis, ceu arcanum gestatur, imò à quibusdam deglutitur. Frequentiores, ubi vina generosa nascuntur, invenias. Pinguitudinem, si caput avelatur, cum rosaceo tritam, aurib. mirificè prodesse, scribit Galenus : sed lanam paulò post extrahendam; cum pissellæo ulcera sanare traditur. *Poruane*, Aranets dictæ, gryllorum sunt magnitudine, & gregatim nactu volitant, omnem ferè mollem supellectilem ambedentes. Melius fortè inter gryllos recensueris. Aldrovandus unam, pronam & supinam, colore fusco; pedibus tamen & antennis paulò plus rubentibus, quam corpus reliquum.

CAPUT XI.

De Forficula.

*Mousetus
Theatri
Ins. t. c. 27.*

ARnoldi *Forficula*, Latinis recentioribus *Auricularia*, Priscis *Mordella* dicitur. Niphus *Velliculam* appellat à Vellicando. Gallis *Aureilliez* vel *Perceauraille*, Germanis *Ohrenwurm*. Belgis *Orenvuetel*. Anglis *Earewig*. Hadrianus Junius *Fullonem* esse existimat, quum tamen à Scarabæi forma multum differat. An hæc Græcorum *ὀφιοδάκτυλος*? Sane & ortus ratio, & morsus conspirant; nam & hæc generatur in caulibus herbarum fistulosis (utpotè *Pastinacæ sylvestris*, *Angelicæ*, *Ferulæ*) & in *Brassica* frequè conspicitur. Boreales Angli obscæno nomine *Tuunchballok* nominant, quasi *Scortimordium* vocaveris, vel *ὀφιοδάκτυλος*; nam ubicunque rugosam plicatamque cutem invenerit, vel ore mordendo, vel cauda bifurca stringendo, maximum dolorem excitat, quod semel nobis pueris accidit inquit Pennius.

In duas auriculariæ species incidimus; utraq; volucris erat, cōtra multorum opinionem. Nam si eas in loco aliquo tabulave inclusas, scyrpo huc & illuc repuleris quod Illustrissimus Knivettus Pennium docuit, ex-

pansis continuo alis, quæ sub elytris conduntur, avolat. Sed diligenter cavendum, ne festuca aut scyrpo durius prematur, aut vulneretur; tunc enim si velit maxime, avolare minime possit. Vulgatiore corpore spadiceo cernitur. Antennæ, pedes, caudæq; forficularia, flavescent. Altera (quæ in Angliâ rarior & semel atque iterum duntaxat à nobis visa) vulgatiore major est, corpore nigricantiore, collum, argenteus quidam torques adornat: extrema elytra subpunicum referunt colorem; os forcipatum habet & flavum. In dorso utrinque juxta latera quinque maculæ sufflavæ oriuntur, caudæ furca brevis est & nigra, qua versus caput sublata per aërem irata provolat.

Reperiuntur sæpè in *Brassicis* & *ferulaceis* arboribus, ulmiq; foliorum tuberculis. Ex vermibus in caulibus ortis generantur: pellem quotannis veterem exuunt, quæ spoliata nivæ videntur. Sed cum ætate renascitur pristinoq; colore imbuuntur. Anglicæ mulieres maximo eas odio habent ob garyophyllati flores depastos, atq; exesos, infidiasq; struunt hoc modo: extimis arcis bacillo in terram defixo ungulas bovinas, fuillas, vel veteramenta cava supponunt pannis vel stramine leviter infarcta: quæ dum per noctem (pluviæ vitandæ animo, & tegumenti causa) Forficulæ intraverint, manè veteramenti subito ablati atq; excussis, magnus earum numerus excidit, atq; ita pedibus contritæ diem obeunt. Arnoldus eas in oleo communi vel flammulæ coqui consulit: eoque convulsorum arterias, tam in temporibus quam carpo inungi, ut febris convulsionis medella inducatur. *Iosephus Michaelis Halus*, Medicus non incelebris, magnum earum numerum colligere solebat, ac in vitro arctissime clauso per balneum in pulverem tenuissimum redigere. Tunc urinæ leporis tantum admiscebat, ut in aurem infundi manè vesperiq; possit. Arcanum hoc esse in surditate pellenda sæpius protestabatur Pennio. Alii pulverem cum oleo garyophylli miscent, atque adhibent

*Breviar. l.
cap. 25.*

bent ut supra. Gallinago minor (Sni-
te ab Anglis dicitur) & gallinæ, auri-
culariis vescuntur: maximumque ha-
rum omnium numerum in ventricu-
lis earum reperisse, me fat memini.

C A P. XII.

De Scorpio, Formica, & Pe-
diculis alatis.

SCorpiones alatos dari, negavit A-
ristoteles, Apollodorus teste Plin-
nio, Pausanias, Nicæder, Aelianus &
Strabo asseruerunt. Sane homo Phryx
alatum in Joniam attulit. Pſylli eos-
dem in Italiã importare conati sunt.
Latinis *Nepales* quasi nepæ alata dici
possent. Colore sunt melleo, unde
μελιχλωροι dicuntur. Flammeos Aelia-
nus facit. Summæ caudæ niger nodus
est, duplici præditus aculeo. Septino-
dem Strabo facit. Alæ locustæ Malaci-
similes. Magnitudo vulgaris. Repe-
riuntur in India apud Prasios, in Aeg-
ypto, Palimbrotæ, &c. Intra Siculi
cœli regionem non vivunt: in Italia
sunt innocui. In Joniam allatos supra
diximus. Communis his cum impen-
nibus generatio: venenum calidum est.
Lacertas, araneos, & omne genus ser-
pentum enecant. Suo vulnere applicati
medentur: & si exusti nidor ad alios
scorprios pervenerit, ædib. exigit.

De *Formicis alatis*, quæ Aristoteli, ut
Moufetus vult *ἰππομόρμυκες* & *ἰπποῖς*,
hæc pauca adiicimus. nempe *νύμφας*
& *σέρφας* quibusdam appellari: vulga-
rib. corpore & lacertis esse majores,
& inter nigrum furvumque medias: qua-
tuor alas argento perlitas, externas
majores & longiores toto corpore;
internas duplo minores habere. Quæ
de Indicis, vulpib. non minorib. auri
indefessis custodibus, & quarum pel-

les quasi pantherinas se vidisse One-
sicitus scribit; & cornua Erythris in
æde Herculis miraculo fuisse, Plin.
produntur, mendacia sunt. Plura
capite de formicis vide.

De *Pediculis alatis* ista habet Mou-
fetus. Agatharchides author est, à
maris rubri incolis non multum distare
Acridophagos, sive locustarum esores,
quæ quidem gens staturæ aliis bre-
vioris, aspectu macilens, ac supra mo-
dum nigra. Sub æquinoctium vernum,
quando apud Italos Africi & Zephyri
spirant, ex loco quodam incognito,
ineffabilis magnarum locustarum mul-
titudine una cum illis ventis ad ipsos pro-
vehitur, quæ ab avibus volandi facul-
tate parum, at corpore longè diffe-
runt. Ab hoc animalium genere toto
tempore nutriuntur, iis salitis atque alio
modo paratis vescentes. Venantur a
ipsis fumo ex aere in terram de-
jicientes atque hi agilitate quidem &
velocitate pedum pollere dicuntur.
Sed quum valde siccum nutrimentum
capiant ultra quadragesimum annum
vitam minimè producunt, imò vita
sanè miseriosem mortem obeunt. Si-
quidem appropinquante senectute,
eorum corporibus alata quedam pedi-
culorum genera innascuntur, figuram
quidem caninis muscis similibus, sed
alioquin minorum. Incipiunt à pe-
ctore ac ventre, brevique; universam fa-
ciei cutem depascuntur. Atque horum
alii scabiosorum instar afficiuntur,
deinde semetipsos graviter dilacea-
rant, tandemque morbo consistente,
nec non cum bestiolarum exortu te-
nuibus effusis humoribus, intolerabi-
les cruciatus subire miseri coguntur:
sicque; vel ob succos, vel ob ali-
mentum, vel ob aeris pravi-
tatem intereunt.

* *

* *



HISTORIÆ NATURALIS

DE
INSECTIS

LIBER II.

De Insectis terrestribus pedatis non alatis.

TITULUS I.

De Paucipedibus.

CAPUT I.

De Insectis sex pedum.

ARTICULUS I.

De Formica.

ANTUM DE INSECTIS terrestribus alatis sufficient: sequuntur non alata, eaque vel *Paucipeda*; vel *Multipeda*. Illa sunt pedum sex, octo, duodecē quatuordecem. *Sepeda* sunt, *Formica*, *Cimex*, *Pediculus*, *Ricinus*, *Pulex*, *Lens*, *Forbicina*, *Talpa*, *Sphondyle*, *Staphylinus*, *Asellus arvensis* & *Anthrenus*.

Nomen. Incipio à *Formica* stupendæ naturæ insecto, & ad quod hominum genus obstupescat & confundatur. A ferendis farris micis Latinis dictas, *Isidorus* opinatur. Græcis *μύρμηξ* est, *μύρμηξ*, & *Doribus* *μύρμαξ*, quib. etiam *μυρμηδόνια*, *μύρμηκας* vocari, *Hesychius* scribit.

Descriptio Notissimum animalculum describere, superfluum est. Promuscidem ore contentam gerunt. *Plinius* ipsi linguam tribuit; *Vottonus* dentes; addit, parte posteriore aculeum gerere. Nulli in capite propter parvitatem oculi: super quædam addita-

Plin. H. N.
11. c. 37.
Votton. de
Different.
Animal.
c. 210.

menta quæ ceu duo pili de capite egrediuntur, habentur. Alas senes, nec diu supervicturæ emittunt.

In quibus degant locis, nemo est, qui ignoret. In acervis, quos congessere condi, notum omnibus.

Frugum granis vescuntur, unde *Victus*, *frugilegæ*, & *agmina granifera* dicuntur. Cupressi & papaveris semina, exptere, apud *Plinium* & *Plautum* habemus. Fructus exfugunt, nec à mortuis anguibus abstinent. Cadaveribus, humanis fortè parcere, *Aelianus* prodidit. Alij frugibus, si menstruo sanguine polluantur.

Hyberno quoque tempore coire, & serenis austrinisque diebus nasci, *Aristoteles* prodidit: vermiculum oviv similem, vere gignere, *Plinius*. Oblonga illa, & columnatæ figuræ, in locis calidis & muscidis, extra corpus, in crementum accipiunt, si *Alberto* credimus: vermes ipsi albi, & panniculis involuti erumpunt. In America ex mortui parentis corpore prodire dicuntur: miroque modo vivunt, donec ex subterraneis specubus alati evolent.

De *Ingenio*, ita eleganter *Plinius*. *Plin. H. N.*
si quis comparet onera corporib. earum, fateatur nullis portione vires esse majores. *11. c. 30.*
Gerunt ea morsu. Majora aversa postremis pedibus moliuntur, humeris obnixa. *Natura, & Ingenium*
Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant è terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre, proferunt atque siccant. *Arist. H. A.*
9. c. 38.

Ope-

Operantur & noctu, plena Luna. Eadem interlunio cessant. Iam in opere qui labor? Et quoniam ex diverso convehunt, altera alterius signata, certi dies, ad recognitionem mutuam, nudinis dantur.

Quæ tunc earum concursatio? quàm diligens cum obviis quadam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritas videmus, & in opere semitam fatam, ne quis dubitet, qualibet in re, quid possit, quantulacunque assiduitas. Sepeliuntur inter se viventium sola, præter hominem, defunctasq; in granorum folliculis efferunt. Hieronymus, alias

Hieron. in
vita Mal-
chi.

herbarum quædam semina forcipe oris traxisse: alias humum de foveis egressisse, & aquarum meatus aggeribus exclusisse, vidit. Quædam venturæ hyemis memores, ne madefacta humus, in herbam horrea verteret, illata semina præcidebāt: quodque magis mirum est, in tãto agmine, non obstabat egrediens intrati: quin potius si quam vidissent sub fasce, & onere concidisse, suppositis humeris adjuvabant. Aelianus, ad pabulandum profectas, natu grãdiores agmen ducere, segentes ascendere, spicas abscessas dejicere dicit. Natu minores sub stipulãstant, spicas distrahunt, & grana vaginis inclusa explicant. Interlunium sentire apud Plinium habemus. Alvi onus, quod urine simile, in ædibus non ponere; ubi per cenum facto itinere, maculosæ redeunt, in ipso ædium vestibulo, ad asperum sese corticem elimare; recentiora ova in ulnis gestare, ubi ad amplitudinem eam devenere, ut laborem remorari possent, alto sinu deponere, ab aliis observatum est. Exclusis, fœrum ad laborem instruunt: denegatur tardioribus cibus. Hinc sœtum, ut robustiores, unguiculis, ore, rostellis, terram egerant, egestam accumularent, cumulatam stipulis inspergant: sapiëntiores ædificent; minores in cuniculis versentur; peritiores, mæandros, labyrinthos, concamerataque cubilia efforment. Languens otio, ædibus ejicitur; pro foribusque ductum, facta omnium ordinum corona, capite multant. Intus Veneri operam dare, modestiæ debetur. Ad-

Aelian. H.
A. 2. c. 25. l.
4. c. 43. l. 6.
c. 43.

Plin. H. N.
2. c. 41.

ditum & præfagas esse. Scilicet, exposito ad siccandum à formicis frumento, nunquam imber cecidisse visus est. Democritus, cum cælo sereno id facere observasset, ut messes sub tecta referret, fratrem monuit; subsecutumque diluvium. Theophrastus pluvias portendere putat, vel, cum densioribus & in se invicem per viarum angustias concurrentibus agminibus, prædam convehunt: vel cum ova ex depressione & cavo loco, in eminentiorem deportant. Quæ de Nerone apud Suetonium, & Cimone apud Plutarchum dicuntur, sublimiora sunt. Piaculum esset, domiciliorum, in quibus, extruendis singulare artificium adhibent, oblivisci. Tortuosissima illa, ut vel in via sint, vel aditu saltem difficilia. Terra pro foraminibus aggeritur, tanquam muri & propugnacula, ne descendente pluvia, alluvione intereant. Triplex iisdem regio. Mares & fœminæ in androne habitant: Panmyrmecium verè dixeris: in Gynæceo fœminæ pariunt: tertium granorum acervis destinatur. Plutarchus, in una, vitam degere & comedere; in altera, alimenta tanquam in granario recondere; in tertia, mortuos sepelire, scripsit. Radices & extremæ monticuli oræ Cœmiterio assignantur. Domicilium sibi visum Majolus descripsit, Aldrovandus unius & alterius, quæ in putrida quercu, & semiputrido trunco observata sunt, iconem apposuit. Apparuit, inquit ille, in argilloso humo urbs quædam quadrangularis, longa pedes fere quatuor, lata ultra pedem; in qua per vias velut ad negocia ultro, citroque; cursitare, velut cives, ipsæ formicæ visabantur. Admiranda erant angulorum, laterumque; directæ delineatio, quam artificum amussi, circinoque; fabricatam putasses, quod æqualis semper dimensio longitudinis, latitudinisque; servaretur. Urbis longitudinem media servabat via quædam directissima, profunditate, latitudineque digitali: quam rursus per transversum æqualibus. inter se spaciis tres aliæ viæ eadem digitali profunditate, & latitudine directissime in-

Aelian. H.
A. 6. c. 43.

Aldrovand.
H. Insect. 4.
c. 1. p. 509.
edit. Bonon.

tersecabant, ut ita tria compita, foraque spectarentur.

*Majolus
Dier. Ca-
nic. coll. 7.*

In extremis viarum angulis, velut angiportib. spectabamus collecta in acervos servari ova, unde Formicarum proles gignitur. Altera urbis parte antra vidimus frumento, ita oppleta, ut in vias ipsas redundaret. Mira fuit omnium viarum mundities, nihil in illis lapillorum, nihil pulveris, nihil festucarum, nihil humoris, ut depreheridas urbem illam à suis civibus ita curatam, ut proles eximium studium, annonæ, & structurarum ornatus ubique spectaretur: qui omnes illi cives communi studio ad Reip. beneficia incumbentes, dum alij domi de rebus consulunt, alij foris res agunt, summa pacè, concordiaq; curandam Rempubl. nos docebant; studuisse quoq; iidem cives visi sunt omnium incolarum incolumitati. Erat enim in urbis longitudinis medio unica porta Zephyro objecta, quod ab Aquilone, Euro, atque Austro, immunem urbem sua Philosophia oportere esse didicissent.

*Plut. de so-
lert. anim.*

Simile domiciliū in putrida quercu inventum, rusticus ad Aldrovandum attulit, quod secundo loco in icone expressum est. Admirandum quoq; in quod Cleanthes incidit spectaculum. Venisse formicas de suo cavo ad aliud formicarum examen, formicam portantes mortuam, verba sunt interpretis Plutarchi, *ascendisse alias formicas, tanquam ad colloquiū, rursumq; descendisse. Id bis terre factum. Tandem has, sursum extulisse vermem, tanquam redemptionis precium pro mortua. Hoc illas accepto & reddito formica cadavere discessisse.*

*Antipat-
chia.*

Elephantos atq; urfos læsæ ab illis lædunt. Serpentes & Dracones in rabiem agunt, seu quod laborantibus viam obstruant, seu quod cavernis venenatum halitum afflent. Cicadas gliresq; summo prosequuntur odio: illas quia cantando hyemem conterunt; hos, quia dormiendo eandem perdunt. Pugnam & inter se inire, Aeneas Sylvius, post Pontifex observavit. In agro Bononiensi, inquit ille, pyrum aridam, paltus gratiâ ex mi-

*Sylv. l. de
Europac.
40.
Moufet.
Theat. Inf.
2. c. 1. p. 242*

norib. formicis famelicis complures ascendunt, supervenere majores non parvo numero, quæ illas erepto faucibus. bolo partim occiderant, partim dejecerant. Dejectæ ad suam revertentes Myrmeciam sive acropolim, in itinere cū obvijs quasi habito colloquio injurias memorant, omnemque fociorum vim & numerū castris educunt. Post duas ferè horas tot Minorum Centuriæ, tantæ acies exortæ sunt; ut totus ager nigro agmine atratus videretur, accessere stipatæ omnes, & arboris utrinque stipitem circumdantes, paulatim ascendere cœperunt. Majores, ubi hostes adesse animadvertèrent, conglobatæ supernè pugnam expectaverūt, postquam simul commisso prælio acies convenerant, Majores è minorib. permultas morfu rabido interemerunt, omnesq; primo impetu ascendentes miserimâ strage confectas disjecerunt, ut mortuorum cumulus ad pyri radices non parvus in terrâ succreverit. Reliqua minorum pars mediaque acies, non animos propterea ponere, aut loco cedere voluerunt; sed centuriatis spiritib. tentant, pertinaciusq; instantes, atq; aciem acie prementes majori quam antea numero arborem conscenderunt, hostesq; à tergo, à latere, & à fronte undique pungentes, manus herbamq; dare vi coëgerunt. Magnæ majorib. vires ad victoriam valuissent, nisi minorum prævaluisset numerus, unamq; viginti simul essent adortæ. Hæc acta sub Eugenio IV. Pontificis cathedrâ occupante, spectante Nicolao Pistoriense juris consultissimo viro, omnemq; pugnam bona & sincera fide narrante. Tale quid Olaus Magnus recenset Upsaliæ & Holmiæ contigisse, antequam Barbarus, & immanis ille Tyrannus Christiernus Secundus à Sueciæ incolis è Gothorum Suecorumq; regionibus fuit expulsus. Quo in prælio illud non omittendum. Minores post adeptam victoriam suorum cadavera inhumasse, relictis hostibus, & ad corvos, porosque expositis. Martis item in aream Campanile elegerant altissimum, ac si Ty-

ranno-

rannorum prodigium ejusq; Satellites, ad sui fati *δορονάλυψιν* pernæq; imminentis contemplationem, clarâ voce vocarent atque attraherent.

Ufus.

In Indijs in *cibis* sumi, & quidem pipere conditas, inferius dicemus. In *Medicamentis* maximo sunt usui. Aqua ex ijs destillata vomitû excitat, & febres solvit apud Gesnerum. Omnem intermittentē febrem curabis, si eger omnium unguium præsegmina pro formicarû forib. projici curet, & primam ea trahentem apprehenderit, colloq; subnexam gestaverit, si proidentib. fides est. Ova trita & auribus imposita, quemvis obtusum auditum sanant, si Marcello credimus. Eadem inter psilothra numerat Arnoldus, & ad phagædænas commendat. Quidam conterunt, & aquosam substantiâ expressam instillant. Balneo myrmecino calculus pellitur. Oleo, & aqua destillata virilitas promovetur. Gesnerus, ollam melle intus obductam, & ad medias formicis plenâ accipit, pyrethro, nuce moschata, cardamomo, pipere longo, & butyro additis. In fimo macerata destillantur. Aquæ aliquid jejuno exhibetur. Brunfelsi⁹ quatuor in potu sumptas, omnem coëundi potentiam auferre scripsit. Cum sale communi, ovis & axungia, panno interposito applicatas, Ischiadicam tollere idem author est: Impetigini cum modico sale appositas, præsentem remedio esse, Marcellus; pruritu & scabiei è papulis, Serenus; flatu potèter dissipare, Albertus: clavos & tumores auferre Nonnus. Ursis in nausea ex plenitudine, & postquam mandagoræ poma degustavere mederi, ex Plutarcho; supcilia cum muscis tritas denigrare; tritas, adjecto sale, psoras, lepras, & lentigines curare, quinq; contra phalangiorum morsus auxiliari, ex Plinio habemus. Idem, terram à formicis egestam, aliquos strumis illinere scribit.

Plut. de sofist. anim.

Plin. H. N. 30. c. 3.

Damna & Remedia.

De Usu dixi: meminere & damnorum authores. Venenum morsu suo spargere, & pustulas excitare, Albertus prodidit. Apud Cumanenses, capita, inter venena quibus sagittas in-

ficiunt, sumuntur. Ova pota, flatulentiam & ventris tormina excitant. Agris, hortis, horreis, areis, arboribus, vitibus, frugibus, fructibus, cibis insidiari, notius est quàm ut demonstrari debeat. *Remedia* passim apud authores occurrunt. Rubrica & pice liquida ab arboribus abiguntur, si caudices perunxeris. Sunt qui caudicem succo Cyrenaico, ex aceto soluto inungunt, vel hedera amiciunt. Non exedent vitem, si bitumine cum oleo cocto, imas vites tetigeris. Ex latibulis pellètur, si vel tithymali ex aqua decocto, vel cochlearum testis cum styrace ustis, vel origani sulfurisq; pulvisculo, ea consperiseris. Sabinus Tyro, apud Plinium, heliotropio necari putat.

Differentiæ formicarum, à constitutione corporis, loco, quantitate, colore & effectis sumuntur. Illam si spectes, sunt quædam *alata*, quædam *semiformica*. *Alata*, de quibus supra, apud nos fenes sunt & inutiles, & ejusdem generis, nymphæ dictæ. In India Orientali laccam conficiunt, & in Brasilia, ut post dicemus, rubri sunt coloris. Habentur & in aquilone *alata*. *Semiformicas* quæ & semivermes, in Occidentali India invenies, Comixen indigenis dictas. Alba velut cauda prorepunt, & ligna erodendo penetrant. Arbores vel parietes scansuræ, opercula terrea, digitum crassa secum ferunt, in iisque ad quatuor & ultra palmos productis, nidulatur: *Ex Loco*, sunt *Indica*, *Brasilienses*, *Philippina*, & *Aquilonares*. De *Indicis* ita Plinius. *Indica formica cornua*, *Erythris in ade Herculis fixa*, miraculo fuere. *Aurum ex cavernis egerunt terra*, in regione septentrionalium Indorum, qui *Darda* vocantur. *Ipsis color felium*, magnitudo Aegypti luporum: *Erutum hoc ab iis tempore hyberno*, *Indi furantur æstivo fervore*, *conditis propter vaporem in cuniculos formicis*: *quæ tamen odore sollicitata provolant, crebroq; lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes*. *Tanta pernitas feritasq; est cum amore auri*. Nearchus earum pellem, pardi pelli similem sibi visam scribit. Solinus, pedes illis leoninos tribuit. Aelianus Campylin

Arist. H. A. 4. c. 8. Plin. H. N. 19. c. 10.

Differentiæ

Ovied. India, Occid. 6. 52.

Plin. H. N. 11. c. 31.

Strabo Geogr. l. 15.

Adian. H. fluviūm nunquam transire author est: domunculas, sinuosis foraminibus obliquas, in excelsis locis construere, ut fluviorum alluviones effugiant, addit. Aggeres, aggesti confirmantur magis. Primum enim ex matutino rore pulveri admixto, tunicā tenui sed validā vestiuntur: inferiore parte, de fluviali cœno, cortex muscosus adnascens, aggerem stringit. Fides sit penes auctores. Strabo talia prodētes, ridet; Arrianus reiicit; moderni navigatores tacent, non omisuri, si veritati respōderet relatio. Taceo ergo & Rhafis formicam, publicē in regno Persidis nutritā, quæ in dies singulos libram carnis comederet: taceo & illas, quæ apud hydrophagos, catuli magnitudine reperiri dicuntur. *Laccam* in Orientali India conficere certissimum. In regno Pegu cum terra pluvia, vel aqua justo plus irrigatur, ligna tenuia ab incolis disposita conscendunt. Ex illis certa gummi species defluit, quod illæ exsugūt, & circa ramos, ut Apes mel ac ceram diffundunt. Stercus favaginem vespariarum esse, Dalechampion visum. *Acosta* arborem nominat, Lusitanis, *Mancanos de la India* dictam, quæ alatis perpetuò onusta ætate videtur. *Brasilienfes*; velut forfices in ore habent, quibus sata & fruges abscindūt. Morsu earum arescunt omnia. In sinu Salvatoris inveniuntur. De rubris in sequentibus agitur. Apud eodem, si non alibi, aliæ agros depopulantur, aliæ eosdem, vastatores pellēdo conservant. De *Philippinis* ita *Nierembergii*. Reperiuntur in Philippicis, duo formicarum genera, *sulum* dicta, quarum aliæ sunt sex digitos longæ, ac crassæ digitum latum, coloris nigri nitidique, rictu dimidii digiti, prædura maxilla, & eodem quo corpus colore, cui tres hærent dentes tenues & firmi, vivuntque in montium arboribus. Aliæ sunt alatis *formicis similes*, & aliquanto majores. Vivunt in campestribus, atque adversus hyemis injurias congerunt arenæ acervos incredibilis magnitudinis intra quos favos construunt, ubi & rutæ & munitissimè degunt.

Aquilonarium una species est, quæ ex frondibus pini & abietis in edito aliquo in campis loco, nidos ædificat. Ursos insidiantes adeò solerter invadit, ut ejiciat. Si vel unica pilis immerfa in latebras delata fuerit, ita fœtificat, ut & inde urfi pellantur.

A *quãtitate*, aliæ sunt *magna*, quales *Indicæ*, aliæ *minima*, quales in novo orbe reperiuntur. Domum modii magnitudine sibi exstruunt, lutum adeò durefcit, ut glutinis instar appareat, nec gladio penetrari possit. Ad ingressum ostium latens constituitur. Apud *Brachmanas* palmaris sunt lōgitudinis: in nova Hispania, scarabæos æquant. Majores *Aristoteles* *ἰππομύκηνας* nominat; *Gaza* formicas equites vertit, *Plinius* *Herculanus*. Ille in Sicilia inveniri, *Abensina* in Lycia negat. Ad *minores* & illæ spectāt, in novo orbe, quæ domos luteas, sphericas, capitibus magnitudine, parāt. Quas per prælongum accessum, quasi exiguam fistulam, ingrediuntur, ibidemq; horrea cōficiunt. *A calore* sunt *albæ*, vel *rubræ*. Illas in regno *Nigritarū*, *Senegæ*, *Pephno* parva insula, vel potius *Pheneo* *Laconicæ* invenies. *Humiles* in *Senega* casas exstruunt; & absq; calce ferruminant; *clibanos* vel *ruscula* in ordine dices. Aliquādo n. centum & centum quinquaginta se subsequuntur. De *albis* etiā ita *Nierembergii*. Circa montē *Leçne*, album genus formicarum est, idolis inclusarum. Vocant idola quædam *Chimas*, quæ pyramidis artificiosæ formam referunt, in quibus formicæ albæ, quæ foras non prodeant, sed internis cellulis distinctæ, ut quo vivant cibo incertum sit reptantes cursitantesque apparent. Has *Chinas* formidant barbari. Quo citres mancipium cœmunt, ante pyramidem huic vinum aliaque offerunt, mancipium sistunt, eique quodammodo devoent, orantes ut ipsum, si fugam ineat, serpentes, lacertæ, tigridesque dilacerent. Quas servi minas adeò exhorretunt, ut etsi ab heris acerrimè vapulent, inire fugam minimè ausint.

Rubra

Cardan. de
subt. l. 9.

Dalechāp.
H. P. l. 18.
c. 1.

Nieremb.
Exot. l. 13.
c. 13. p. 28.

Ovied. in
histor. novæ
orbis.

Scal. Exot.
96. 7.

Scalig. Exot.
307.
Pausan. in
Lacon.

Nieremb.
H. E. 13.
c. 13.

Rubra in provincia Mangi, quibus cum pipere vescuntur, & Brasiliâ visuntur. Magnæ hæ, & dum contemuntur, cedri odorem spirant. *De iis*

Aldrov.H.
Inf. 4. c. 1.
p. 516.

ita Aldrovandus. Verno tempore, hoc est, mense Septembri magnum sensim factuum agmen educunt idq; eo potissimum die, qui pluviam subsequitur, atq; tonitrua, cum videlicet Solis æstus viget maxime. Parentes præcedunt, ducesque sunt liberis, ore aperto huc, illucque cursitantes, viasque undique complentes, morsus multo quam alijs temporib. acerbiores inducunt, ad sanguinis effusionem usque. Sequuntur subinde liberi magnitudine prævalentes, volatuque novas sibi habitationes quærunt, tanto sæpè agmine, ut velut densissimam in aère nubem efficiant. Ubi quiescunt terram eo in loco effodiunt, ac quæque sibi habitacula construit. Vita earum brevis est ut ex singularum ventre ingens factuum numerus erumpit. Cum latibula sua egrediuntur, accurrunt Indi, accurrunt & volucres cæli. Indi autem magno cum desiderio tempus hoc expectant, Formicas istas ceu novos fructus in cibi usum colligentes. Accedunt autem ad cavernarum ingressus, eas aquæductibus circumtepiunt, adversus mordaces, & graviter morfu vulnerantes patentes formicas sese defendentes. Novas recentesque eas formicas, in multos dies servant, ac igne torrentes devorant. Quam modo suavem, delicatamque cibum præbeant, testantur Iesuitæ, qui & ipsi illis vescuntur.

Ael. H.A.
10. c. 42.

Ab *Effectu Venenata* quædam dicuntur. Tales Telephus Cretensis *Laërta* nuncupat. In Brasilia nidum, hirundinum more in arboribus faciunt. In isthmo del Sur & Nort, tam duras casas erigunt, ut vix securibus rumpi possint. Indi iis sagittas inficiunt. Ictis, necessario, moriendum est.

* *
6

ARTICULUS II.

De Cimice.

Cimici nomen Latini à κείμαι cibus, quod in cubilibus nascatur, imposuisse videntur: nisi fortè à *cama*, lecto brevi, & circa terram deducere volueris. Græci κέειν vocant, à Cori herba, quâ Latini Cimicariam dicunt. Appellatur & ἀφίς, & à recentioribus κέειν.

Aldrov.H.
Inf. 4. c. 2.
Nomen.

Fastidiendum natura animal est, ut Plinius loquitur, & simile ferè ricino. Corpore est rhomboide, colore nigro, parum rubente: pedibus tribus, & juxta collum brevibus: dorso & ventre incisuris notato: Cuti approximè tenera, ut vel levissimo contactu media crepet, factoremque abominandum expiret.

Descriptio.
Mouset. H.
Inf. 2. c. 23.

Reperiuntur in lectis, abiignis imprimis, & quorum linteamina & stramina rarè renovantur; parietib. lectis proximis, & alabastro obductis; coturnicum caveis; libris chartaceis.

Locus.
Scalig. Ex.
246. 5.
Vives in
Dialogis.

In insula S. Thomæ non inveniri, prodidere quidam. De die in parietum rimis stabulantur. Ex cujusdam mulieris aperta calvaria, magna Cimicum multitudo prorupit. Hominum sanguine, quem sugunt victitant: post morsum vestigia purpurascencia cum dolore pruriginoso tumida relinquantur. Victitare & aliis vel exinde colligas, quòd in ijs etiam lectis inveniantur, quos nemo frequentat.

Victus & Generatio

Ex humore per summa corporum animalium exsudante, generari apud Aristotelem habemus. Oriri & ex humoribus aliis circa lectos putrescentibus, & è lignis paulatim exsudantibus nullum dubium. Vidit Aldrovandus peregrinantium vel rus euntium lectos subinde à Cimicibus infestatos, cum nulli præsentibus apparuerint. Scaliger etiam inter chartaceos libros, oriri innuit. In coturnicum caveis, maximè brevi tempore multiplicantur. Propagari & per coitum Pennius in agro Aurelianiensi animadvertit. In disiecta vagina adultos & juniores, cum magno

Arist. H.A.
5. c. 31.

ovo-

ovorum dilutius albicantium numero comperit. Cardanus Carthusianos cum iis non confictari, quod carnibus abstinerent, ridiculè credidit. Tolofati lectuli, inquit Scaliger, carnes non esitant, & nihilominus eâ peste sunt infames. Vulgò jaetatum est è contritis alios oriri. Pestem multiplicatos præfagire, apud Alexandrum Benedictum habetur.

Scalig. l. c.

Fuga.

Varro R. R. l. 1. c. 3.

Arcentur ab ingressu, cucumeris anguini aquâ alicubi reposita, felle bubulo aceto permixto & lecto inuncto: crinibus equi in ostio cubiculi suspensis: nigellæ & cicutæ fumo. *Fugant eos*, Canabis in lecto posita: sterco tauri si eo suffitus fiat: Genistæ communis siliquæ semine prægnantes, si sub pulvinari ponantur: odor rubrarum pellium, quas *Reuschleder* Germani vocant: pix liquida, & cucumeris sylvestris succus cubilibus inspersus. Cornu cervinum vel leporis pedes circa lectum pendentes: faeces butyri coctæ: obolus lecto substratus, &c. *Necantur*, tinctura sulphuris: foliis hederæ cum decem hirudinibus tritis; lupini madentis imbre: foliis utriusq; silicis fumo Chalcanthi & æruginis: calce cum lixivio fervente mixta, staphidiagra, hydrargiro, sulfure, & oleo laurino, additis; illis deniq; quæ apud Aldrovandum occurrunt.

Plin. H. N. 27. c. 9.

Ufus.

Quint. Seren. Samonic. in Carmin.

Plin. l. c. 18. c. 4.

Galen. Etopor. 5.

Moufet. l. c.

Conferunt, in serpentum moribus, si cum testudinis sanguine sumantur: contra epilepsiam ab utero, si suffiantur agræ. in Tertianis si cum allio & mero tribus diebus vel ovo sumantur. Gesnerus fidem facit: in quartanis, si cavis fabarum inclusi, ante febrium significationes septeni devorentur: in urinæ suppressione, si fistulæ urinariæ indantur. Plinius in aspidum morfu commendat: Vegetius in stranguria equorum si unus in aurem, alter in meatum penis imponatur: Galenus in urinæ incontinentia: in Calculo Valerandus: in eodem cineres per clysterem injectos, recetiores & quidem mirè: in colica Gesnerus quatuor ex vino manè bibi-

tos, per tot dies donec duodecem devorari fuerint. Sic Functium urbis Tigurinæ nepotem liberatum, & cæt.

Alij sunt *Domestici*, de quibus hic: alij sylvestres, de quibus inter alata egimus.

Ad eos pertinent Hocitexca, & *vermis cornutus*, Hocitexca denarium æquat magnitudine, teterrimo odore, & haustu sanguinis infensa: morfu excitat rubeas eruptiones. *Vermis cornutus* apud Mechoacanēses ytzuaqua & sipantipe dictus, Duob. corniculis rubris iter prætentat, nigro fuscoque variegatus.

Differentiæ

Nieremb. 13. c. 15.

Nieremb. 13. c. 16.

ARTICULUS III.

De Pediculo, & Syronibus.

Pediculo à pedibus nomen est. Plinio dicitur *pedunculus*, alijs *priscis Pedes*, & *pes*; & quidem in fœminino genere; nonnullis *sexcupes*, *vermis*, *serpens*, &c. A Græcis vocatur communiter, *φθειρ*, modernis *ψύρα*; Achæis *νίον* & *νίρμ*; alijs *καρπ*, *εγχαρπ*, *καθ*, *εφξ*, *αρεπεδών*, *βεξύλα*, *ταύραμα*, &c. *πολύπεδες*, & *λιμνία*, species sunt.

Nomen. Aldrov. H. N. Inf. 5. c. 4.

De *Descriptione & Loco*, non est quod simus folliciti.

Ex carne oriri, & futuris, pustulas quasdam emergere; ex punctis, pediculos fundi, Aristoteles putavit; ex corrupto sanguine Theophrastus: ex materia putri calida & humida, quæ in cute redundat, Mercurialis.

Generatio. Arist. H. A. 5. c. 31. Theophr. de Caus. Plar. l. 2. c. 22.

Sanguinem in primis pituitosum hic locum habere dicerem, cum biliosus & melancholicus, interimat eosdem, & felle illito intereant. Locum si spectes, inter cutem & carnem prodire visus est dixisse Galenus: in toto gigni corpore, cum ubique potosa cutis sit, nemo negaverit.

Dicendum tamen, in capite magis, & ad axillarum & inguinum emittoria, erumpere. Copia ibi excrementorum

Mercurial. de morb. cutan. l. c. 6. torum colligitur, & pilis obteſtę for- des, diffilatione negata promptius longè putrefcunt. Nec collum, licet detectum & glabrum eximendum est. Cum enim & illic emunctorium, cum ampliffimis quę humorem ad caput deferunt vasis, frequentior & copioſior illic fudor excitatur. De efficiente tot sunt ſententię, quot de ſpontaneo viventium ortu occurrūt. Principium ibi occultum eſſe necesse est, animatumque illud, ſed quod ab alio in actum deduci oportebit, ut

Plin. H. N. l. 20. c. 2. Galen. l. 2. de at. fac.

Plut. Symp. z. q. 49. Mouf. Theatri Inſect. l. 2. c. 22.

Ovie. c. 82.

Morb. pedicular.

Macc. l. 2. c. 1.

Ioseph. Antiq. l. 13. c. 8.

Herod. l. 4.

Occaſionem ortus nonnulla præbere, experientia docuit. De Ocimi cibo id apud Plinium legimus; de caſtaneis & ficubus, ap. Galenum. Idem de raphano, xyloaloë ſuffita, apio hortenſi, daſtylis, &c. apud Diodor. in Empiricis traduntur. Lanam ovīs à lupo admorſa, ſi veſtis ex ea ſudore madeat, eos pro- creare, apud Ariſtotelem & Plutar- chum habetur: imò pannos equino adipe illitos idem efficere, ap. Mou- fetum. Accedit complexio, regio & cultus. In India Occidentali Chri- ſtianis ne in capite quidem innasce- re, prodidit Oviedus; incolis ubique. In inſula S. Thomę, nigri pediculis ſca- rent, albi ab iisdem non attinguntur, ſi Veſpucio credimus. Iter maris Indi qui ingredi ſolent, pediculos, ubi A- zores inſulas à tergo reliquere, con- feſtim tabeſcere ajunt: ſubito oriri ubi eas reviſerint. Oviedus de traie- ctu æquinoctialis lineę id ſumit. In tota Hibernia ob immunditiem dif- fluere dicuntur, nihil de ergaſtulis dicam.

Pedicularis hinc aliquando mor- bus, quo haud paucos mortuos, Hi- ſtoricis proditum: illos in primis, qui vel ſævitię famam quærere, vel divi- nitatem aucupari volebant. De An- tiocho Epiphane in Maccabeorum libris legimus: de Herode Aſcalo- nita, apud Iosephum: de Herode An- tipa in Actis Apoſtolorum: de Phe- retima Cyreneor. regina, poſtquam Barcæos ob interfectum filium cru- deliſſimè ultra eſſet, apud Herodo- tum. Eodem morbo periſſe tradun- tur, Pherecides Syrus Pythagorę præ-

ceptor; Caſſander Antipatri Fil., qui Alexandri matrem & filios interfe- cit; Sylla, quem Plinius, erodente ſe- ipſo & ſupplicia ſibi gignente, periſſe ſcribit: Vidiſſe ſe ſævo ab agmine vinci Sammonicus. Idem de Euno ſervo in Sicilia, Galerio, Maximino, Speuſippo Eurymedotis filio, Iuliano Iuliani apoſtatae avunculo, qui An- tiochię ſacram menſam perminxe- rat, & aliis proditum eſt.

Plin. H. N. l. 11. c. 13.

Remedia contra eos plurima apud authores invenies. Dioſcoridi allium cum origano decoctum, vel corian- drum cum eodem tritum probatur.

Remedia contra morbum.

Plinio Staphidis agricę ſemina cortici- bus abiectis trita: ſinapi, allium cum aceto & nitro, oleum raphaninum, *extra*: ſeneſta anguium trita, myricę ſemen, aqua ex raphani foliis, &c. *in- tra* laudantur. Oribafius, ad helxines ſuccum diu infricatum confugit: ad berberis folia Rhafis: ad argentum vivum oleo roſaceo, nec malè, Aben- ſina. Fallopius ceratum ex oleo, ar- gento liquido & cera componit, eoq; corpus inungit. Nonnulli ſtatim in- terimi putant, ſi cingulum ex lana eo- dem illitum, nudo ventri circumli- getur. Idem linimenti, quod ex pomi cocti medulla cum argento vivo cõ- ponitur, author eſt. Quidam apud Moufet. Noſocomii præfectus, virgis betuleis nova pelle agros veſtiebat, quę vibicibus picta, pediculos poſtea non admittit. Plura apud Aldrovan- dum & Moufetum vide.

Plin. H. N. l. 22. c. 25.

Cumani, ſi navigatoribus creden- dum, & crudis & coctis veſcuntur, quod & Phitrophagis olim ſvetum. Ictericis, ſi duodecim contuſos ex vi- no vel cum butyro exhibebis, certo certius ſubvenient. Quidam in dyſu- ria vivos & grandes coli immittunt. Si ex diuturno morbo decumbenti- bus, in capite naſcantur, ſolutionem morbi indicant.

Uſus.

Differentiæ à ſubiectis ſumuntur. Sunt enim alii *Hominum*, alii *Bruto- rum*, quibus & qui *in plantis* Moufet. adiungit. *Homines* qui infeſtant, vel ſunt *Mansueti* vel feri, vel *Syrones* & minimi. *Mansueti* inter digitos le- viter fricati quadranguli videntur, &

Differen- tiæ. Arist. H. A. l. 5. c. 31.

pulicib. paulo duriores. In capite nati, maiores sunt, nigriores, quod succus ibi pinguior, longiores & velociores; in reliquo corpore magis obesuli, ventriosi, tardi, obscure albidii, & nigricantibus liris insigniti. Aldrovandus oblongiores cæteris, in postica parte crassiores, versus caput in acutum desinentes dixit. Gignuntur & in vestibis laneis, leucophæis imprimis. Pueris magis, viris minus in capite oriuntur: nec malè tum illud valet. *Feros alii pediculos inguinales, Ciccos, ricinos humanos, & vulturinos pediculos* vocant. Italis *Piatola* & *Piatones*, aliis *Plactula* & *Platula* dicuntur. Palpebras, pubem, inguina & axillas occupant. Compressiore sunt corpore, acutiore rostro, quo tam alte cutem penetrant, ut vix cum capitis jactura avelli possint. Rarò vagantur, sed loco quem sibi excavavere affiguntur. Duriores mansuetis Aristotel. dixit. Quia minus turgiduli, aridiorem & quasi semiasflatam materiam fortiti videntur. In Synonimiis, *Motes* & *Immotes* dicuntur. Palpebras sæpè ita infestant, ut oculis exulceratis, visus aciem obtundant. Evelli primò diligenter debent: mox saponem nigro acerrimo locus optimè inungi, & si corpus fuerit calidius, argento vivo, pomi dulcis pulpa excepto. Lixivium senæ, vini facem, succum geniftæ, magnificiunt Medici: Varignana, decoctum ex staphidis agræ unc. ij. vini phialis iij. setarum porcinar. unc. ij. Hydrarg. purgati unc. j. parat. *Syrones* antiquitati ignotos, Thomæ à Veiga opinio; ἀναειδιον Aristotelis esse, Moufeti. Videntur δὸν τὴν σφῆδιν ἐρπειν dici, quia tractim sub cute repunt. Latini *Pedicellos*, Taurini *Sciros*, Vascones *Brigantes*, Itali *Cirones* vocant. Lægius inter pediculos refert, Moufetus non item. Nulla illis expressa forma præterquam globi: vix oculis capitur magnitudo tam pusilla; ut unum ex Epicuri atomis diceres. Colore sunt albicante, capite excepto; propius intuenti nigricant, vel parum ex nigro rubent. Ita sub manuum crurum & pedum cute habitant, ut actis, quamvis pedib. destituantur, cunicu-

Mouf. Tb.
Inf. l. 1. c. 24

Lang. Ep. l.
2. ep. 42.
Scal. Exerc.
194. 7.

lis, & excitatis aqua plenis, penes quas habitant pustulis, prurimum maximum ingenerent. Acu extracti, movent se, si calore Solis adiuventur. Ungue pressi, hæud sine sono crepât, aqueumque virus reddunt. Intra oculos, & toto corpore generari, certum. Illud, le Ieune Chirurgus prodidit, apud Moufetum: hoc in nobili quadam Angla sexagenaria accidit. Interdiu & noctu, labiis, gingivis, plântis pedum, capite, naso, aliisque partibus lancinata, tandem carne depasta occubuit. Maior succedebat soboles, quo diligentius acubus adstantium effodiebantur. Maximum & præsentissimum eorum venenum, acetum salsum, & vini sublimati portio. Abenzoar corpus pulpa melonum fricat, vel succo foliorum Persici. Plura in Moufeto vide. Huc *Tinea* pertinent, quas Græci τερχοερώτης, τερχοτρώλης, σήτας, τερχοεΐβης, vocant. Nascentur sæpè in capite, & pilorum radices exedunt. Succo limonum cum aqua vitæ & sale usto mistis, & inunctis, depelluntur. Alii, panis siliginei calidi micæ sæpius alligatas comendant. Fortè nec semen in abiete summa crescens, in cineres redactum & aspersum oberit. Oviedus *Nigua* bestiolæ apud Indos Occidentales mementit, de qua sub pulice. Nec est quod *Dermestis* insecti obliviscamur, quamvis ad hominem non pertineat. Pelles id consumit, & pro earum ratione colorem mutat. Pulicis est magnitudine, pedum sex, & forcipati rostri.

Moufet. l. c.

Tinea.

Bruta quod concernit, *Leo* adeò à pediculis in palpebris infestatur, ut aliquando in rabiem conjiciatur. *Equi* rubentes capitibus, reliquo corpore albicante habent. *Bovum* & *vitulorum*, nigri sunt. *Porcorum*, qui *Vrii* ab urendo, adeò grandes & duri, ut vix digitis interimantur. *Canum* sunt parvi, lentiginosi, capite albicante, reliquo corpore excæruleo livente vel nigricante. *Ovium* minuti valdè, quibus capita rubent, corpora candicant. *Cervorum*, capiti concolores. *Caprorum*, ab ovillis parum differunt. *Avium* exigui sunt. In capite potissimè atq; alis oriri,

Coli. R. R. 1.2. c. 7. oriri, Columella testatur. De Phasianis, perdicibus, coturnicibus, Gallinis, &c. taceo. *Asino* parcunt, quod tardo gradu incedens, nullo sudore perfluat. *Salmones* macilentiores sub brachiis pediculis scaterere vidit Plinius. In Abrotano, Absynthio, Nymphææ floribus, & potissimum Aquilegiæ foliis, mense lunio, ob singularem ejus dulcedinem haberi, Mouferus author est.

ARTICULUS IV.

De Ricino, & Reduvio.

Aldr. Hist. Inf. 1.5. c. 5. **R**icinus, nomen à Ricini plantæ seminibus, quæ æmulatur, apud Latinos obtinuit. Vulgo Græcor. dicitur κριτών, Helychiō ἀσκότον, Suidæ κρότον, aliis κριόπρασις, Ferlinis, ut ex Didymo Zelonote ap. Hermolaum Barbarum accepimus, प्रासिस. GAZA *Reduvium* vocat, Albertus *Tacam*, Guillerinus de conchis *Eugulam*, Syponinus κρυονίαν, sed falsò, Scaliger *Citcam*, vel *Ceccam*. Insectum est parvum, compressio valdè & plano corpore, cute admodum tenaci, figura corporis thomboide, colore nigro cum quodam splendore, aut ex fusco obscure nigricante. Sex habet pedes collo affixos, rostellum acutum sed breve, exitum excrementi nullum. Æstate ineunte in pascuis inter gramina, & in sylvis inter folia ex putri quodam humore nascitur. Gignitur aliquando in carnibus. *Observavi*, inquit Aldrovandus, *sæpe in canibus, quod cum demo egredierentur, prorsus Ricinis carerent redeuntes vero ex agris, ubi frequentior spissior, & altior herba erat, iis infecti essent.* Infixo semper sanguini capite vivit, atque ita intumescens, quia ei, ut dixi, nullus cibi exitus, dehiscit nimia satietate, alimentoque ipso moritur. Æque est mira sanguinis, ut Hirudinum generi in palustri aqua sitis. Perfert tamen & famem per septiduum. Sanguis igni facto auxiliatur: mulieris lumbis si inungatur, veneris tædiūm parit. Ex aure sinistra canis avulsus, omnes dolores adalligatus sistit, ut Plinius ex

Nigidio prodidit. Præservantur ab eo canes, si aures oleo nucum avellanarum & amygdalarum amararum illinantur, vel ex vino, aceto, cumino & aqua falsa abluantur. Plin. H. N. 1.22. c. 18.

Adeò similis ricino *Reduvius*, ut Moufer. l. 6. sæpe inter se confundantur. Rostellum ipsi longius, pedes obscure rubent, dorsum cineritio est colore, tribus minutissimis nigricantibus punctis distinctum, & ad cordis figuram effigiatum. Corpus à maxima repletionem nunquam ita distentum, quin semper compressum, nunquam globosum videatur. Caput rarius curi infigitur. Sanguinem per vices exugit, & excrementa inde genita per alvum exprimit: quæ lanam viridi colore ita tingunt, ut vix calido lixivio ablui possit. In vellere detonso annum integrum vivit, & boves, oves, capras, barbam etiam hominis & inguina infestat.

Tolluntur mandragoræ radice, cedria, pice liquida & sevo ovillo, amurca optime depurata, & vini fortioribus fœcibus, cum decocto lupinorum, si iis oves detonsæ illinantur. Reduviorum pulveris drachma una & semis, in potu exhibita, Ictericam certissimè & cito sanat, si quibusdam Anglis credendum.

ARTICULUS V.

De Pulice.

Pullex, quod ex pulvere genere Αλάρον. de Inf. 1.5. c. 5. Mouf. Th. Inf. 1.2. c. 28. Delcriptio tur dicitur. Græcis est ψύλλα, ψύλλας, Αεολibus ψύλλας. Caput illi exiguum, os torosum, collum breviusculum, *proboscis*, cuius mucro rigidior, sine dubio cava, ut sanguinem exugat, & intus transvehat. Duæ minutissimæ è fronte antennæ, quibus tum viam explorat, tum de obiectorum natura judicat. *Oculos* habere vel inde colligas, quod luce se subducant. Arist. de part. an. 1. 1. c. 6. Posteriora cruscula ventrem versus retrò flecuntur, anteriora ad pectus, *Extremæ tibia*, bifidæ, uncatæ, acutæ, & *cornæ* quasi, tum ut certius sublimis

mia scandat tum ut glabræ cuti fir-
 mius adhæreat. *Intestinum* unum mi-
 nutissimum & implicatum, quod pro
 cibi quantitate, vel relaxatur, vel
 contrahitur. Non tantum in anima-
 libus canib. vulpib. homine reperiun-
 tur, sed & in terra subsiliunt. Hea
 civitas propter caprarum abundan-
 tiam, eorum est feracissima. In terri-
 torio Sigelucensi, nec ii quidem qui
 importantur vivunt. Loca calida &
 sole illustrata amant. *Sanguinis* sunt
 appetentissimi. *Oriuntur* ex pulvere,
 imprimis si capræ aut hominis urina
 præmadefiat. Sed & inter pilos canis,
 ex humore succido putrescente. In
 Perienna regione, è mancipiorum
 sudoris guttis, quæ statim in pulices
 delapsæ convertuntur. Coëunt mare
 fœminam conscendentē, diuque in
 coitu hærent. A coitu gravida fœmi-
 na obesior videtur, ovorum plena;
 quæ in ventre oblonga, minutissima,
 numerosa & candida videntur; ex-
 clusa, repente nigricant & in pulicel-
 los minutissimos abeunt. Ova non
 lentes parere, apud Philoponum ha-
 bemus: quod & Niphus tradidit. De

Natura hæc habet, carni putri vel mor-
 tuæ non insidete, nec morbo regio
 laborantes, & quidem ob succi ama-
 ritudinem, nec morituros, ob eius-
 dem fœtorem, attingere. Noctē in-
 primis infestare. A pastu in lodes
 villosas vel pulverem se abscondere.
 A morsu locum rubicunda macula
 notatum dimittere. Imminentibus
 pluviis maximè mordere: frigore de-
 ficere & mori.

Fuga. Pelluntur variis, imprimis verò, e-
 quæ urina & fœcibus; aqua marina;
 decoctionis arsenici aut sublimati;
 calce vivæ cum hellebori albi succo
 permixta, &c. Eidem negotio inser-
 viunt caules, ebuli folia, filix, anchusq;
 radix, pulegii flores, ruta, colocyn-
 this, rubus, oleander, mentha, lupu-
 lus, rapi semen, cuminum, staphis a-
 griæ, persicaria, sinapi, & alia, quæ ap-
 auctores vide. Alcairi redigitur in
 pulverem persicaria: pulveris circa
 lectos sparsi odore ita soporantur, ut
 non mordeant. Numidiæ mancipia
 quia calceis destituta, iniuriis huius

animalculi nimis sunt obnoxia, ferro
 & igne eadem arcerè solent. Multi
 ex eo digitis pedum, vel pedibus in-
 tegris mutilati superfuere.

Sunt alii *Communes*, rariores alii. *Illi* *Differetia.*
 pediculor. magnitudine, sed mollio-
 re corpore, dorso gibboso, & ferè
 porcino. Pectus venterque ex nigro
 flavent. In catellis candidis sunt di-
 lutiores, in ruffis fulvidiores, in nigris
 nigriores. In Hispaniola non sunt ma-
 gni: sed mordent dirissimè. Ex Ra-
 rioribus sunt illi quos iuxta Niguam
 fluvium parit India. *Pulicellus* est, in-
 quit Scaliger, *rostrum acutissimo: pedes po-*
tissimum invadit, (rarò partes alias) non
ingredientium tantum, sed & Cubantium
quoque. Ideò in sublimi cubant Indi. Fre-
quentissimè partem illam qua subest un-
guibus lancinant, quarta die crescere tu-
mor incipit, tum ad eam turget magnitu-
dinem, ut pisum superet. Tumor fœtus est
lendibus candidis: quibus extractis, cali-
dos imponunt cineres. Quæ de Numi-
dix mancipiis superius diximus, ad
 eundem spectant.

ARTICULUS VI.

De Lendibus, Forbicinis, & Talpa Ferrantis Im- perati.

TRia hæc animalcula Moufeti & *Mouf. The-*
 Aldrovandi verbis describemus. *atvi Insect.*
1. 2. c. 35.
Lendes, inquit ille, Græci δέννας & νό-
 δας, Itali Lendine. Hispani Liende.
 Germani Nifs. Angli Nits. Illyrici
 guida, appellitant. Sunt autem mi-
 nuta quædam animalcula albicantia,
 Syronibus, (si pedes haberent) quam
 simillima, sed duplo ferè minora:
 corpore item oblongiusculo, ex qui-
 bus nihil aliud gigni posse Aristoteles
 testatur. Inter ungues compressi cum
 fonitu moriuntur; non solum in ho-
 minum capillis & ciliis, sed etiã boum
 & equorum macilentiorum crinitus
 scatent; pedum exsortes tam perti-
 naciter nihilominus adhærent, ut ea-
 dem opera totum pilum qua illos au-
 feras. Has Trotula τριχοβρωτας non
 ineptè

ineptè dixit, nam ut cochleæ herbarum, sic istæ capillorum succo victitant, eosque depascunt.

Philosophus ex pediculorum coitu provenire eos affirmat, quorum proinde ova dicuntur. Sunt autem Iasmini florum apud nos crescentis similia. Nam sicut ille flores profert feminis expertes, sic pediculi ova pariunt effœta. Moriuntur aut alimentii inopia, aut pectinis densioris usu, aut medicamentorum vi: qualia veteres neotericiq; medici multa præscribunt. Plinius alumen cum aceto, vel acetum cum felle vitulino miscēbat, & lacte item caprino eas tolli affirmabat. Laudat item nitrum cum Samia terra illitum, & scrobem cornu cervini cum vini epotam. Abinzoar cum centaurea minore, & Alkitrum capillos inungere præscribit. Sulphur in aceto tollit lendes, uti quoque oleum cum lixivio illitum. Marcellus sterces suillum cum vino & succo rosar. mixtum, mellis item cum sale armeniaco inunctionem, sed præsertim oleum raphani cum fortissimo lixivio variè prædicat. Hildewardis ex dactylorum ossibus lixivium patat, quo cum oleo radiculæ mixto lendes enecat. Ardentes sublimati hydrargyri parum cum vino ardente miscet: atque etiam dicit, Si caput primum ovo gallinaceo, deinde cyclaminis succo, vel aqua marina irrigetur, nunquam renascituras esse lendes. Gilbertus Anglicus fel cuiuscunque animalis, uti etiam amara, mundificativa, & aromatica, cum succo calendulæ mire effert.

Ejusmodi insecta vulgò *Forbicina* dicuntur, quod caudam habeant bifurcatam ad instar forficis: apud Belgas (ut audio) Oor Vuormen, i. e. vermes auriculares, seu potius aures petentes, siquidem Belgæ existimant in aures irrepere, ut cerebrum offendant. Habitant multum inter uvas, in cavis arborum, foraminibus parietum, sub lapidibus, sub terra. Color eis ferme castaneus, pedes sex, corpus oblongum. Quæ prima pingitur, omnium est vulgatissima, sed nec dum magnitudinem suam adeptam.

Secunda rara & insolens, capite etiam bifurcato, corpore crasso, tota subfusca, & flavescens. *Tertia* ejusdem cum proxima speciei, minima, candida. Prima verò in secunda tabula, nescio an è forbicinarum genere (alata enim est) leucomelana, sive nigra & alba, alis expansis. Numer. 2. eadem clausis alis atro-castanei coloris caudam habet, & bifurcatam & serratam. Numer. 4. omnium est vulgatissima. *Quinta* omnium minima caudam habet trifurcatam: sicut etiam sexta corpore admodum crasso, magnis & crassis pedibus, tota nigra. Postremo loco pictum insectum, è Gryllorum forte potius, quam Forbicinarum genere, coloris leucophæi, cauda trifida.

Ferrantes Imperatus Neapolitanus diligentissimus ac eruditissimus aromatarius, in naturali sua historia Insectum, quale hic depingimus, *Talpam* nominavit, quod Talpæ more pedibus anterioribus ceu manibus terram effodiat: sunt enim pedes utriusque animantis simillimi. Rusticis Neapolitanis, inquit, Guffulo dicitur, sed cur, non explicat. Nostri rustici vocant Zuccaram, quos ego secutus vermem cucurbitarium nominavi. Siquidem cucurbitas quas Zucas vocant, summopere infestant. Imperatus hoc insectum hortulanis apprime odiosum esse ait propter plurima, quæ stirpibus damna infert, earum radices devorando. Insectum est quatuor digitos longum, unum verò latum, habitu, corpulentia fere locustæ. In tria segmenta præcipue dividitur. Caput enim prima sectione ab ea parte, quam pectus liber appellare ventri superstatem, separatur. Hoc Locustæ ora, & faciem fere antè re præsentat, sed oculos medio quidpiam eminentis non nihil conspicitur, quod nasi vices, & locum tenet. Ocelli utrinque a terrimi splendentes gagatis in modum: sub his duo velut cornicula oblonga tenuia, forsan ad prætentandum iter extant. Extremo rictu, seu fræno alia velut emissitia cornicula, seu appendices in articulos seu internodia quaterna, aut quina ad commodiorem flexum, minora

tamen superiorib. intra verò rictum ipsum, ac oris lateribus aliæ binæ utrinque appendices, deniq; sub mento utrinque una protenduntur, quibus ut opinor, tanquam digitis quibusdam, alimentum in ore retinet ac complectitur, & forsan comminuit, ita ut partim dentium manus obeant. Terni utroque latere pedes. Primi antici lati, tribus articulationibus compacti, quarum extrema velut in digitulos secta est plures acutos serræ dentes referentes, cistam galli diceres, aut equitis calcar. Media & postica crura similiter tribus constât articulis, sed hæc maiora & in femore crassiora in altum supra tergum elevato medio, seu poplite, anticis longiora, sed minus lata maiora mediis, hirsutie molli infernè. Venter lanosus octo compactus est annulis. Dorsum vestiunt quaternæ alæ, superiores breves, & latæ, aliis angustis longioribus, & ad caudam fere extensis incumbentes. E cauda geminum exit spiculum longiusculum, ac subtile: cum Gryllo Locustæ specie affinitatem quandam habere videtur, estque colore fere per totum subcastaneo.

ARTICULUS VII.

De Sphondyle.

DE Sphondyle seu verticillo (ita dicitur, quod circa radices ita convolvatur, ut verticilli speciem gerat) diversæ occurrunt sententiæ.

Arist. H. A. l. 3. c. 8.
Plin. H. N. l. 27. c. 13.
Plinius serpentem facit. Aristoteles & Absyrtus, domesticæ meminere, quæ selpchio similis Hefychio & Camerti ex Aristophane, aversa coit; si tetigeris, fugit, & præ metu malè peddit: exiguo eadem corpore & subni-

Theoph. H. P. l. 9 c. 14.
gro. *Sylvestris* fit apud Theophrastum mentio. Natura eius nullam radicem etiam acrem intactam relinquere. Agricola eum longitudine & crassitie minimo digito æquat. Capite rubro, reliquo corpore albo, nisi quod superne sit aliquantò, ubi cibo sumpto turget, nigrum, sepedem, addit. Rodit radices cucumeris asini, chamæ-

Agric. de animalib. subterr.

leontis nigri, centaurii, peucedani, aristolochiæ, vitis sylvestris, &c. Tercio suæ generationis anno formicarum instar prorumpere, & Moguntinensem diœcesin infestasse, Malleolus author est: anno suum ortum sequente in scarabæos maiales verti, Cordus. Germanis Enger/ forte quasi *ἔγγυτος* dicuntur. Anglis Aprili & Majo mensib. plurimum nocent.

Malleol. l. de exorcif.

De *Differentiis* ita ex sua Observatione & Camerario Moufetus. Habeo penes me sphondylam cruciformem, colore ex cinereo albicante, capite nigricante; tacta veluti sese in sphæram colligit, & Verticillū foeminarum fuso nentium scitè exprimit: unde nomen. Extra terram torpet, aëris impatiens. Vulnerata liquorem emittit dilutius atrum, quo tanquam encausto literas scribere quis possit. Habeo & *rubram sphondylam*, intra terram ad duorum pedum profunditatem viventem: cui caput nigerrimum, os forcipatum, collum ex luteo rubescens, dorsum cocco infectum, sex pedes anteriores miniatuli, venter reliquumque corpus omnino flavum; nisi lateri utrique juxta ventrem, octo rubescencia punctula, ornatus nomine addita fuissent. Medium digitum lōgitudine æquat, & vergente ætate in muscam transmutata abit. Vidimus quoque *lucidam*, corpore crassiore, satis à medio dorso ad caudam cœrulescentem: à collo autem cæsi magis coloris videbatur, caput illi flavescens uti & pedes: os forcipatum atque rubeculum. Dum juvenis est, tota candidat corpore: Livor ætatem sequitur, incipitque à cauda. Mirum quomodo corpus in latum longumq; undoso quodam motu sine loci permutatione agit, ac inter movendum colores sæpius mutat. Nam dum in terra quiescit, albicat tota; dum verò agitatur, quasi per iracundiam, livescit. Omnino Cossis maioribus simillimum Insectum, quod ad corporis formam attinet; sed illi sese in verticillum agere & torquere nequeunt. Ex isto vermi magnum muscæ genus natum conspeximus, quatuor alis donatum.

Mouf. Theop. attr. Ins. 2. c. 6.

ñatum. Aliam denique habemus juxta *caparadices* inventam, eiusdem fere cum livida magnitudinis, capite viridi, albo, Xelampelino, coloribus mixtis notato: nos *Capariam* vocamus; quarum hic omnium icones repræsentamus. Nunc insuper Ioach. Camerarii de sphondylis sententiam addere placet, cuius mihi iudicium semper integrum. Sphondyli (inquit) forte sunt isti vermes qui in terra inveniuntur, initio Veris planè candidi, aut potius nonnihil lividi; qui autumnò fiunt obscure virides; & pellucente è cute, pullo quodam succo colorantur: Caput iis spadicum, nigricans & satis durum, ut facile radices arrodere possit. Erucæ statim conglobantur, & moriuntur, aliasq; resumunt formas, muscarum aut erucarum.

Crassitie sunt digiti unius & longitudine sesquiunciali; pedes habent *oçto* in medio corporis, quod caput spectat: nostri vocant *Erdtvorme*. Guilandinus dicit Sphondylos esse vermes, sic dictos, quod instar verticilli radicibus herbarum circumvolvuntur. Alii etiam vermes, *nigri subrubentes* testaceoque cortice, multis pedibus instar Scolopendræ præditi (cui etiam cognati videntur, nisi quod rotundiores, nec ita lati) reperiuntur in terrâ eruta prima æstate, eo quò dixi modo (si quis eos retigerit) convoluti. Engerliñ quoque vocant. Germani vermes subterraneos, flavos, nigro capite; juxta quod pedes tenues; in reliqua parte corporis nulli. Hi cum eruti fuerint, in globum se formant, atque Soli expositi statim tabescunt. Vivunt etiam tantum intra terram, & plantarum radices arrodunt. Omnes hi sese

conglobantes vermes, quis non inter Sphondylas censeret?

†

ARTICULUS VIII.

De Staphylino.

Staphylinus Sphondylo domestico, apud Absyrtum, similis est, qui cum nobis ignotus sit, non est mirum, nec tantam Staphylini notitiam esse. Moufetus duo insecta cum suis iconibus proponit.

Prima tota cum splendore nigricat Blattis non multum dissimilis, sed corpore magis gracili ac longiore. Totum corpus duos digitos transversos vel minus longum, cauda bifurca; quam dum aufugit (fugit autem atq; currit valdè velociter) quasi in sui defensionem elevat, ac duos veluti aculeos candidissimos, breves, extrudit: Verum nec pungere eum vidimus, nec ferire; minoresque & molliores aculei sunt, quam ut penetrare possint. Hos dum per iram exerit, effundit cum iis albam & crassam quandam substantiam, sed humido unguento molliorem. Vivit maximè ex parte subter terram; sæpius tamen inter segetes supra terram conspicitur.

Alterà quam à Kniveto depictam accepit, quæque frequens in Norfolcia, caput habet parvum, è puniceo fuscum, fere globosum; os forcipatum atque exiguum. Proximè à capite tres utrinq; pedes; quorum duo priores breves sunt, (Erucarum more) quatuor reliqui colore ferè sanguineo, quadruplo longiores. In medio corpore sub ventre *oçto* habet pedes obtusos, veluti etiam Eruca. Cauda tuberosa, & duabus setis bifurca. Venenatam utriusque naturam ex eo didicimus, quod equi duo, dum cum fœno eas devorarent, toto corpore inflati interierunt.

Meminit Staphylinorum & Cordus, qui Gallis Courtilles. Inveniuntur in hortis parvi digiti quandoque longitudine, tumulosque elevant, more talparum, in quibus dormiunt. Thymum potissimum & sambucum

infe-

infestant; sed non ita, quin aliis quibuscunque herbis plantisque vim inferant.

ARTICULUS IX.

De Anthreno & Afello
Arvensi.

REferre huc placet Anthrenum & Afellum arvensem Moufeti. Illud Græci ἀνθρήνον ἀπρον, alii Crabronem reptilem; quidam speciem Phalangii Plin. pennis tantum à Crabronibus differentem. Rostrum illi, inquit Moufetus, aduncum, & forcipatum, vultusque erectus. Noctuam illam cornutam (qualem in Belgio vidimus) plenè exprimit; Oculos habet piceos, pectus hirsutum valde & fulvum; pedes ortu flavi, deinde fuscii: octo incisuris ex rubro flavescens; constat reliquum corpus, quas maculae in dorso Coracinæ valde ornant. A summo rostro antennæ sive cornua emergunt flava, hirsuta, flexibilia, tamen tactu non nihil dura. Morsum ore infert ægrè curabilem; non ita tamen lethalem, ut Phalangium videatur; nec ita lenem quin Crabronis superet *ναυήθειαν*.

Afellus arvensis ob similitudinem, quam cum afello habet, dicitur. Reperitur inter arvos, segetes, pedum duntaxat numero (quippe sex tantum parvos & nigricantes habet) à reliquis discrepans; Collum illi brevissimum, corpus latiusculum, compressum, cauda aliquantum mucronata. Iulio mense agro Colcestriensi eum Pennius vidit, alias nunquam reperit. Quem in Medicina usum obtinuit, nobis adhuc exploratum est.



CAPUT II.

De Insectis apteris octo-
pedum:

ARTICULUS I.

De Scorpione.

Insecta aptera octo pedum sunt Nomen.
Scorpio & Araneus. *Scorpius* nomen Aldr. Hist. Ins. l. 5. c. 11
apud Græcos *σκόριον* τὸ σκορπιζέειν τὸν ἴον, Mouf. Theatri Insect. l. 2. c. 10.
quod venenum jaculetur; vel ut alii *σκόριον* τὸ σκαιοῦς ἔργον, quod flexuose serpat, nomen invenit. Plinio *Scorpio* etiam, Ciceroni & aliis *Hepa*, Pandectario *Satocollos* dicitur.

Animalculum est colore subatro & Descriptio
veluti fuligineo, corpore oviformi, *Capite*, quod in pectoris summitate gerit, latente, *Oculis* tam exiguis ut penè nulli conspiciantur. *Pedes* habet octo: *chelis* & forcipibus solidis furcata bina *brachia*, cæteris grandiora, fluviatilibus astacis & cancris haud absimilia. Aristoteles quinque bisulcis dentata forcipibus habere scribit. Ex corporis imo, *cauda* producitur, globulis multis septem plærumque, aliquando sex, & novem, quorum ultimus, cæteris longior, solus præfixo simplici vel duplicato aculeo, & non nihil reflexo ad ipsius extremitatem, armatur. Dentem Plinius dixit. De Plin. H. N. l. 11. c. 37.
lingua nescio quid apud Gordonium Nicand. in Theriac. Plin. H. N. l. 11. c. 37.
habebis. Lambere ea cutem dicuntur. An tenui fistula quod Plinio, Æliæ. H. N. l. 9. c. 4.
liano, & Nicandro, visum, pertusus sit aculeus, qua venenum ei aculetur, Galen. de loc. aff. l. 6. c. 5.
authores viderint. Galenus certe negat. Admitti fortè potest, cum & in viperæ sectione, sub dentibus vesicula lateat, è qua venenum, cum mordet, effundere solet.

Loca frigidiora nullos alunt: innoxii qui in Germania & Helvetia habentur. In Italia, Romæ imprimis, America, Persia, inter Susas imprimis & Mediam, Canariis insulis, Numidia, Scythia, Pescara, Barbaria, Æthiopia, India Orientali prope flumen

Ælia. H. A.
l. 10. c. 23.
29. l. 15. c.
26. l. 17. c.
40.
men Estamenum, tanta multitudo, ut incolæ solum vertere necesse haberint. Plura in differentiis occurrunt. Sub lapidib. & in parietib. plærumq; latitare solent.

Victus & Generatio
Ael. H. A.
l. 6. c. 22.
Plin. H. N.
l. 11. c. 25.
Æl. 20. c. 12.
Antig. Hist.
Mira. c. 24.
Holl. Prax.
l. 1. c. 1.
Plin. H. N.
l. 10. c. 72.
Plin. H. N.
l. 20. c. 12.
Terra vivunt, & aliquib. in locis, herbas, lacertas, aspidas, verticillos, & blattas comedunt. Non coire, sed nimio Solis calore procreari, apud *Ælianum* habemus. Per putrefactionem ex paguris, Crocodili cadavere, *sisymbrio*, *ocymo*, & si *Alberto* fides, lignis putridis, nasci, dubitari non debet: per coitum, & quidem vere & autumno, sæpius undenos, *Moufetus* author est. *Vermiculos*, inquit, quod vidimus albos, vivos, ovorum specie pariunt & incubant: mox ut prolem perfecerunt, pelluntur ab ipsa, interimunturque magno quidem numero. *Antigonus* fœtum ab ipsis devorari arbitratur, unum modò solertissimum relinqui, qui ipse matris clunibus imponendo, tutus & à cauda & à morfu fiat: reliquorum hunc ultorem, & supernè parentes conficere.

Natura & Mores.
Plin. H. N.
l. 29. c. 4.
Scal. Exer.
245. l. 3.
Non nisi pilosas partes attingunt. Cum incedunt, transversos sese inferunt. Propter longitudinem enim pedum posteriorum, quos in vacuum ponere necesse habent, ingressionis corrumpitur quadratura. Nunquam mansuescunt, quod *Galenus* prodidit. Vnum per viginti duos dies in oleo vixisse, & in imo vasis ambulasse, *Albertus* author. Quid in fœtum committant, & ab eodem vicissim patiantur, paulò ante dictum. Umbram solis declinantes, umbram petunt: nec nisi calcati, prodeunt & aculeos exerunt. Capite ablandiuntur prius, ut cauda commodius feriant. Nec *Isidis* sacerdotes circa urbem *Copton* lædere, nec *Psyllus*, apud *Ælianum* invenies. Porci nigri percussi, omninò moriuntur: non nigros ab ictu liberos dicunt. In *Æthiopia*, qui eor. excrementa calcavere, ita pedib. exulcerantur, ut vix convalescant. Nulli animalium nocere, cui non sit sanguis, reliquit quidem *Plin.* sed *Wolphius* cum vipera, conclusum, mutuis periisse vulnerib. vidit. Cum omni virulentorum insectorum genere, escæ

causa configere, *Ælian.* author est.

Æll. c.
Venenum
& *Medela.*
Pestis importuna veneni, nisi quòd graviore supplicio lenta, per triduum morte conficiunt, virginibus lethali semper ictu, & fœminis ferè in totum, viris autem matutino, exeuntes cavernis, priusquàm aliquo fortuito ictu egerant venenum. Constat eos, quib. septem aut novem caudæ internodia sæviores esse: plurib. enim sena sunt: feriunt obliquo ictu & inflexo. Venenum omnib. medio die, summa item æstate exasperatur, cum incanduerit solis ardoribus: itemque cum sitiunt inexplebili potu. Maximè exitiales sunt, si suū genus adeant, antequam noceant. Incurabile venenū, si ictus eo die ocimum comederit. Non sentiunt puncti dolorē, si manu cnicum tenuerint. Symptomata varia affligunt. Locus affectus inflammatione corripitur, indurefcit, intēsius rubet, vicissimque dolore premitur: modò æstuat, modò frigore corripitur. Vulneratum affligit sudor & tremor. Extrema frigescent, inguina attolluntur, flatus per sedem prorumpunt, capilli eriguntur, facies distorquetur, &c. *Dodonæi* famulus tam frigidus sudore perfusus erat, ut argentissima nive se opprimi quereretur, &c. Infinita contra ictū apud authores profstant remedia. Ex herbis sunt *AbSynthium*, *Abrotanum* ex vino pota; *Amomum*, *Ammi*, *Anisum*, *Allium*, *Aristolochia*, *Alphodelus*, *Assa fœtida*, *Attractilis*, *Atriplex*, *Bhtum*, *Caltha*, *Calamintha*, *Cœpa*, *Cétaurea*, *Chamēpitys*, *Colocynthis*, *Cyperus*, *Galbanum*, *Hordeum*, *Iris*, &c. Ex fruticib. *Balsamum*, *Myrtus*, *Paliurus*, *Rosa*, *Rubus*, *Laurus*, *Morus*, *Thus*, *Vitis*. Ex animalib. *Sputum humanum* & *urina*, *Mumia*, *Ranæ fluviales*, *Coracini pisces in Nilo*, *Scorpio deniq;* ipse tritus, & cum sale, lini semine & *althæa* impositus. Taceo composita, quæ ap. *Diosc.* *Plin.* *Rhasen*, *Albucasin*, *Oribasium*, *Serapionem*, *Sylvaticum*, & alios extant, & à *Moufeto* ac *Aldrovando* collectæ sunt. *Villanov.* herbam trinitatis, cum succo radicis ebulli, & vino, tanquam unicū remedium commendat. *Ioh. Arden.* Chirurgus

rurgus Anglus præsentissimum ait, si tres quatuorve sanguinis guttæ juxta vulnus extrahantur, eodemq; vulnus statim illinatur. *Fugantur* suffumigio ex sulfure, galbano, & ungula alini.

Plin. H. N. l. 20. c. 4. *Non egrediuntur*, si raphanum incisum cavernæ imposueris. Rhasis radicem enulæ gestatam laudat, & c. *Torpescent*, si delphinium herbam substraveris. *Necantur*, si raphanum commāsum, basilicum latifolium, in aqua nascens, aconitum, helleborum nigrū,

Plin. H. N. l. 35. c. 19. *Antipathia*. *Antipathia*. *Plin. H. N. l. 29. c. 4.* *Arist. H. A. l. 8. c. 29.* *Plin. H. N. l. 25. c. 10.* ocymum rubro flore imposueris, & Galatæ insulæ terram. De *Antipathia* habet. Scorpionē & Crocodilū, simul atque alteralter. conspexerit, in mutua funera sponte rapi, id ab Ægyptiis proditum. Stellionem, visu quoque pavorem ipsi inferre, & torporem frigidid sudoris. Cum sol in Cancro est, serpentes iētib. torquere. A vipera devorari. A vespis, apib. & crabronib. non attingi, qui à scorpionib. percussi sunt. Reviviscere mortuum ajunt, si quis helleboro candido linat. De odio inter eos & aconitum, ita

Plin. H. N. l. 27. c. 2. *Plinius. Hoc quoque tamen in usus humana salutis vertere, scorpionum iētib. adversari experiendo datum, in vino calido. Ea est natura, ut hominem occidat, nisi invenerit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus invento. Sola hac pugna est, cum venenum in visceribus reperit: mirumq; exitialia ambo cum sint, duo venena in homine commoriuntur, ut homo supersit. Imo verò etiam ferarum antiqui remedia prodiderunt, demonstrando, quomodo etiam venenata ipsa sanarentur. Torpescent scorpiones aconiti tactu, stupentque pallentes & vinci se consententur. Auxiliatur eis helleborum album, tactu resolvente: ceditque aconitum duob. malis suo & omnium, & c.*

Vfus in Medicina. Galen. l. de Theriac. ad Pison. c. 9. Magni est in calculo atterendo & pellendo usus. Comburitur à quibusdam, & cinis cum pane felicissimè exhibetur. Alii Olea conficiunt, inter quæ laudatissimum & mirabile, quod Matthiolo debemus. Habetur & apud Ianum Damascenum confectio.

Differētiæ. *Differētia* Scorpionum, à forma, sexu, loco, quantitate, colore & viribus sumuntur. *Formam* si respicias est *I. Gibbosus*, cauda pro corporis pusilli ratio-

ne magna, quam post se convolutam trahit. Pallidus videtur: sed aculeus admodum productus albescit. Omnium celerrimè, & calidum solum, venenum infundere, prodiderunt Arabes. Ad iētum, calor corporis in singulas ferè horas variat, & ex viridiflavo, albo, rubidoq; alteratur: acuta febris affligit, lingua tumet, urina sāguine tingitur. Remedia vide ap. *Mouf. 2. Caudati & non caudati*, & vel unum habent aculeum vel duos. Qui paguros imitantur, splendescunt sunt colore, & eadem quæ alii inferunt accidentia. *3. Alati*, quos Mauritania alit, Lybiam dicit Lucianus. Alis sunt tenuib. ut Cicadæ. *4. Non alati*, quos ibidem inveniri Strabo asserit. *5. Paguror. & cancror. instar*, qui splendescunt colore sunt, & eadem quæ alii accidentia inducunt, vide infra in Differentiis de colore. *6. Septem vel octo nodis*, qui se vires. Sex qui benigniores. *7. Caudati* qui vel unico muniuntur aculeo, vel duplici. *Excaudes.*





Plin. H. N. l. 11. c. 25. *A Sexu* sunt. *Mares* graciliores, l6. *giores*, ventre, chelis & spiculo maculatiores, qui venenum habent infestius. *2. Fœmina*, quæ maiores, pirguiores, vētricoliores, placabiliores.

A Loco sunt. *1. Pescarensis*, in Afr. à qb. iēti continuò moriuntur. Ideò cives relicta temporis æstate urbe, ruri ad Novemb. usq; mensē commorantur, si Leoni Africano fides. *2. Aegyptiaci*, qui maximi, & statim interficiunt. *3. Lybici*, qui vel *terrestres*, multis corporis vertebis insignes, vel *volatici*, de quib. antehac. *4. Americani*, omnium minimi, sed maximè virulenti, si Africanos demseris. *5. Castellani*, quos agricolæ, dum terram aratro scindunt, formicar. more congregatos, inveniunt, ubi per hyemem delitescunt.



A Quantitate. *1. Minimi* sunt Americani. *2. Maximi* Africani, & illi qui in India Orientali.

A Colore septem sunt apud Nicand. *Elia. H. A. l. 5. c. 26.* *genera. Primum* albicat, & minimè est lethale. *Alterum* ore est rufescente: ad iētum, vehemens ardor, febricitatio, & sitis intolerabilis sequitur. *Tertium* luridum & nigricans, cuius iētus inconstantem membror. iētum facit, cachin-





Aranei Spinnen Aldrov. Tab. 1.



cachinumq; Sardonicum. *Quartum* colore ad viride inclinante. Adictum frigus & horror invadunt. Septena aut novena habet internodia. *Quintum*, lividum pallidumq; est, amplo & distento ventre. Vescitur herba: & dente quoque mordet. Virus ejus Nicander βυβρωσίον vocat, quod ab ipso vulnerato, homini bubo intumescit. *Sextum*, & *septimum*, ad differentiam ex forma pertinet. *Illud* cancro marino littorali simile est, corpore grandiori, orbiculari. Matthiolus nigros, ferrugineos, virides, in Arcinonenſi comitatu vidit. *Hoc* ad Paguror. formam accedit, ex quib. in sicco cavernam aliquam ingressis, & postquam mortui sunt putrescentib. oritur. *Ælianus flammeum* vocat: quod pagurum coctione rubentem æmuletur.

A viribus sunt 1. *Noxii*, de quibus in præteritis. 2. *Innoxii*, quales sunt in Noricor. subalpinor. regione, Pharo, Avaniensi territorio, Helvetiæ agris, & Germaniæ regionibus.

ARTICULUS II.

De Araneo.

PUNCTUM I.

De Araneis in genere.

Nomen. **A** Raneum, seu Araneam, Isid. quasi ab aëre nutritam & natam esse vult, perperam. Sollicitè muscascapere scimus: scimus & coire, & ova ac vermiculos excludere. Melius cum *Becman*, ab Ebr. בָּרַחַת textū deducas. Græc. ἀράχνη & ἀράχνης, ὡς τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν: ἢ ὡς τὸ εἰς τὸν ἀερα ἀρεῖν τὰ ἴχνη, dicitur. Alii μνοχαύτην muscatricem, Kiranides θήραρον, Hesych. σιθὴν vocat. Οὐλίς quoque nonnullis araneus, φάλαγξ & φαλάγγιον pro araneo quovis sumuntur, *Lydiam* & *aridam* Juvenalis vocavit. Illam propter Arachnen puellam, quæ in hoc insectum à Pallade immutata dicitur. Hanc, quòd telam aridam texat. *Audax* est Claudiano, quod cum Pallade congredi ausa fuerit.

Descriptio *Caput* omnibus minimum, excepto uno, quod grandissimo capite Plinius esse dixit. Omnibus terna in cruribus internodia, quibusdam bini pedes

prelongi accedunt. Nam omnes eiusdem longitudinis habere, diversitas operarum innuit. Quibusdam fila quæ neverunt, attenuant, & in longum protrahunt: aliis eadem in telam deducunt, ac invicem conjungunt: aliis denique per eadem prorepunt, & cum volunt, ex iis ceu immobiles se suspendunt.

Nulla ferè non regio Araneos alit. *Locus.* Gaudentius tamen Merula in vetusta prope Gratianopolim in Gallia turri non inveniri, immisos emori, author est. De *Phalangis* in Differentiis agetur.

Vicitant muscis, asilis, tabanis, vespis, sæpè & parvis Lacertis. Nihil conficere vel recondere, author est Aristoteles. Quicquid ceperint, foras fugendo evaporare. Filo suspendere, alii existimant.

Ex seminib. aëriis situ & corruptione putrefactis generari inde colligere licet, quòd novissimæ ædes, primo ferè quo dealbantur die, eorum corporib. telisq; scatent. Propagatio plerumque coitu fit, cujus actio & desiderium fere totum ver durat. Tum retis mutua & repetita attractiuncula, venerem quasi accendunt: continuo inter trahendum propius accedunt, tum deniq; averſis clunib. quia ille cœundi modus, (ob globosam corporis formam) maxime erat conveniens. De *Partu* ita Aristotel. *Parit* *vermiculos pusillos primum. Totius n. mulatione fiunt, non ex parte. Subrotundi per initia sunt: cum peperit, incubat, ac figurat trib. dieb. In tela sua parit omnes: sed partim in tenui & brevi, partim in crassiore, & alia insinuata: nonnulla etiam aliqua ex parte circumdantur à tela. Non omnes aranei simul generantur: statim nati & saliant & filum emittunt. Humor idem in vermiculis attritis, & in juvenculis araneolis; quippe crassus, candidus. Circiter quater septenis diebus absoluti fiunt. Vifa* *ova multa, modica, livida, exiguis maculis aspersa, mollia, viscida. Vifa ex unico ovo multi prodeunt fœtus, tam exigui, ut vix oculis percipi queant. Vitus deniq; sub captæ araneæ alvo, magnus ovorum, adeò exiguor. ut atomis comparare licuisset,* *Aldrov. l. c.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 2.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 2.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 22. ed. Scalig.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 22. ed. Scalig.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 48.*

Generatio *Arist. H. A. l. 5. c. 48.*

candidorum, & quæ digito compressa, crepitum excitabant, cumulus.

Antipathia.
Plin. H. N.
l. 11. c. 24.

Cum stellione, lacertis, & serpentibus. diffident. Lacertor. catulos venantur, hos primum tela involventes, & tunc demum labra utraq; morfu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cum contigit. Librat idē, verba sunt Plinii, se filo in caput serpentis porrectæ sub umbra arboris suæ, tantaq; vi morsus cerebrum apprehendit, ut stridēs subinde, ac vertigine rotata, ne filum quidem desuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat: nec finis ante mortem

Plin. H. N.
l. 8. c. 24.
et l. 11. c. 24.

est. De Presagiis hoc habet: ruinis imminentibus, cum telis primos cadere: in incremento omnium futuro, telas altius tollere, & quia sereno cælo non texunt nubilo texunt, multas araneas imbriū signa esse. Sub Leuētricæ pugnae tēpus, albas circa templi valvas texuere telas: ad orientibus, fines Macedonibus nigro opere omnia cōplevere.

Pausan. in
Bœoticis.

Ingenium.
Arist. H. A.
l. 9. c. 39.
Plin. H. N.
l. 11. c. 24.

Ingenium solum texturæ artificium testatur, quod in tertio genere post Aristotelem Plin. elegantissimè describit. *Orditur, inquit, telas, tantique operis materiae uteris ipsis sufficit, siue ita corrupta ab vi natura statim tempore, ut Democrito placet; siue est quadam intus lanigera fertilitas, tam moderatō ungue, tam tereti filo, & tam aequali ducit stamina, ipso se pondere usus. Texere à medio incipit, circinato orbe subtegmina (νερόνας) annexens: maculasque paribus semper intervallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatās, indissolubili modo implicat. Quanta arte celat pedicās scutulato rete grassantes, quā non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas tela, & quadam politura arte, ipsa se tenax ratio trame? (villosa & lanuginosa filor. natura) quam latus ad flatum non ad respuenda quæ veniunt sinus: derelicta laso pratenti summa parte, ut arbitrari licet illa quæ difficile cernuntur: atque ut in plagis lineæ offensa precipitant in sinum? Specus ipse qua concameratur architectura, & contra frigora quanto villosior? quā remotus à medio, aliudque agendi similis? inclusus vero sic, ut sit nec ne, intus aliquis cerni non possit? Age firmitas quanta irrupentibus venis? qua pulverum mole degravante. Latitudo tela*

sepe inter duas arbores, cum exercet artem & discit texere: longitudo fili à culmine ac rursus à terra per illud ipsum reciprocatio, subitq; pariter ac fila deducit. Cum vero captura incidit quā vigilans & paratus ad cursum? licet extremum hereat plagii, semper in medium currit: quia sic maximè totum concutiendo implicat. Scissa protinus reficit ad polituram sarcians. Namq; & catulos lacertar. venantur: hos primum tela involventes, & tunc demum labra utraque morfu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cum contigit. Fæminam putant esse quæ texat, marem, qui venatur, ita paria fieri merita coniugio. At Aristot. fæminam & venari & texere scripsit. Flandris ideo similes Scaliger facere dicit, qui otiose agitant: mulieres negotia exercent. Novam verò telam mane & vesperi textit: illudq; tam firmum, ut ex alto se filo demittens, parieti vel arbori adeo affigat, ut ne ab imbre vel ventis detrudatur. Μαρο- Arist. l. 63 σκελεσερ de imo loco se suspendit, ut inde bestiolæ irretiantur; minor superiore loco excubat, in exiguo se telæ foramine occultans. Sensus esse exquisitissimi vel exinde colligas, quod in medio suæ telæ residentes, Muscā in remotissimam etiam partem imegisse sentiant.

De Nocuentis & Remediis in Differtentiis exactè agetur. Oleis & vitibus sunt inimici, domosq; conspurcant. Demorso penis erigitur. Si quis casu devoravit, vinum mellissæ superbibat necesse est. Prodest & resina abietis sumpta. Morsui allium cum ruta permistum & ex oleo tritum felicitet superimponitur. Huc emplastr. de mucicis, adeps humanus, sanguis testudinum, cinis unguis arietinæ, stercus capræ dissolutum, cerebrū capi cum pip. in vin. dulci sumtum, & c. faciunt.

Nocuentia & Remedia.

Plin. H. N.
l. 32. c. 4.

In Cibis ap. quosdam fuisse admiratione non caret. Fit cujusd. meretricis tempore Alex. M. quæ à juventute araneis nutriebatur mentio. Meminit & Albert. Colonienf. cujusdam puellæ. Sed & Heroina quædam ap. Anglos, teste Mouf. eis non abstinere. Notat & Cardan. triennem. In Medicina haud contemnendi sunt usus tam aranei, quā telæ. Aranei faciunt

Vfus.

Mouf. Theat. Insect.
l. 5. c. 15.
Cardan. de
variet. rer.
lib. 8. c. 40.

ciunt ad *quartana* averfionem, fi alutę vel nucisputamini inclusi, lacerto aut collo appenfi fuerint: quod per experientiam verum fuiſſe ſcripfit Pennius. *Ad auris dolores*, ſi oleum cui incocti tres auri immittatur, vel ſuccus eorum exprimatur. Plin. aceto maccari, conteri, & cum croco immitti debere ſcribit. *Ad uteri ſuffocationem*, ſi ceratum ex iis confectum umbilico ſuperponatur. *Ad ſuppreſſam alvum*, ſi cum filo descendens, ſiniſtra manu apprehenſus & contritus, umbilico appoſitus fuerit. *Ad ſtringi* ajunt, ſi aſcendentem ita adhibueris. *Ad Condylomata*, ſi dempto capite pedibusq; infricetur, &c. *Tela* adſtringit, refrigerat, ſiccatur, glutinat, & nihil putreſcens diu ſubefſe permittit. Ideo hæmorrhagias, dyſenteriam, & alios fluxus liſtet. Emplaſtri febrifugi compoſitionem apud Strobelbergerum ingreditur. Cum oleo impoſita, articuloſorum vulnera conſolidat. Ingreditur unguentum contra ſerpigines. *Condylomata*, alligata abſumit. *Verrucæ* ſi rudior in pilæ formam convoluta, & verrucæ impoſita, accendatur, & in cineres ibidem redigatur. Paratur apud Ægyptios ex multis araneis & telis medicamentum, cum oleo roſacco linimenti inſtar: vel araneas in ipſo oleo incoquunt, quo calido carpum ambar. manu inungunt.

PUNCTUM II.

De Araneorum Differentiis,
& primò de Innoxiiis.

DE Araneis dicturis occurrit Mouſet. Hic enim Araneos eleganter, in *Noxios* ſeu Phalangia & *Innoxios* qui vel *Domestici*, vel *Subdiales*, diſtinguit. Utroſq; denique in *Retiarios*, *Telarios* & *varios* diſpeſcit: Omnes cum ætate maiorem acquirere peritiam; lanis inſuſos, tinearum generationem augere, & ſenectutem quotannis ſæpius exuere addit. Apud Ariſtot. tria habentur genera. *Primum* mordax: *alterum* luporum: *tertium* e-rudita operatione conſpicuum, de

cuius tela ſuperius diximus. Ariſtot. σοφώτατον καὶ γλαφυρώτατον, ſapientiſſimum & elegantiffimum dixit. Aldrovandus à ſe obſervatos duabus tabelis expreſſit. Nos, ne quisquam omit-tatur, utrumque coniungemus.

Ex *innoxiiis* ergò, de *Domesticiis* jam in genere ex parte actum eſt, qui omnium maximi *subdiales* à rapacitate, venatorum, & Lupor. *λύκων* nomen acceperunt. Hor. minimi non texunt: qui verò maior eſt, aſperam parvamq; telam apud terram aut ſepes orditur. *Cavernarum* exigua vestibula præ-tendens, & primordiis telar. intus poſitis, obſervat dum aliquid in tela of-fendens commoverit; mox accurrit ut capiat.

Ex *Retiariis* unum maximum vidit Mouſet. *Corpus* illi ſpumeum ovali ferè figura. *Caput* ſub ventre exiguum & forcipatum. *Dorsum* variis maculis candicantibus ornatum. Brevi tempore à piſi magnitudine ad eam craſſitiam aſcendit. Inter roſar. ramulos autumno rete expandit, & muſcas, culices &c. mira dexteritate fune attracto illaqueat.

Telarii vel *ſubtilem* telam texunt, vel *mediocrem*, vel *vilem*, *crasſam*, rudem & deformem. *Priores* ſunt *Domestici*, ex quibus unius, fuſci coloris, & cuiusdam ſi inter oculos ſolem-que ponatur pelluciditatis. Ex illis qui *Mediocrem* texunt eſt *Agreſtis* ſeu *Sylveſtris*, qui in ſepib. cum ſago lin-teamen expandit. *Corpus* ipſi fuſcum, leniter hiriſutum. *Pedes* polymiti, nigri & albi maculis ſeriatim varii. Os forcipatum, acetabulis munitum. *Puncta* in capite ſupra os duo, albicantia, forte oculorum vice. *Tela* ne pluvias quidè transmittit. *Filum* ducit & quaſi in faſciculum colligit *hic* *Campeſtris*. Penniuseum in Colceſtrenſi agro inter Origanum muſcis inſidiantem obſervavit. *Corpus* eſt globi æmulum. *Dorsum* quindecim maculis notatum. *Anus* quadrangularis & nigra. *Pedes* proximo deſcripto ſimiles.

Huc ſpectant tres *Subdialium* ſpecies. In murorum rimis degunt. *Sordidam* & parvam telam texunt, &

Schrod.
Pharm. l. 2.
p. 53.

Prosp. Alp.
l. 4. de Me-
dic. Ægypt.

Differenciæ
ex Mouſet.

Mouſet. Tab.
Inſ. l. 2. p. 113

Mouſet. l. 2.
p. 14.

Ariſt. H. A.
l. 9. c. 62.
ed. Scalig.

extra speluncam spe prædæ longè vagantur, eandemq; correptam in antrum trahunt. *Maximus*, inquit Mouf. fusco est colore, caput illi quasi ovale, corpus globosæ ferè rotunditatis, utrumque latus duæ parvæ ac breves lineæ albæ exornant, circa medium dorsum colore est magis albicante: pedes habet ex nigris fuscisq; maculis pulchre varios. *Medius* minor est tinctura *grisea*. Spinam albæ tres quasi margaritæ illustrant, quar, quæ collo proxima, maior & longior. *Tertius nigrior* videtur, dorso crucem gerens transversam, rectangularem altissimam, ideoque à quibusdam Sanctus vocatur. Eluporum hos esse genere conjicio, quia currunt cum saltu quodam, & voracitatem miram produnt, nihil enim in crastinum reponunt, sed omnes uno die prædas absumunt. Cinereum huius generis vidit Gesner.

Moufet. l. 6.
p. 234.

Ex variis sunt *Longipedes Nigri*, *Albi* ex *atro ruffescentes*, & *Rubri*, de quibus idem Moufet us ita. Sunt præterea Aranei *Longipedes* in ordinatæ rudissimæque telæ artifices. Campestrum corpore ferè globoso & fusco, graminicolam, ovisequū, Angli Shepherd sive opilionem nominant, vel quia ovium consortio gaudet; vel quòd agros illis refertos, pastores noxa & veneno carere (est enim & ipse tam intus quàm extra sumptus, animal innoxium) existimarunt. Sunt adhuc plures Araneorum species. Est enim araneus quidam *niger* breviusculis pedibus, ovum sub ventre niveum secum portans & celeriter currens; rupto ovo araneoli multi egrediuntur, qui cum matre ad pastum omnes unà procedunt; vesperi verò parentis dorso conscenso requiescunt. Hunc verrucis asperum credidit Pennius, donec stipulæ contactu araneolorum descensum planè viderat. In putridis quoque & cavis arboribus Aranei nigerrimi, magno corpore, pedib. brevissimis, cum Afellis & Iulis habitantes. Vidimus item (inquit Gesnerus) totos *albos*, compresso & latiusculo corpore, in flore Oreoselini, in rosis

atque in gramine, pedes illis tenuissimis longissimi, os macula, latus vero utrumque rubicunda linea notatur. Venenatum credit, quia certopithecum ejus esu penè exanimem vidit, & vix oleo infuso liberatum. Novimus quoque oblongo corpore araneos & acuta cauda ex *atro ruffescentes*, veluti etiam *virides*. Sunt & *rubri* duum generum. Vnum majus in terræ cavernis tantum habitans, pectore miniato, pedibus ex rubro flavescentibus, cauda atque ventre ex fusco colore ad flavum nonnihil tendentibus. Aliud genus valde minutum, reduvio ovili minus, (intense veluti ex Cocco) rubens. Sex tantum pedes habet, ut monstrum aranei referat: caput illi araneis simile, sed parvum valde. Intra terram habitat, rudissimam telam operans, & indigestam; quandoque foris oberrat, & in præda captanda magnam agilitatem monstrat.

Aldrovandus suos duabus, ut dixi ^{Differetia} tabellis expressit. In ^{ex Aldrov.} *priore* viginti & ^{Aldrov. de} unum delineat. ^{Inf. l. 3. cap.} *Prior* è parvorum genere est, corpore crassiusculo ac oblongiusculo, pedibus octo instructus, totus cinereus, parvam textit telam, araneum lautum vocant. *Secundum* pictus minimorum generis, totus est viridis, Araneus pratensis nuncupatus. Numero 8. Araneus est pedibus brevibus, totus subcastaneus, asultim ingreditur, arbitrorque eum esse, quem Pulicem Aristoteles nuncupavit. Eiusdem generis est, eiusdemque coloris, qui *quarto* numero datur. Ex minimis est *sextus*, campestris, rotunda alvo, alboq; pectore vero castaneo, tribus albis notato punctis; cum totidem nigris notetur alvus: pedibus tenerrimis, longiusculis, telam textit oblongam, in medio, quo residet, rotundam. *Septimus* totus viridis, & ipse pratensis, protenso corpore, & acuta alvo, lineis candidissimis quinque insignita. *Octavus* ex minoribus est, brevissimo corpore, alvo admodum orbiculata, crassissima proportione corporis,

poris, pedibus mediocris longitudinis, totus nigricat. *Nonus* corpore maximo, at brevi & compacto, adeo ut vix pectus eius sit conspicuum, figura marsupium æmulatur, totus ruberrimi coloris. *Decimum* lautum quoque dicunt, alvum habet bifidam, qualem in aliis non invenias, pedes verò qui hirsuti sunt, illius quã pictor expressit proceritatis ac crassitiei. Color ei cinereus, maximè in pedibus, corpus enim nonnihil ad castaneum inclinatur, & punctulis candidissimis undique maculosum est. *Undecimus* quasi triangulari alvo, totus flavescit, quemadmodum *duodecimus* huic postremo congener, totus candidat. *Decimus tertius* albo, & cinereo fusco varius telam texit, parvam, rotundam & subtilem ex mediocrium genere. *Decimus quartus* admodum exiguus, rotundus, coloris flavi, longissimos habet & subtilissimos pedes, agros colit. *Decimus quintus* corpus habet rotundum, videturque pectore carere, colore est subluteo & subviridi, maculis tortuosis, serpentium gyros æmulantibus varius. *Decimus sextus* idem forte est, licet paulo minor. *Decimus septimus* pratensis est, corpore procero, pectore candido, alvo flava, pedibus crassis, quorum penultimi cæteris paulò sunt breviores, nulla in omnibus apparent internodia; antennis caret. *Decimus octavus* sextantummodo pedibus instructus folliculum texit candidum, sicuti in expresso hic mori folio videre licet, unde aranei generis esse vix credo, corpore Araneis simile animalculum est, cinerei coloris. Numero 20. expressus ex minimorum genere, colore ex castaneo, lineis duabus flavis per alvum notatus. Postremus in hac serie, capite, pedibus, & pectore a terrimis, alvo ex albo cinerea ad maiorum genus redigitur. E phalangiorum genere videtur.

In *secunda tabella* novem sunt aranei. *Primus*, terrestris quoque dici potest, quia terram habitat è Pulicum genere, salit enim. Corpus habet breve & breves etiam pedes, ex cinereo fuscus totus. Secundus huius ordinis

corpore est atro, albo variante, grandi capite, candicante, brevibus antennis, pedibus cinereis. Tertius exiguus, subalbidus ad luteum vergens, maculis variegatus nigris. Quartus araneus fœmina prolem tergo ferens, sed ea orbata: corpore procero, pedibus crassis, crassissimo item pectore. Quinto loco exprimitur ejus fœtus. *Sextus* idem forte qui quintus, prole tam numerosa onustus, ut quadam hirsutie villosus esse videatur. Proliger dici potest, color ex leuco-phæo ad atrum vergit: *Septimo* & *octavo* loco pictus Araneus prono & supino corpore, *ὠχρομέλας* dici potest, atro enim & luteo variat. *Nonus* est ex minimorum genere totus flavus alvo triangulari.

Addamus hic *Indicos*. In Cumana adeò firmas telas texunt, ut difficulter dirumpantur. Alibi adeò virides ut serico eiusdem coloris æquari possint. In Hispaniola ipsi aranei pilas lusorias corporis magnitud. æquant, si Oviedo credimus. In *Brasilia* sex species observavit Marcgrav. *Nhamdui* nempe, *Elegantissimum*, *Elegantissimo similem*, *Fabæ magnitudine*, *Muscar. magnitudine* & *Pisi quantitate*, quos etiam ita describit.

Nhamdui Brasiliensibus, araneus magnitudine Cicindelæ, clypeum in dorso gerit triangularem, splendidissimum, in laterum circumferentia sex conis acutis præditum albi coloris, cui brunnæ maculæ immixtæ. Ad os habet denticulos duos & splendidi coloris, incurvatos.

Elegantissimus Cicindelam superat magnitudine, corpus vix semidigitum longum; anterior eius sectio minor continet crura octo, duobus internodiis constantia, ferè digitum longa, ex flavo & brunno variegata. Posterior sectio maior: prior tota argentea, splendens: posterior ad medietatem etiam tota argentea, & in hac ponendo posteriorem partem deorsum, quasi facies humana egregiè apparet, quasi sculpta & argento esset obducta: reliqua medietas quasi ex argenteo & brunno glaciata. Similis quoque mixtus color in inferiori

Marçg.
Hist. Bras.
1.7. c. 3.

riori corpore. Inveniuntur & duplo maiores.

Elegantissimo similis, maior est eo. Anterior sectio corporis parva, magnitudine feminis cannabin. sed paulo longior; posterior avellanā maiorem æquat: & anterior sectio ut & posterior ad medietatem argentei coloris splendidi, ultima posterioris medietas flavi & maculis duabus argenteis notata, in quolibet latere una; ceterum in flavo illo subtilibus lineis fuscis variegato, varia sibi imaginari quis potest. Crura octo variegata ex pallide flavo & fusco omnia in anteriori sectione: tenacula adhæc duo prope os eiusdem coloris. Telam facit more cæteris communi.

De *Araneo fabæ magnitudine* hæc habet. Araneus alius fabæ magnitudine, frequentissimus in ædibus: Prior corporis sectio subrotunda æquat pisum, altera longior & fabæ formis. Crura habet octo, in quolibet latere quatuor, sesquidigitum longa, tribus internodiis constantia & quartum est insertio in corpus. Anterior etiam duos propedes habet, vix quartā partem crurum longos, quibus apprehendit: duos denticulos nigros, ut maximus. Totus est coloris ex flavo, albo & saturato rubro instar holoserici fusci detriti: pilosum corpus, uti & crura. In superiore corpore magnas habet maculas nigras: crura quoque per intervalla punctulis nigris notata. Hi quoque Aranei cutem exuunt, ut maior ille. Fœtus in orbiculari folle sub ventre progenerant. Noctu texunt. Reperiuntur & huius speciei dimidiæ magnitudinis.

Araneus paulo maior muscis vulgaribus, cinerei coloris, hirsutus instar holoserici. In lateribus nigro serico vestitur. Crura habet sex, brachia duo, quibus apprehendit, cinerei in totum coloris, punctulis nigris.

Marogr. l. c. *Araneus pisi quantitate*, testa clypeata sexangula argentei coloris, cum maculis nigris elegantissimis tegitur. Capitulum & crura sunt nigra.

Placet & Hernandi Araneos proferre, quor. undecim habentur genera. *Primum* genus *Teacoltocatl* seu *Nier. H. E. 1. 13. c. 28.* stercoris araneus vocatur, mediocri corporis magnitudine & colore, inter nigrum & fuscum constans. *Secundum* quod maius, *tocamaxacualli* dicitur eodem colore. *Tertium* *tocatl zintlatlauhquei*, minus prædictis, ac nigri coloris, valde venenatum, & quod contusum admotumque dicatur lateris sedare dolorem. *Quartum* *tzintlatlauqui* nuncupatur, quod etsi toto ferè corpore nigrescit, macula tamen rubea insignitur. *Quintum* dicitur *tocamaxacual* corpore magno, fulvo atque hirsuto, difficile sanabilia insignit vulnere, quæq; (si cicatrice obduci contingat) aliis atque aliis locis renoventur, eademque non morfu aut ictu excitata, sed incessu, confricatione & redditis alvi excrementis. *Sextum* omnium maximum *tlalhochetl* coloris nigri pallescentis atque cinerei est. *Septimum* *ocolotocatl*, ita nominatum, quod tigris pellem colorum quadam varietate tenuis imitetur. *Octavum* est *Hoitztocatl* seu araneus spinosus, morfu dementat, superiore & media corporis portione atque cætera luteus, forma aculeata & similis tribulo, inde impetravit nomen *Hoitzli* spina est. *Nonum* *atocatl* seu araneus versans in aquis, rubro, aureo, & nigro variatum colore telam ducens magna ex parte, vitamque agens juxta plantam vocatam ab incolis *metl*, levissimi atque innocentissimi ictus, mirum qua dexteritate opus peragat, filis hinc atque illinc distractis, & in orbem velut circino quodam compositis staminibus, deinde verò intexto atque stipante subregmine. *Decimum* excellit columbinum ovum *ahoachtocatl*. Alii quitlalhochocatl. dicunt. In tanta mole nullius veneni est. Aliæ apud Caribes araneæ exæquant dimidium malum citreum sed crurib. exiguis. Dentes illis longi & acuti. Elaborant telam satis constantem (posset fœminis pro calanticis servire) & cum ora seu fimbria texunt. Ablui potest & alba redditur. In aliqua-

aliquar. telis si passer incidat aut alia
 Idem c. 25. volucris irretietur. Undecimum Lava-
 lava, Aranei parvuli sunt, aureique,
 & punctis rubris distincti. Vulnus est
 Nievemb. l. noxium, ictusque agit in insaniam;
 p. cap. 24. membrisq; subinde stuporem indu-
 cit, non sine anxietate & dolore. Pre-
 sidium est tuba prioris tambalaguifæ
 & pilipoc singulorum tres obolos tū-
 dere, atque ex vino palmarum reso-
 lutos deglutire, aut oleum cujus mi-
 xtionem narravit Franciscus Her-
 nandus inter plantas novæ Hispaniæ,
 illinere vulneri. Cavendum tamen
 primis tribus diebus à potu; aut si bi-
 bendum sit, vinum palmarum aut no-
 stratum, quod præstantius est sumen-
 dum; præterea ab aëre & sole. Vi-
 vunt in pratis herbiferis Philippica-
 rum insularum.

PUNCTUM III.

De Phalangiis & Ta-
rantula.

Tantum de innoxiiis Araneis, No-
 xii Phalangia vocantur. Nomen
 accepit, quod internodia terna in
 cruribus habeant. Φάλαγγξ enim digi-
 torum internodium propriè signifi-
 cat. Italiæ ignotum inquit Plinius:
 Plin. H. N. at nunc tota meridionalis ora illis ab-
 29. c. 4. undat. Singula in reti pariunt, & ma-
 gno numero incubant: cumque ipsa
 proles increverit, matrem amplexa
 interficit & ejicit. Nec parcat patri
 si ceperit. Fœminam enim incubatu
 adjuvat. Pariunt autem & trecen-
 tos. Aestate duntaxat venenati mor-
 sus esse Alexāder ab Alexandro pro-
 didisse ait Mousetus: quod tamēn de
 Tarantula duntaxat sumendum est.

Differētiæ. Circa specierum enumerationem
 haud levis est inter Authores differ-
 rentia. Plinius, similis Formicæ, Lupi,
 Rhagionis, Asterionis, Tethragnatij mē-
 tionem facit. Aëtius, sex genera e-
 numerat, Rhagium, Lupum, Formica-
 rium, Cranacolapten, Sclerocephalum, &
 Scolecium. Nicander illis quæ Plinius
 attulit, addit Rhoga, Cyanei, Agrostis,
 Dysderi, sive Sphæcium & Formicarium.

Basilii decem Phalangiorum gene-
 ra dicit, sed non describit. Avicenna,
 in Aegyptiacum, Nigrum, Rubrum,
 Rachen, Album, Citrinum, Fuscum, For-
 micarium, Cantharadum, Vesparium &
 Orobaten distinguit. Nos sedecem eo-
 rum genera, nempe Formicarium, Ve-
 natorem, Rhagium, Stellatum, Cæruleum,
 Sphæcium, Tetragnathium, Canthari-
 dum, Ervestre, Cranocalapten, Sclero-
 cephalum, Scolecium, Lanuginosum, Ap-
 pulum seu Lentiginosum, Cretense & Bra-
 silianum ponemus; iisdemq; illa, quæ
 Mousetus minora phalangia vo-
 cavit, cum similibus adjiciemus.

1. Formicarium, seu Myrmecion, Plin. H. N.
 29. c. 9. prægrande, est formicæ simile, sed
 multo majus; rufo capite, reliquâ
 corporis parte nigra, albis intercur-
 santibus respersum guttis. Aëtius,
 cervicem cineream facit dorsum vel-
 uti astris insigne. Ad ejus morsum
 adedò somno obruuntur ægri, ut in
 sempiternum πᾶσις ἐλον tandem inci-
 dant.

2. Venatorem, Nicander ἀγρώτην, Aldrov. h. c.
 Aëtius λίκον, quod Aldrovandus qui
 cum Pulice Aristotelis eundem cre-
 dit, non probat, vocat. Muscas, ve-
 spas, culices, apes, tabanos, vespas
 venatur: & inde nomen sortitus est.
 Corpore est lato, volubili, rotundo.
 Circa os tres eminentiæ enascuntur.
 Partes circa collum incisuram ha-
 bent. Doloris expertem plagam in-
 fert.

3. Rhagium ut Aëtius vocat, sicut
 Nicandro, sicut Aeliano, ab acini uvæ
 nigra similitudine dicitur. Figura est
 rotunda, colore nigro, splendente
 corpore & globoso, pedibus brevissi-
 mis (apud Aelian. μίμωξις πῶδας lege)
 & quasi imperfectis, ore sub alva dē-
 tato. Accumulatis pedibus mo-
 vetur, & velocissimè incedit. Non
 multum ab Aristotelis Mordace ablu-
 dit. Ab ejus morsu exiguum quidem
 vulnus, sed genæ & oculorum infe-
 riores partes rubescunt: totum cor-
 pus inhorrescit: urina emittitur, & se-
 men profunditur. Aeliano Lybicum
 duntaxat animal est.

4. Stellatum, idem cum Rhagio
 esset, nisi stellatis quibusdam & vir-
 gulis

gulis niveis, pinguibus illis & lucidis distingueretur. Solus ejus Plinius post Nicandrum meminit. Icti enervantur & elumbes fiunt.

5. *Ceruleum*, Cyaneum, Plinius lanugine nigra hirsutum sed perperam vocat: Nicander *πεδ'ορον*, quod sublimibus utrinque & longissimis pedibus incedat. Ictus ejus vomitum araneosum, lypothimiam, coma & mortem concitat.

6. *Sphacium*, Vespiforme, Nicandro *δύσθηες*, à crabrone rubicundo penna tantum differt, & vehementer rufescit. Solo tactu venenum ingerit: & speculum crystallinum levi transcurso, Scaligero teste, confregit. Lento veneno tabem inducit.

7. *Tetragnathium*, corpore est latiore, subalbulo, pedibus scabris. In capite duo prominent tubercula, unum rectum, alterum latum, ut videantur ora duo & maxillas quatuor habere. Magnus eorum circa Arrham in India numerus, exitio incolis fuit, ut Aelianus prodidit. Unum est cinereum, posteriore parte candicans, quod telas muscis in parietibus latissime pandit. Aliud, cui caput medium linea una alba, & transversa altera distinguit. Locus ab eis percussus in albecit, membrum ad articulos gracilescit. Cinereum Nicander morfu venenum infundere negat.

Aelian. H.
A. 17. c. 40.

8. *Cantharideum* parvum est, specie Cantharidi simile, colore flammeo tuberrimo. Invenitur messis tempore in leguminibus. Pustulas excitat, mens perturbatur, lingua balbutit, &c.

9. *Ervestre*, quod in ervo provenit. Eadem que præteritum edit: & equos devorantes, juventaque, siti exardescere, mediaque crepere censetur.

10. *Cranocalaptes* Dioscoridi *κεφαλοκαρβένης*, quia prætereuntium capita ferit, seu per filum descendat, seu se præcipitem det. Phalænæ papilionis specie est, capite nutabundo, ventre gravi, corpore oblongo, colore viridante. Aculeum in summo gestat. *ἐν τοῖς φύλλοις τῆς περσειᾶς τρέφεται, καὶ τὰ πτεροειχέει ὁμοίᾳ τῆς ἐν ταῖς κύναις ψύχαις.* Unde Scholiastes nobis insinuare videtur, alatum esse. Quidam Tarantulam esse opinantur. Plinius lethiferum

nimis ipse vulnus ponit: Nicander & Aetius nullo negotio sanari.

11. *Sclerocephalum*, caput habet saxi duritie: totius corporis lineamenta illis animalculis similia quæ lucernas circumvolitant.

12. *Scolecium* longiusculum est, & maculis quibusdam, præsertim circa caput, variegatum. Earundem cum Cranocalapte & Sclerocephalo virium.

13. *Lanuginosum*, grandissimo est capite: quo dissecto inveniri dicuntur duo vermiculi, qui mulieribus corvinâ pelle ante sobolis ortum adalligati, præstant ne concipiant: estque hæc vis eorum annua, ut Cæcilius in Commentariis reliquit. An sit virulentum, nemo determinavit.

14. *Lentiginosum* Mousferus appellat, quod *Apulum* & *Tarantulam* à Tarantino agro, vel fluvio Thara alij. Reperitur quidem & in Calabria, Sicilia, Romanisque campis, æstivis mensibus: sed sine ullo ad saltandum incitante veneno. Aldrovandus idem cum Solipuga facit. Multiplex est specie. Aliud est cinericium, albis nigrisque maculis: aliud dorso cinereo, rubris aut viridibus: quoddam mole majus, fibris nigris, ex cinerea rubroque emicantibus, aut etiam virgulis subinde undatim per corpus porrectis. Mousferus & *fusci* meminit, cujus iconem Pennio ab Italo mercator e datâ, damus; & *Crocei* clarique, quale Aegyptum dare scribit. Effigies à Kircherò exhibitâ, Francisci Corvini Pharmacopæi Romani Musæo debentur. Visum & illas quæ ab Imperato habentur adjungere. Mira venenum icu infusum *Symptomata* excitat. Alij perpetuò currunt; alii rident, plorant alii, alii clamitant, dormiunt, vigilant, vomunt, saltant, sudant, tremebundi fiunt. Nonnulli coloribus ita delectantur, ut iis conspectis, in lypothimiam, nisi potiantur, incidant. Exemplum Kircherus habet. Alii, *verba sunt Kircheri* accuratè ista exponentis, Musica incitati, in saltus prorupunt gladio evaginato, vel alterâ armaturâ fulgidâ & corusca (quo fulgore vehementer afficiuntur) gestiētes; variaque corporis agitatione, & ridicula prorsus gesticulatio-

Kircher.
Artis Ma-
gnet. 3. par-
te 8. c. 2.

latione, nunc eã dextera, nũc sinistra, nunc ore excipiũt; nunc in altum gladiatorũ more projectã dexterẽ recipiũt, nunc in terrã p̄jicientes, pugilũ more veluti duellũ inrituri adeo peritẽ tractant, ut in palẽstris publicis instructi, omnes artis regulas observare videãtur; modo verbis quibusdã obmurmurãtes, eã veluti incantare, nũc prono, nunc supino corpore sup eam sese distẽdere solent, & extẽsi sic aliquantisper, veluti novo Enthusiasmo excitati, ad novos conflictus, saltusq; hinc inde lymphaticor. more debacchantes accingere solẽt. Alij, quæ res maxima admiratione digna est, nunq̄ quiescere solent, nisi vitreũ vas plenũ aqua manu circumferãt, cũ quo eosdẽ gestus, quos gladiatores fecisse diximus, peragunt. Quidã ardentẽr videre desiderant in medio loco saltui deputato, cõchasaqua plenas, circumdatas viridibus herbis, potissimum arundinũ folijs, quibus uti & aqua maxime delectãtur, intra quã brachijs & manib. quin & capite toto nõ secus ac mergi, & anates concussione alarũ aquã veluti ventilantes, sese idẽtidem submergere solent. Nonnullos quoq; non sine risu videas milites in duello cõsistãtes, quosdã temulentorum vario jactãtium personas induere; alios Hispanicis verbis ad pompam & gravitatẽ affectatis nescio quem ducem & gubernatorem agere; visi sunt quidã, qui ex arborib. crurib. penduli hæreãt, eaq; penduculatione multum afficiantur, hoc affectu laborant potissimum ij, qui à Tarantulis sila ex arborib. ducentib. feriuntur. Multi deniq; postquam aliquandiu saltarunt, sedentes manib. tam fortiter collidunt genua, ut aliquã gravem passionem calamitatemq; suspiriis & voce miserabili egerere velle videãtur. Alii etiam per terram extensi, tali impetu & vehementia manibus, pedibusq; terram concutiunt, ut epilepticis ac lunaticis non multũ sint absimiles.

Venenum principio parum sentitur: anno elapso, ad saltus violentos cogit: bimestri spacio, appetitus frustratio, febres ardentes, artuũ dolores, καρχηδία, ietericus dolor, &c. instant. Unicum in Musica remedium:

quæ pro diversitate veneni variat. Aliqui afficiũtur, inquit Kircherus, tympano quodam, vulgo, (turdaastro) plectris ligneis utraq; parte pulsari solito, cui cõsonare faciũt, ut plurimum fistulam pastoritiam, vulgo (la Zampogna rustica de' pastori) sonus autẽ multum à Turcico illo superius dicto participat & ob vocum gravium acutarumq; jucundam commistionem multum aurib. gratus est. Alii ut plurimum cãtu recreantur, cui Auletarum, sive tibicinum strepitosa musica cõjungitur: delicatiorib. sonantur testudines, lyræ, cytharæ, clavicymbala simul concordata; mirum tamen est, quod nõ omni tono musicæ, sed certis tonis afficiantur, sin. tonus harmoniæ humori veneni pungitivo, velliantiq; nõ fuerit proportionatus, patiens rãtum abest, ut aliquid inde levaminis acquirat, poti⁹ miserabiliter eũ hoc impproportionato ad humorem sono torqueri cõtingat: quod fatis insolitis suis gestib. ut oris oculorumq; distensione, brachiorum, manuum, pedumq; cõplosione, totiusq; corporis in hanc, nunc in illã partem contorsione, similibusq; gestib. quantum sibi istiusmodi musica contraria sit, demonstrat; qui tamen mox ubi ad amicam harmoniam converti ipsam contigerit, veluti ex tenebris in lucem emergens, agillimo motu in saltus pristinos, amico modulamini aurib. oculisque admotis veluti applaudẽdo erumpit; durabitq; spectaculum eo usque, dum veneni vis frequenti saltu, pro isto anno excitata, aliqua ex parte sudore evaporavit: atque ita tandem unius anni spatio cum morbo constituuntur induciæ.

Harmonias apud eundẽ vide. Contrariari unam ratione Musicæ alteri, Hispanus quidã Tarenti, nimis incredulus, suo exitio expertus est. Moribus enim à colore & qualitate diversis, ultrò acceptis, cum remedium à Musica quæreret, ab uno quidẽ modulo se ad saltãdum sollicitari sensit, sed qui à contrario cohiberetur. Observatum in civitate Andria, palatio Ducali, & hoc, bestiolam ad proportionatũ humori sonũ saltasse. Quod si citharæ di in plures incidere, nunc

hæ nuncillæ tripudiare, pro ratione modulorum cōperiuntur. Causas tātor. Paradoxor. apud Kircherū vide.

Bellon.ob-
serv.1.c.12.

15. *Cretense* sic describit Bellonius Insecta sunt, parva, admodum pernicioſa, Araneo paulo majora, octo pedibus prædita, utrinq; quatuor: ſinguli pedes ſeu crura quatuor articulis conſtant, binosq; ungues habent incurvos: bina utrinq; crura anteriora illis data ſunt ad progrediendū, bina poſteriora ad retrocedendum, obliqua in terrā foramina inhabitāt binos pedes alta, quæ retrocedentes ingredi ſolēt, atq; cibum ita attrahunt: aditum foraminum quæ inhabitāt ſtramine muniunt, ne obturentur, ſed aperta maneat. Corpore ſunt ſuperiore parte cinereo, binis rubentibus maculis anteriore doſi parte inſignito: inverſa autem, nigris maculis notata conſpiciuntur ea parte quā ſinguli pedes corpori inhærent: venter flavet. Si quis, ſcire cupiat quā parte nocere queant, eorū os intueatur, & binos parvos nigros aculeos deprehendet, iis ſimiles quos Scolopendra obtinet, quib. mordent atq; cibū retinent: telas Araneorū more texunt, muſcisque & papilionibus veſcuntur. Circiter ſexaginta ova ponunt, & pectori adhærentia fovere ſolēt, pullosq; excluſos ventri inhærentes geſtāt donec adoleſcant. Pilolo ſunt corpore: quoniā autem magnitudine differūt, foramina pro corporum magnitudine excavant: variare autē inter ſe pro inſularum diverſitate obſervavimus. Immortale eſt diſſidium inter exiguum hoc animal & Veſpæ cujuſdam genus à Latinis Ichneumon vocitatū.

Marcgr. H.
Braſil. l. 7.
63.

16. *Braſilianum* Marcgravius depinxit, incolæ *Nhamdu Guacū* appellant. Araneus maximus ſive Phalangium. Totum corpus tres & ſemis digitos longum & biſectū. Anterior pars major eſt & penè duos digitos longa, ſequidigitum lata, ſubrotunda ac compreſſa: poſterior magis orbicularis, nucis Muſcatæ majoris magnitudine & figura. ſequidigitū longa. In doſo medio verſus poſteriora foramen habet umbilicale. Capite caret ſpeciali, ſed ſupra os in anteriori parte corporis ocellos habet minimos ſplen-

dentis, inſtar punctulorum; & ad utrumq; oris latus prominentiam unguiformem, ſemilunarem, ſemidigitum longo, & ita binos dentes, quib. pro dentiſcalpijs utimur auro incluſis. Crura habet decē, utrinq; quinque, priora duo prope dētes duos digitos longa, & præter duplicem articulationem qua corpori conjunguntur, quatuor habentia internodia, & in extremitate unguiculum curvum, nigrum, ſplendidum retrorſum verſum. Secundi paris crurum, quodlibet penè quatuor digitos longum & præter duplicem articulationē prope corpus, alias quatuor habet articulationes. Tertium par tres & ſemis digitos longum, totidem articulationib. quartum par tres digitos & paulò amplius longum, cæterum ut præcedentia: omnia a. crura, in extremitate duo habent exilia cornicula nigra, & biſecta ut cancri. Prope anum habet duos proceſſus ſemidigitū longos juxta ſe poſitos, ſili crasſioris crasſitie, quib. nere ſolet. Totus araneus veſtitur cute pilolo brevib. pilis, nigris ad viſum, ad tactū inſtar hoſoferici. Per totam autem ſuperficiē crurum partis poſterioris, laterum & proceſſuū, qui dentes continent pili copioſi ſunt inſparſi, ex albo & gryſeo rubidi coloris. Tota poſterior ſectio corporis in adultiorib. plerumq; nuda eſt pilis, & cutis ex albo incarnata. Veſcuntur muſcis & aliis inſectis. Diu vivūt: nam ad bienniū in ſcatula me aluiſſe memini, qui certo tempore, cutem exuerunt integram, dentibus etiam adhærentibus, nova ſubtus generata.

Ad *Minora* & Phalāgiis ſimiles beſtiolas, refero, *Pulices*, *Phalangia parva Bellonij*, & *Tungam Braſilienſiū*. *Pulices*, *Φύμα*, apud Aelian. ſunt procaces, cacuminati, ſalaces, & aſſultim incedētes. Pitheci ſimiive nuncupantur. *Oribates* nonnullis, quòd in arboribus, plertim montanis reperiantur: *Hypodromi*, etiam quod ſub foliis degant. Animalia ſunt pilolo: ventre leniter incifo, ut ſectio notata filo videri poſſit. *Phalāgia parva*, vel potius animalia phalangio ſimilia, Bellonius in itinere à rubro mari Cairum verſus obſervavit. Octonis erant prædita pedibus,

Aelian. H.
4.6.c.26.

Bellon.ob-
serv.2.c.68

bus, id est, utrinque quaternis, & dum equorum crura conscendebant, mirum in modum eas divexabant, *Tunga* Brasiliensium, Floridanis *Nigua*, aliis *Ton*, Hispanis *Bicho* vocatur. Eadem cum pulicello Ovidi & Scaligeri superius adducto. Insectum est parvulum, inquit *Marcgravius*, figura pulicis, nigricantis coloris, duos cirrhulos in capite pro barbâ habes, in pulvere more pulicum generatur, & pedibus se insinuat, potissimum plâtæ, digitis & sub unguibus. imò & manibus. aliquando vidi. Statim autem quando intravit pruritus excitat, qui cærum indicium est, itaque *Tunga* statim acicula eruenda, nam si sinatur, tridui aut quadridui spacio sobolem progenerat innumerâ, lendium modo, quæ folliculo pellucido rotundo magnitudine pisii includitur, huic insidet *Tunga*; hinc folliculus acu eruendus & manet in carne foramen rotundum ejusdem magnitudinis, quod sponte sanatur, vel inspergitur pulvis pyrius. Crepitant unguibus. uti ut lendes. Familiarissimum malum, sed quod magis per negligentiam incrementum sumit quam per se.

CAPUT III.

De Insectis apteris duodecem
& quatuordecem pedum.

ARTICULUS I.

De Erucis in genere.

Insecta aptera duodecè & quatuordecem pedum sunt *Erucæ* de quibus in genere & specie dicendum est. *Nomen* vel ab erodendo obtinere, quasi erodæ, quod frondes, olerum imprimis abrodunt: vel ab hærendo, ut Apulejo placet, quod pertinaciter adhærescant. Plinio, si *Turnebum* sequimur, dicuntur *Vruca*, quod prata & arbores urant. *Columella* hirsutas, *Ovidius* *agrestes tineas* vocavit. Græcis dicuntur *κέρμια*, ab undoso & arcuato gressu, quo se rependo curvant & attollunt, & *αρωξάνιδες* ab erodendo.

Fortè & *πρασσκειδες* apud *Hesychium*, *πρασσκεις*, inquit iste, est *ζῷον χλωρόν κέρρον τὰ ἐν τοῖς κήποις λέγαναι*: est animal viride rodens in hortis olera.

Magni omnes arborum & herbarum helluones. Hinc *Philippus* parasitus, *erucam sethymo & olera vescentem* dixit. Aliæ frondem depascuntur, aliæ florem. Cum rodunt eduntve, sonum quendam qui *τρίσημ* dicitur, edunt, ut *Scaliger* notavit.

Circa ortum dissentiunt auctores. *Aristoteles* eas è virentibus, foliis brasice nimirum aut raphani oriri tradit, semine scilicet milioformi, sub autumno ibidem relicto; unde vermiculi nascuntur. Ex his vermiculis trium dierum spacio erucæ fiunt; morituro vere; quæ auctæ satisque alite motu cessant, at ineunte autumno cum *Chrysalide* formam vitamque mutant. *Plinius* rorem calore solis densatum in foliis relinqui tradit; unde *Erucarum* genus speciemque omnem deducit; cui suffragatur *Arnoldus*. Alii earum originem papilionibus ferunt acceptam; quæ simul ac aureliis exiverint, supra vel subtus vicina folia; ova quædam (stercora vocant *Barbari*) excludunt, pro ratione sui corporis majora vel minora: horum aliquot testæ cæruleæ, aliorum flavæ, albæ, nigricantes, virides, rubentes) quatuordecim ferè dies fota solis calore, rupto cortice *Eruculas* excludunt, parvulis lumbricis similes, sed coloratas; quæ primo ortu famelicæ, foliis floribusque devorandis totæ incumbunt, præcipuè illarum arborum atque plantarum, quibus olim in ovo fuerant.

Ego singulis his modis oriri posse non dubito: maximè vero humidis temporibus cum humor resedit, imprimis si actior sol post usserit.

Ubi devorandi tempus præterit, vagulæ huc illuc & jejunæ migrant; sensimque marcescentes fame, aliæ intra, quædam supra terram, locum idoneum quærunt, ubi sese vel filo appensæ in aureliam membranâ rectâ, vel in nudam thecam transformant. Hoc media æstate si contigerit, post viginti quatuor dies rupto cortice evolat statim papilio: sin adultiore au-

S 3 tumno,

Nutrimētum.

Scalig. sup.
Theoph. l. 5.
de c. plant.
c. 19.Generatio:
Arist. H. A.
5. c. 19.
Moufet.
Theatri
Inf. 2. c. 24.Marcg. l. c.
De Læz.
India Oc-
dent. l. 1. c.
4. & 15. 6.Aldrov. H.
Inf. l. 1. c. 4.

Nomen.

Turneb.
Adversar.
l. 18. c. 16.Natura:
Moufet. h. 6.

tumno, per totam hyemem durat aurelia, nihilq; ante calorem vernalem excludit. Nec tamen omnes in aurelias abeunt, sed alix, *volvaces* nempe, putrescunt, è quibus nonnunquam ova quasi tria excidunt, Cãtharidum vel muscarum matrices. Quando serò papiliones coivere, ova ad verusq; proximum depromunt, vitalia: ut in Bombycibus usu venit, quorum ova per uncias librasq; vendi apud Hispanos notum.

usus.

Habent in Medicina locum. Oleraceas cum oleo inunctas, rutos à venenosorum moribus reddere, Aegina scribit. Tela & involucrium eorum, muliebrem fluorem sistit. Ligustrum depascentes non solum Cyprium piscem mirè hamo obductè alliciunt, sed & earum fimus naribus inditus, Epilepticis ab utero mulieribus statim succurrit, si expertissimæ obstetrici, à qua Moufetus habet, credendum: Ulta & narib. indita hæmorrhagiam cohibet. Vesicas omnes excitant, & cutem deglubent. Equus si devoraverit, tumores surgunt, arefcit induraturq; cutis, oculi excavantur. Omnes hortis, pomariis, herbis & floribus sunt infestissimæ.

Damnum.

Remedia.

Remedia apud Geponicos, & qui de re rustica scripsere occurrunt multa. Pelluntur, felle tauri, si eo arbores illinatur; sulfure pauco, si cum stramine sub arbore accendatur; terrâ sub esculi arboris radice effossa, si in horto spargatur; scillâ, si in hortis feratur, aut suspendatur. Alii mentham, eryum, absynthium, in hortorum ambitu ferunt. Fumum è vesperilionum stercoribus, vel fungis sub nuce arbore nascentibus, excitant. Multi in ficulneo lixivio semina præmacerant. Nec malè post pluvias matutinis horis arborum rami & frutices olerum succutiuntur. Decidunt enim nocturno adhuc frigore torpidæ.



ARTICULUS II.

De Erucis in specie, & primò de Erucis Moufeti.

PUNCTUM I.

De Erucis glabris.

ERUCARUM differentia infinita ferè sunt, seu quantitatem, qualitatem, & partes corporis; seu etiam actiones, & alia observes. Sunt glabræ, hirsutæ, magnæ, parvæ, mediocres: virides, nigræ, variæ, rigidæ, molles, cornutæ, excornes. Plurimæ in aurelias, hæ in papiliones abeunt: quædam non, sed cum omnia depastæ sunt, ipsæ quoq; consumuntur & intereunt. Quæ aureliæ fiunt, alix immediatè in eas abeunt, & hæ non texunt, alix prius ova pariunt. Quarundem aureliæ leves & æquabiles; aliarum hispidæ, rugosæ, acuminatæ, asperæ: quarundam, ut duriorum, nudæ: aliarum musco vel capillis sericis obductæ. Plurimæ ex ovipapilionum nascuntur: quædam in arborum foliis ex semine proprio ibidem in tela per autumnum derelicto, vel rore aëre ve illi incluso & putrescente. Quædam foliis, alix floribus, nonnullæ fructibus vescuntur. Undoso & celeri motu plurimæ gaudent, alix placidè & lentè incedunt. Alix leberidem quotannis mutant, alix non. Quædam texunt, quædam non. Illæ vel more araneorum telas faciunt; vel folliculos sæpè adeo compactos, & duros, ut ne acutissimo quidem telo rumpantur, &c.

Placet & hic tam Moufeti, quam Aldrovandi differentias ponere & describere. Illi vel sunt *εργογενείς* si-
ve affines à papilionibus & aureliis satæ: vel *αἰμογενείς* & consanguinæ, ex sua tribu profectæ. Utræque vel sunt *glabra* vel *hirsuta*. *Glabra* in Bombyces, de quibus post agetur, *virides*, *flavas*, *vinulas*, *fuscas*, & *varias* distinguuntur.

Viri-


Musca

Vermes

arborea

Xylophthori

Aldr.



Chrysalis

Chrysalis f. Terebrator

Phalangium

Eruca Viridis ligustrina

Moufeti

Er. Vir. Sambucina

Er. Vir. Mespilana

C A E

GLABRÆ

Er. Vir. quercina

Er. Flavescens. 1

Er. Vinula

Er. Fusca Major


Er. F. Minor

Er. Varia

HIRSV T A Ambulo. 1.

Moufeti

ERVCAE



Virides sunt quintuplices. *Prima* quod ligustro infideat, *ligustrina* dicitur, cui vultum, ambiens circulus pedesque omnes & recurvum in caudâ cornu, ex rubro nigrescunt; maculæ lateribus transversim inductæ dimidio purpurascens albicant: rubescunt punctula: ceterum verò corpus undique virens videtur. Altera *Sambucina*, quæ non multum ab ea differt, nisi quod undiq; viret, transversis illis maculis albissimis, & punctulis quibusdam lacteis exceptis. Sambuco rosea in primis vescitur. *Tertia Lactucaria* ubiq; viridis in thecam sese fuscâ appetente autumno vertit; olera comedit molliora, lactucas præfertim. *Quarta Mespilaria* minor est, undique virens in thecam cineream maculis nigerrimis conspersam sese recipiens. *Quinta Quercina*, omnium minima, in arboribus (quercu præfertim) fila ducit, per quæ descendit in itinerantium capita vestesque & galeros illaqueat; notissimum æstate animalculum, & ubique obvium rudi tela sese implicat autumno ingruente, & rubro-viridi theca inclusa, moritur hyeme, decem duntaxat pedibus donatur, ut superæ omnes. *Flavescentes* dicimus, quæ maximam partem flavent. Tales hæ figuræ repræsentant; quibus servatur quicquid à nigro liberum: id si pallidiori flavo infeceris, Icones habes depictas. Vivunt mollioribus foliis, præfertim tilix. *Vinula* elegans mercurius Eruca, & supra fidem speciosa: in salice eam invenimus avidè pascentem: labra atque os illi subflava, oculi anthracini, frons purpurea, pedes extremumque corpus herbacei: cauda bifurcata ex vinaceo nigricans. Corpus universum veluti crassiore rubicundoque vino intinctum; quod à collo per scapulas decussatim transiens, ad caudam usque linea albissima, mirifice adornat. *Fusca Porcellus* Eruca dictus, ex fusco nigricat, major præfertim; in minore quos vides orbiculos, albicant: trifolij palustris foliis frequenter insident, eaque mira celeritate devorant.

Varia decem sunt, quæ conspiciuntur. *Prima* facies cœrulea, oculi nigerrimi; corporis cuticula cæsia, nigris flavisque punctulis multum conspersa; in aurellam convertitur spadiceam, alba membranula vestitam, brassicas amat, & genus universum naporum. *Secunda* caput, pedes, caudamque nigerrima obtinuit, cæcelli quadrati, flavi sunt: intus quæ pinguntur tessellæ, striis nigris glaucisque alternatim in longum ductis distinguuntur. Fœniculum amat, anisumque atque cuminum. *Tertia* ex albo viridis gibbosa in incessu graditur; est enim utrinque sepes duntaxat, sicuti omnes *ὀπρεγες*. In aurellam echinatam mutatur, colore furvam: oleas absุมit. *Quarta* dracontium depascens viperam maculosam refert: incedit semper capite erecto, & pectore potissimum se sistit: amat juncos, & fluvii in nascentes plantas pappiferas. *Quinta* descendentes costas si obsoleto minio infeceris, pauca in Icone habes quæ desideres. In *Sexta* quod album vides, ochra impleas: gaudet utraque populo nigra, eaque sese ingurgitat. *Striæ* in *Septima* ductæ ex flavo albescere debent: reliquum totum corpus fusci coloris in aurellam spadiceam se vertit. *Octava* cinerea videtur, ex nigricante undulata: thecam facit nigro puniceam, è qua pulverulenta Phalæna. *Nona* varia quidem, & meritò censeri debet: incisurarum orbis virent; cornu caudæ reflexum, cyaneum: sub qua miniata macula ad ornatum facit. Media incisurarum pars cinerem æmulatur: aurelia demum includitur Xerampelina, hæc in via publica invenimus: gaudet ranunculo pratensi. *Decima* glauconigra: quod enim hic album est, id glauco superinducto bestiam exprimet. In thecam spiralem transmutatur dilute cæruleam, spiris subrubentibus, quæ ad buccini conchæ formam proximè accedit. In Solano sylvestri (quam Itali Belladonnam vocant,) glabra eruca provenit, crocei viridisque coloris, cornu in fronte gerit digiti longitudine; quam se sæpius vidisse memorat Cardanus.

PUNCTUM II.

De Erucis hirsutis densius
pilosis Moufeti.

Pilosa omnium maximæ inaleficæ, vel densiore sunt pilo, vel rariore. Ex illis sunt, *Pityocampe*, *Ambulones*, *Coriaria*, *Polymida*, *Neustria*, *Tuberculosa*, *Mesoleaca*, *Urticaria*, *Brassicaria*, *Sepiaria*.

Pityocampes, i. e. pineæ piceæve, Erucæ, digitum minimum crassitie æquant, tres digitos transversos longæ. Undecim incisuris inter caput & caudam constant, sedecimque (more reliquarum) pedes habent: nempe juxta caput utrinq; tres, medio corpore utrinque quatuor, & ad caudam extremam utrinq; unum. Priores vero sunt adunci & exiles, quib. viam tentant; reliqui latiores, & multis crenulis ferrati, ut folijs firmiter insistant. Caput formicæ; reliquum corpus Erucis vulgaribus simile. Hirtæ sunt pilis, villisq; rectis undiq; obseptæ: pili in lateribus nati albicant; in dorso fulgent, cujus pars media maculis veluti oculis ornatur. Villis abrasis, cutis subest nigricans; pili valde exiles: pungunt tamen quàm urtica acrius, maximumq; dolorem, ardorem, febrem, pruritus, inquietudinem adducunt: veneno scilicet subito sine sensu vulneris infuso, & ad partes vicinias delato. Telas subtiles quales aranei texunt, prioribus pedibus fila ducentes, ac disponentes: has, veluti tentorium, nocte ingruente subeunt; tum, ut frigoris tum ut procellarum vitent incommoda: tentorium hujus tam tenax & subtilis materia est, ut nec ventos curet furentes, nec imbribus inundet. Amplitudo item tanta ut vel millia plura erucarum facile ferat. In ramulis Pini & Piceæ supremis nidificant, ubi non solitaria, (ut aliæ) sed gregales vivunt. Quacunque iter fecerint nentes fila ducunt telaria: primaq; luce (faveat modo serenitas) catervatim minores majores comitantur, ac viduatis fronde arboribus (omnes enim absumunt)

textrinam strenuè colunt. Solæ pini piceæq; pestes, ad alias coniferas arbores non accedunt. In Artho montes nemoribus Tridentinis, atq; transalpinis convallibus, (ubi frondis nutritiæ copiâ) admodum abundant, ut Matthiolus testatur. Virulentissimæ profecto bestię, sive extra premantur manibus, sive intus exhibeantur: tam certissimi veneni olim habebantur, ut Vlpianus legem Corneliam interpretans de Sicarijs, in eorum numerum & pœnam, *Pityocampe* propinatorum vocaret: Alii. ff. ad leg. Corn. de sic. Haustus *Pityocampis* dolor os & palatum graviter affligit; lingua, alvus, ventriculus ab erodente veneno valde inflammantur: Etiam ingens dolor excruciat, licet initio pruritus quendam jucundum passum videntur: insequitur æstus, cibi fastidium, & perpetua, sed irrita vomendi dejectiendique cupiditas. Tandem nisi occurratur, adurunt corpus, & ventriculo crustas inducunt, Arsenici ferè modo. Diosc. Aet. Plin. Celsus. Galen. item 1. simpl. cap. 5. & Avic. 10s. cap. 25. Hac de causa Aetius & Aegineta mensas sub pino sternere, vel commorari, noxium dixerunt, ne forte cibi in odore jusculorum vapore, vel clamore hominum *Pityocampæ* suis sedibus motæ, in escas decendant; vel femina saltem æquè lethifera demittant. Qui ab his læsi fuerint, ad *Cantharidum* antipharmaca respiciant: liberabuntur enim iisdem remedijs: propriè tamen melinum oleum (quod è *Corones* & oleo temperatur) ad vomitum usq; bis terve hauriendum est, ex Diosc. & Actij præscripto. Generantur vel potius regenerantur (convulvulorum more) è semine Autumnali in tela certis vesiculis relicto, vel ex ipsis *Volvocibus* putrefactis ut Scaliger sentire visum est.

Ambulones dicimus, quibus incerta domus & esca: unde sit perstitiosulè peregrinantium modo vagantur, & (ut mures) semper comedunt alienum cibum. Quare Angli eos *Palmerrwormes* appellant, ab erraticâ nimirum vita, (nusquam n. consistunt) quamvis ratione hirsutiei *Bearewormes* dicuntur.

Eruca Raupen


Mouff.

Er.



Corilaria

Er. Polymita


Er. Neustria Minor




Er. Neust. Major.



Er. Mesoleuca




Er. Tuberculosa



Er. Brassicaria




Ova.





Er. Sepiaria Min.




Major.



Er. Vrticaria



Er. Geranicola





Er. Antennulata







Er. Iacobæa

Echring 1




2

Er. Rubicola






Pytiocampe Vergeri



Eruca

Alia





Certis folijs aut floribus non astringi se sinunt, sed audacter percurrunt delibantque omnes plantas ac arbores, & pro arbitrio vescuntur. Undecem ponuntur. *Primo*, quas vides in lateremaculas albas, tales revera esse debent: corpus universum nigrescit, pili inferiores omnes subcroescere oportet; superiores vero omnes in dorso positos canescere; tribus iis ordinibus exceptis, qui in collo juxta caput nascuntur: ii enim eundem cum ventris pilis tenent colorem. Ex cuspis aureliæ exit, quem hic vides papilio; cujus iconem coloremque & naturam superiori libro descripsimus. Si *Secundi* collum, ventremque atque ibi nascentes pilos flavos feceris, non est quod plura expectas. Theca ejus fusca videtur; ova pallida, papilionem inde nascentem superiori libro expressimus. *Tertius*, toto corpore pilisq; è fusco flavus, nisi quod maculæ lateratim in unaquaque incisurâ obliquatæ latefcunt, caput puniceum furca quadam nivea ornatur. *Quarto*, venter atque inferiores pili infuscantur, dorsum atque superiores ex fusco flavent. Linea in facie bifurca seri colorem vel lac dilutum refert. *Quinto*, vultus spadiceus, ventris latera canescentia; corpus pusillis varium guttulis subluteis, atque hæc supra, piceis: pili quasi radioli exeunt flavi, arguti illi quidem, & medio acuminati crescentes: multum vicinas herbas & segetem lædit. *Sextus* colore est leucophæo, nisi incisuræ nigris lacteisque hic illic maculis essent infectæ. Setæ infra supraque natæ, & tanquam serratim positæ, hispidae valde sunt & rigidæ, sed à colore corporis non recedunt. *Septimum* cute nigra, pilis autem nonnihil lutescentibus donatum, *Peniculum* vocare soleo, quia utrinque ex fronte atque etiam in uropygio peniculus erumpit mollis, colore coracino. Quas vero cuneiformes in dorso eminentias conspicias, radice lactæ; cæterum, nigellæ videntur. *Octavus* murinum colorem exprimit, cujus in dorso cunei septimi illius respondet. *Nonus* coloris peregrini & rari; sin-

gulæ enim incisuræ variis ab invicem coloribus, sed mixtis invicem omnibus pinguntur, quas clavus, quamque argenteus pulcre adornat. *Decimus* inter naturæ luxuriantis lusus, non minus elegans quam rarus; nigris, cæruleis, viridibus, atque luteis liris, & nervis scabris striatus: quos guttulæ quædam aureæ mire efferrunt. Pilos admodum molliculos gerit, miræ gratissimæque viriditatis, thecam habet purpuream, membrana munitam. *Undecimi* incisuræ albicantes, prasinas imaginare; vel lusque & pilos medio virentes facito.

Corylaria undique cum virore pallet, tribus inter cuneolos maculis nigris exceptis, & cornu illo in ultimo dorso, & quasi ouropygio crescente, quod rosaceum ruborem lætè suscipit. Coryli præcipuè folijs insidet, unde *Corylariam* dicimus, duas illarum species vidimus; alteram saturatè; alteram pallidius viridem.

In *Polymitis* multiplex naturæ venustas resplendet: quib. licet faciem Aethiopsis Maurivè tribuit, vestem tamen concessit *Polymitam*; vario opere, vero artificio fulgentem. In fronte pili, veluti in cirros nexi nodosos, antennas referunt, quales item in ultimo dorso; cutis iridis æmula, orbiculis splendet muricè inebriatis, quos veluti latos clavos costis affixit natura. Vellere enati pili fulgorem solis repræsentant, oculosque oculato die perstringunt.

Neustrias è Normania duas accepimus. Majori vultus cæruleus, albis, rubris, cæsisque surculis corpus liratum; pili aureo splendore coloreque grati. Minor convolutus, echinum exprimit: Caput illi nigerrimum, corpus glastinis quibusdam guttulis variè perfusum: pili croceum fulgorem imitantur. Tuberculosa pyri germina corrumpit, capite atrato, corpore nigris rubentibus, & lacteis quibusdam liris ornato; mediis quasi humeris, & ad finem ferè dorsi, tumuli sive tubercula assurgunt livida, albis punctulis conspersa. Ova è quibus nascitur, spadicea sunt; qui est

etiam aureliæ, & pilorum color. Aliam vidimus congenerem, sed duntaxat rumulogibbosam.

Mesoleucam à capite ad dimidiatum dorsum, obsolete luteam, dein liliaceam peperit natura. Venter luteo cinereus, clavis medio tessurato fixis ornatur.

Vrticaria pedes si fatiscente luteo leviter tetigeris, parum à naturali icon differet: rigidulos & erectos pilos habet spinatim crescentes. Levi tactu vulnerant; primumque blandum, sed venenatum pruritus, deinde vix ferendum dolorem superinducunt. Haud defunt qui eam *Piryocampes* malitiam malignitatemque vincere asseverant.

Brassicaria, eruca capite est cyaneo, corpore flavis furculis duobus utrinque lineato: inter quos subcæsia quasi area nigris quibusdam seminibus consita videtur: pili aureliæ (quæ cinerascit) colorem obtinent.

Sepiaria binæ offeruntur. *Majori* crociferet vultus, nisi quem nasi loco triangulum videtis liliasceret. Corpus albis flavis rubisque & nigris, (quas expressimus) maculis, nullo ordine locatis, variatur: pilis subluteis horret. Sepes populatur, & nudat frondibus: ubi ramen ferici rudioris relicto glomo, in thecam spadiceam, quasi in *Sarcophagum* se recipit. *Minori* facies subcærulea, uti & torum corpus, absque maculis quibusdam nigris albicantibusque esset: pilos cum prima concolores sortita est.

PUNCTUM III.

De Erucis varioris pili

Moufeti.

Ravioris pili sunt *Geraniivora*, *Iacobæa*, *Antennula*, *Echinus*, *Rubicula* & *cornuta* illa bestiola, quam Germani *Horneworm* appellant.

Geraniivora magnitudinem formæque ritè hic dedimus, & affabrè explicatam. Albas maculas, cingulos nigros ornâtes, ferrugineas facere oportet; ventremque pedesque & album inter cingulos spatium porra-

ceo, viridi ornare. *Camerarius* ad *Pennium* hanc misit, cum hac *Hypographie*: *Eruca* grandis, hortis tantum agrestibus victitans, & potissimum *Geranio* palustri *Βαγγαχοειδῆ* infesta.

Antennulata corpus varium: à capite ad tertiam incisuram cretâ illitam diceret; quinque aliis sequentibus nigrocineream; tribus iterum postremis cerussatam: *Antennulæ* ex pilis veluti colligatis constant; quales item ultimo dorso, cristæ instar, se erigunt. Quatuor illi erecti in dorso cirri, è pilis quoque fiunt dentatim ordine crescentibus.

Iacobæa sive *Senecionem* majorem depascens eruca, capite pedibusque obsolete purpurantibus, vêtre pallidiusculè virente; corpus habet inamæno viridi fatiscens, & nigris flavis flammeisque maculis ornatum. Pilorum color ventri consonans.


Echinorum duas animadverti species; unam è cæruleo virentem, alteram *Mesoleucen*. Primus *Echinorum* tessellato prodit corpore, ex nigro flavoque varius: spinæ luteæ videtur; ineunte autumno in aureliam cineritiam vertitur. Secundus reverâ *Echinum* præ se fert; dorfi dimidia pars, prior nempe, ex flavo nigricat; posterior cum flavedine albescit; spinas gerit argutas valde & crassas, colore cæsi.




Rubicolam nigrocineream liris utrinque tribus pallidè flavescens pinxit natura: pilos rariores gerit, plane nigros.

Est & *Cerastes* cujus varia loca è luteo virent, pili medio dorso nati canescunt; cornu vero crenatum rubescit.






Varia item in verbasco, lupulo, *Scrophularia*, *Glycypicra*, *Solano*, *Alno*, *ulmo*, *ocymo* & *Tithymallo* nascuntur: imo quævis penè herba peculiarem habet erucam vastatricem: quas, ne infinitus videar, quasi notas pertransco.

Gesneri fatida: *Erucæ* cornutæ simillima est, sed & cornis, & colore aliquantum discrepans. In muro repentem cepi exeunte Augusto Anno 1550. Gravem spirat odorem, ut planè























Tab. 2.






Tab. 3.



Tab. 4.



Tab. 5.



planè venenatam crederes. Iracunda perrexit capite cum anterioribus duobus pedibus semper erecto; cœcam puto: digitum longa & crassa, paucis sparsim pilis per dorsum & latera horrescens, dorsum nigricat. Ventris laterumque color ex flavo subrufus: internodiis quatuordecim totum corpus distinguitur. Singula internodia sulcum in super quendam ceu rugam per dorsum habent: caput illi nigrum, duriusculum; os forcipatum, denticulatumque vel ferratum: his forcipibus, quicquid comprehendit, mordet: pedibus 16. graditur, ut maximam partem omnis Erucarum natio proculdubio venenosa est. Vergerus Pityocampen putavit, alij scolopendram: sed pedum numerus non patitur scolopendram dici. Vix ferebam odorem, dum vivam describerem: duo hypocausta nimio & abominabili fœtore adeo infecit, ut manendo ferendoque non essem. Hæc Gesnerus.

ARTICULUS III.

De Erucis Aldrovandi.

PUNCTUM I.

De Erucis prima Tabula.

Aldrovandus sex diversis tabulis nobis diversa Erucarum genera exhibet. In prima novem exhibet. Prima primæ tabulæ ex maximis est, & caudata, cauda nimirum instructa sursum revoluta: tota est lutea, annulis verò cœruleis, iisque triangularibus, inter quorum singulas singula ab utroque latere nigra sunt puncta. Os item nigricat. Cum eam aliquo tempore domi aluisssem, telam nō texuit, aut folliculum, sed in Chrysalidem immutata Papilionem ptogeneravit luteum, eum quem in prima Papilionum tabula tertium exhibuimus. Secunda quæ ejusdem est magnitudinis, identidemque caudata, leviter lutescit, subfusca tota, nigerrimis punctis,

ac annulis instructa. Quarta ex mediocrium genere, etiam caudata est, ad latera sublutea, per tergus flexib. arcuatis coloris elegantissimi miniaci decorata, annulis verò nigris, sed qui candidis notentur punctis. Tertia caudam habet in extremo acutissimam tota viridis, annulis nigris, pedibusque, qui sunt quatuordecim. Brassicas, & olera infestat, ex hoc potissimum genere Papiliones illi exiguo corpore progenerantur, subvirides & albicantes. Papiliones enim erucarum suarum colorem ferè reservant, ut Aristoteles quoque testatum reliquit. Quinta ex maximis est, colore flavo, & viridi, & lineis per dorsum latis triangularibus, viridibus, & punctis maculata purpureis. Caudam gerit semper erectam, & caput etiam erectum, quare cum incedit, incessum carnis quodammodo æmulatur. Cauda hirsutis quibusdam villis præmunitur, parteque infernè notabilem habet maculam nigram. Ligustri foliorum esu gaudet. Sedes habet quatuordecim. Sexta corpore major est, rostro, & pedibus exilioribus, colore tota eodem, sed dilutiori, lineis verò transversalibus flexuosis magis ad cœruleum quam ad viridem inclinantibus: Inter singulos annulos, singulis infra notatur punctis nigricantibus, nam cætera puncta, quæ per supernum corpus conspiciuntur, ad purpureum vergunt. Supernè per tergus color magis est luteus, inferne ad pedes magis viridis. Degit plerumque in viti sylvestri. Cauda superiori similis. Septima tota est flava, infernè ad croceum vergente colore, lineis distincta supernè triangularib. ut in quinta, sed cœruleis, & quæ punctis conspurguntur atris. Pedes & rostrum nigricant. Octava admodum est exigua, caudata tamen, maximâ sui parte nigricans. In tergore lineas habet binas admodum exiles, luteas, inter quas altera est lata, viridis. Caput habet rotundum, pedes quatuordecim, in extrema alvo appendicem, quam per terram trahit; cauda pro corporis portione majuscula est.

Postremam paulo ruidius, quam par erat, pictor expressit: nam puncta illa candida, quibus modo majoribus, modo minoribus toto corpore conspergitur, obscurè admodum apparent. Tota colore ferè est ferrugineo, extremo alvi, cauda, pedibus, & capite rubris, rubra item linea lata à capite, ad anum usque per dorsum extensa fertur. Anterius corpus exilius est, quam extremum, extremumque exilius medio, sanguifugam dixeris.

PUNCTUM II.

De Erucis secundæ tabulæ.

Quæ in secundâ tabulâ dantur Erucæ, omnes ferè bicaudæ sunt: in quibus hoc notandum est, quod caudæ sint in extremâ alvo, cum in ijs quas pinximus in prima tabula, in extremo dorso sursum enascantur. *Primâ* tota purpurascit, præterquam inter primum, & secundum flexum, ubi viridis est: Binæ item lineæ, eo quo pictor expressit modo à capite ad extremum usque alvi extenduntur, candicantes. Cauda utraque nigricat. Pedes habet quatuordecim: *Secunda* caudis duabus instructa minimis tota atra est sed luteis interstitiata zonis. *Tertia* corpore est crasso, & compacto, ex luteo virescente zonis annulisve admodum viridibus. capite verò, quod exiguum est, & primo flexu coloris aurei. Pedes quatuordecim habet, nigricantes; caudas exiles, proceras. *Quarta* brevissimis est caveis; oblonga, sed exili, ac tenui corpore, tota ferruginei coloris, exceptis annulis semicircularibus, qui ab ima parte flavi sunt, ab altera nigri. *Quintam* monstruosæ quodammodo figuræ, quod partim ex Eruca, partim ex Araneæ constare videatur à *εργονόμω*, sive Erucaraneum nuncupavi. Sex primum à capite ex primis corporis flexibus pedes Araneæ pedibus simillimos emittit, dein interpositis aliquot flexuum intervallis, alios octo more Erucarum,

quas alioqui toto corpore refert. Tota ex cinereo ad luteum vergit, sed annuli coloris sunt planè castaneorum, sicut etiam pedes, & alæ. Insolentis profecto etiam formæ est, quæ *sextâ* in hac seriè ponitur; capite scilicet, cum id contrahit, compresso, facie Muris, aut felis, sed nigra. Supra enim rotundam illam nigredinem linea est alba, sub qua puncta duo, nempe ab utraque ejus parte unum, nigra, velut aures efformant, in medio verò nigredinis puncta alia duo oblonga nasum, qui illis animalibus admodum est compactus, tria denique alia sub his minima, aliquo rudi modo æmulantur. Tota est viridis, corpore pallidius, intensius annulis. A capite ad caudas usque porrecta linea alba per medium corpus transfertur. Caudæ eriguntur, & punctis atris consperguntur. Pedes numero quatuordecim, quorum qui posteriores sunt, admodum sunt crassi: *Septima* eadem est naturali situ procedens. Rursus *Octava*, à primo loco depicta differt tantum in eo, quod primo post caput flexu sit luteo, duobusque punctis nigro distincto: item, quod lineæ illæ, quæ per superiora feruntur, inter quintum, & sextum flexum, invicem conjunguntur: denique, quia in hac subinferiori linea, inter singulos flexus, album sit punctulum. *Nona* eadem est cum secunda, bis per errorem depicta: infestum est hoc genus brassicæ. Habes *decimo* loco Scolopendram terrestrem parvam, sed de hac suo postmodum loco. *Undecimo* loco depicta exhibentur Erucarum ova lutea; simul conglomerata, exigua. *Postrema* Erucarum minima, in frumento inventa est. Insectulum hoc tam tenui, ac exili est corpusculo, ut potius filij cujuspiam particella, quam animalculum videatur: longum est digitum transversum. Maximum tantillo in corpusculo robur adverti, velociter movetur, & nunquam ferè à motu cessat. Pedes multarum Erucarum more habet quatuordecim. Capite nigricat, cætera cinereus. Sex integris diebus nihil edebat.

PUNCTUM III.

De Erucis tertia tabula.

Tertia nobis novendecim exhibet. *Prima* Echinata ipsius videtur Hippocratis, zonis luteis, & punctis nigris, & candidis variegatur: quam, vel saltem simillimam superiori ad me allatam æstate sic descripsi. Vermis est digitum, & medium longus, posteriore parte caudæ vicina latior, quam anteriore; duodecim constat annulis, sive segmentis, sive flexibus, qui supini nigro colorati sunt, lineâ medium dorsum secante castanea. Interstitia annulorum pallent. Caput duabus appendicibus velut corniculis armatur. Sex pedibus, tribus utroque latere ante instructus graditur; postica parte Erucæ instar arcuatur, quâ latior est. Quatuor in eo villorum in penicilli formam adunatorum ordines in singulis annulis conspiciuntur, bini singulo latere: unus superior ad marginem dorsii, alter inferior ventri propior, ille octonos annulos ultimos eminentibus penicillis ornatur, hic novenos. In ultimo, quem caudam dicas, extant duo, colore omnes ferrugineos. Convolutur in gloium ad instar verticilli: quemadmodum etiam, *quæ subsequitur*, quæ in orbem convoluta depingitur, simillima ex toto cum illa, nisi quod in hac inter singula interstitia puncta candida non sunt, quæ illic summam concilianc venustatem, contra in hac puncta iisdem locis nigra sunt, & semicircularibus maculis ex albo lutescentibus ambiuntur. *Tertia* tota aterrima est, sed castaneis tantum interstincta zonis & punctis. Supina parte; quæ quarto loco depingitur, minus nigrescebat. *Quinta* tota longissimis vestitur villis densissimis, fuscis, sed & ipsa eruca tota ad latera fusca est, supina lutescit, pluribus prædita annulis nigri-

cantibus, à capite ad extremam alvum linea item nigricans defertur, mediam alvum distinguens.

Loco Sexto, quæ datur, ex miniarum genere est, quin etiam paulò minor quam pictor expressit. Nisi moveri, aut incedere videas, alvum à capite vix interstingues. Pedes habet innumeros. Toto corpore coloribus miniaceo, nigro, luteo, & albo varia est. Caput totum est nigrum, nigri item pedes, nigra capillamenta, dorsumque & venter tergis miniaceo colore conspicuum est; annuli nigerrimi, inter quas supra punctum est album, infra luteum. *Septima* paulò major iisdem ferè coloribus variat, sed pedes tantum habet quatuordecim. Totum corpus quadrangularibus punctis constat, primò (à tergore ad inferna descendendo) nigris, dein flavis, tertio miniaceis, quæ latiores sunt: quarto iterum nigris, quinto flavis, sexto nigris, flavis rursus septimò, ultimò ac octavo nigris. Caput totum, ut in præcedente nigrum est, pedes item nigri. Sed capillamenta ferè ferruginea. *Octava* murem montanum, qui vulgo Marmota nobis dicitur, facie æmulatur. Tota coloris est castanearum, admodum hirsuta, longa palmum. Color propè annulos dilutior est. Cum invertit se color inter annulos apparet niger holoserici instar micans, & cum ingreditur, capillamenta quæ sunt à lateribus, ad cinereum vergere videntur. Caput totum est nigerrimum:

Nona ex mediocrium genere est, corpulentior tamen, tota viridis, exceptis tuberculis, quæ per singula annulorum intervalla, tria habet, & quartum in dorso, ex quo capillamenta, enascuntur similitudine penicillorum, quæ coloris sunt planè aurei. Os nigricat. Pedes anteriores lutescunt, posteriores virides sunt; omnes numero quatuordecim. *Undecima* similiter per dorsum habet tubercula rotunda cum suis penicillis, nec non inter singulos corporis flexus, sed cærulea, rostrum item

cœruleum, & pedes præter tres anteriores, qui minores sunt, & coloris ex castaneo rubicundi, quo colore corpus totum constat. Durum mihi peperit folliculum. Pedum numerus corpori, flexibus respondet. *Decima* tota etiam est viridis, tuberculis, & floccis cœruleis, rostro & anterioribus pedibus ferrugineis, reliquis nigris. In alvo maculam habet ferrugineam. Habes *duodecimo* loco hujuscæ decimæ Erucæ expressum folliculū coloris ferè ferruginei, admodum densum, & durum. *Decimotertio* loco picta tota hispida est: Linea candida à capite exorta ad caudæ finem per tergus fertur. In dorso duodecim habet velut puncta, aut potius tubercula rotunda, sex ad singula latera colore mali punici; item quatuor alia à singulis lateribus ex nigro ad castaneum vergentia; ex quorum omnium medio capillamēta quædam exeunt numero quatuordecim, quorum octo magna sunt, parva sex. Cætera per dorsum cœrulea, supina pars, & pedes flavescent. *Decimaquarta* colore est ferrugineo, supernè admodum diluto, & ad luteum vergente, infernè admodum intenso. Annulos habet nigros, & punctis ad latera maculatur exiguis candidissimis. *Decimaquinta* inter minimas majuscula est, colore tota flavo, infernè ad aureum, supernè ad castaneum inclinante. Caput & alvi extremum nigra sunt. In dorso nigra etiam habet puncta, sed intus candida: capillamenta penicillorum instar distinguuntur invicem. Pedes habet exiguos ferrugineos. *Decimasexta* eadem est, ideo picta, quod tacta se velut in vertibulum contorquens stellæ figuram exprimat coronatæ. *Decimasseptima* rubra est, annulis nigris & albis, ubique maculis variegata, capillamentis exilibus, rubicundis. *Decimaoctava* capite est coloris aurei, corpore vero toto cœruleo. Linea aurea nigris conspersa guttulis, rotundis à capite ad anum, usque per superna fertur. Ab utroque illius lineæ lateribus, rursus aliæ maculæ sunt, seu potius puncta mi-

nima nigra ipsa posita, ut etiam lineas duas, hinc inde unam efficere videantur. Alvi extremitas acuta est, & nigra, nigri quoque pedes, numero quatuordecim, licet quatuor ab utroque latere in anteriori parte pictor pinxerit. Capillamenta habet subtilissima plenè aurea. Ova mihi peperit candidantia, quæ appinimus postremo loco.

PUNCTUM IV.

De Erucis quarta tabula.

IN quarta tabula quatuor duntaxat dantur. Quæ primo & secundo loco, ex maximarum genere est. Alvum habet bifidam, & ex dorsi extremo, caudā exeret erectam. Toto corpore ferè uni color ex luteo fusca. A ceruice ad quartam usque vertebra lata est linea aterrima, exiguis aliis una recta, cæteris transversis candidis insignita. Supremo etiam vertice atro est, facie anteriore flava, pedes habet monstroset magnitudinis. Supina parte ad cinereum vergit. *Altera*, quæ *tertia* est in hac serie, tribus constat coloribus, viridi, aureo, & nigro. Corpore nimirum undique toto viridi, sed annulis nigris aureis punctis distinctis. Inter annulos singulos linea est annularis item sublutea. Pedes habet quatuordecim virides. Fructum nè arboris an potius folliculum cujuspiam Insecti dicas, quod quarto loco depingitur; id Frat. Gregorius Capuccinus Regiensis mense Julio anni 1597. in abiete offendit. Folliculum esse arbitror: erat enim intus plenum telis Araneo similibus. Inerant & ova. Quare cum Erucas aliquot ova edere observaverim; Erucæ cujuspiam esse judicavi, eam hoc sibi fabricare operculum, ut ova ab omni externa injuria protegat. Figura, & colore maturas æmulatur olivas. Ejus exterior substantia erat cartilaginea, & variis exiguis tuberculis ceu punctis extuberabat.

Sed nūquid hæc Eruca ipsa texat, & veri-

verisimilius est, vel aliundè Grabronum more allata materia conficiat, necdum didici. Fructum interim non esse abietis exemplo discimus, quæ conifera est; nisi quis dicat abortivum esse, quales multos observamus in quercu. Cùm reperiretur, non erat unicus, sed quatuor simul erant conjuncti: quatuor ni fallor Erucarum opus ac labor. Quâ in conjecturâ si fallar, lector boni consulat.

PUNCTUM V.

De Erucis quinta tabula.

IN 5. tabula sunt novè, quæ *primum* locū habet, magnitudine est duorum digitorum transversalium, colore fusco, quaternis macularum nigrarum seriebus distincta: capite flavescente, toto corpore glabro; utrimque ad latera propè ventrem linea quadam flavescente insignito: subtus toto colore albicante. In brassica nasci rustici dicebant. *Secunda* descriptæ aliquo modo est similis, quoad formam & glabritiem, sed minor tamen, coloreque castaneo magis diluto; capite duabus maculis nigricantibus insignitur. Ab eo ad extremum uropygium duobus macularum ordinibus, partim atris, partim luteis decorata est; & utrimque ad latera linea quædam rubescens per longitudinem fertur, cui in singulis annulis punctula quædam in medio candida, & in circumferentia nigra supersident. Parte supina tota dilute lutescit. *Tertia* bina è laterib. frontis emittit cornicula exilia, & breviora: caput etiam habet parvum & nigrum. Toto corpore hirta est, & colore ferrugineo, annulis vero nigricantibus. Capillamenta penicillos æmulantur ubique, præterquam in cervice, & dorsi initio, ubi vix ipsa videntur capillamenta, quia rarissima sunt, & exilia admodum. Cauda etiam penicillis horret, quod nec dum in aliis vidi. *Quarta* ejusdem cum secunda magnitudinis, colore est terræ illius, quam umbram pictores dicunt: Inter

singulos annulos tria habet tubercula, ex quibus pili oriuntur penicillorum figura coloris castanei. Albicans vero linea per dorsum recta à capite ad caudam ducitur. Pedes anteriores magis, quàm posteriores nigri sunt. Inter singulos quoque flexus à lateribus punctula sunt albicantia alternatim posita. Quod *quintum* datur in hac tabula, id dispari fructu nascitur. Celebre est apud Plinium aliosque probatos scriptores ad quartanam. Alibi de hoc insecto, hoc etiam prodidit loquens de remediis adversus dolores dentium. Is quoque vermiculus, qui in herba labrum Veneris appellato invenitur, cavis dentium inditus mirè prodest. Nam Erucæ brassicæ, ejus contactu cadunt. Idem mihi proprijs ante multos annos manibus ostendit Cardinalis Paleottus: neque id amplius videre potui, licet multos fructus, diversis aperuerim temporibus; donec tandem an. 1592. sub finem Septembris cum fortè speculaturus, nunquid potius in maturis quam immaturis nascerentur, inveni illis, qui maturi erant. Longitudo digiti auricularis transversim dimens: sed cum nunc exactius descripturus id intuerer, offendi ex erucarum genere esse, nam quatuordecim progreditur pediculis. Caput atrox splendet, ut semen amaranthi æmulari quodammodo videatur: cætera albicat. Dioscorides etiam meminit, sed nemo veterum Erucam esse scivit. *Sexta* à lateribus leviter lutescit, infra, ac supra colore est castaneo, annuli quoque castanei caput nigrum, pedes exigui, sublutei. *Septima* pictura est induramenti cuspium Erucæ affabrè facti ex folio quodam arboris, aliaque materia bombicina. Folium id extrinsecus multis velut laminis sericis albicantis coloris erat obvolutum; intusque quidem eodem modo, sed pluribus laminis intricatum erat. In centro, seu medio laminarum plurima ova, nigra, parva seminib. vel hyoscyami, vel nicotianæ comparibus, una cum fœtibus etiam numerosis latebant. Ex quo docemur etiam Erucas esse,

quæ

que & ova, & eodem etiam anno foetus edant. Aliud nidulamentum sive folliculus exhibetur loco octavo, figurâ pudendi humani. Inferna enim parte referebat quodammodo scrotum, superiore virgam, ac eò magis cum duabus, ut hæc instructum esse fistulis aut ductibus. Eo aperto vidimus rami frustulum, & folij pediculum figuram virgæ efformare: hæc enim simul complicata Eruca filis obtexerat; sicut item folium, quod scrotum efformabat. Intus ut in proximè descripto, & ova & foetus delitescabant. Erant ambo isthæc nidulamenta ita undique clausa, ut ne hilum quidem aëris, ne dum pluvix admitterent. At cum ita undique clausa sint, quispiam quærat, quomodo ea ibi posuerit Eruca, cum hæc intus non reperiatur. Responderem ego texere quidem primo folliculum Erucam non totum, & in ea, quam texuit parte ova edere, dein occludere, & abire, sed nunquid postmodum moriatur, aut in Aureliam cõvertatur, nec dum didici. *Postremo* loco depicta Eruca tota erat viridis punctis conspersa nigris, capite rubro.


PUNCTUM VI.

De Erucis sexta tabula.

IN ultimâ quindecim depinguntur. *Prima* est tota viridis, lineis transversalibus, sed singulis tribus aut eis punctis decoratis, quales in pluribus aliis observavi, annulis luteis, sub quorum singulis punctum est atrum: rostro etiam atro est, atris anterioribus pedibus, posterioribus viridibus. *Secunda* quoque est viridis, sed in hæc lineæ nigræ illæ corpus ambientes latiores sunt, & binis tantum maculis aureis insigniuntur; præterea annulos habet nigros, & luteas, latasq; velut è capite antennas emittit. *Tertio* loco habet figuram Cossi, de quo suo post loco separatim agemus, hic ideo positam, quod si posteriores haberet pedes, omnino esset Eruca. *Quartum* depicta Eruca glabra, ex minorum genere, toto corpore ex viridi lutescit,


sed annulos habet nigros, & inter singulos puncta oblonga tria, itidem nigra. Caput rubescit, retro, quod duobus minutissimorum punctulorum nigrorum ordinibus conspergitur. Pedes quatuordecim nigricantes. Habes *sexto* loco Erucæ suæ involutæ folliculo rubicundo Chrysalidem, sive Aureliam. Ad tactum tantum mobilis, & tota viridis est, & nigrum habet inter singulos annulos punctum, quod supra candicat. Habes deinceps aliquot Geometrarum icones, ideo hic adjectas, ut quomodo ab Erucis differrent, unico intuitu conspicias. (Geometras eas voco, quòd hominis Geometræ ferè instar incedendo agros dimerantur) Pedes enim in hisce animantibus contrario sese habent modo, ac in Erucis, quibus nimirum antèrius pauciores sunt, postèrius plures (loquor autem de ijs quæ habent quatuordecim) cum Geometræ sex habeant antèrius, postèrius etiam totidem, in medio ventre nullos, quo fit, ut eò, quo pictura prima ostendit, modo incedant. Aristoteles huic Erucarum generi nomen non dedit, sed appellat *καρτίας, ἀκνυμάμοσι τῆς πορείας* hoc est Erucas, quæ undatim incedunt. Parte enim, inquit, innitentes priore contrahunt sese, adducentes posteriorem, arcuatimque incedunt, & ex his scribit nasci *τινία, & ὑρίεξ*, quæ Gaza vertens Acias, & superas dixit. *Prima* tota lutescit superne, inferne ad ferrugineum accedit: A lateribus inter singulos flexus punctulis nigris maculatur. Quæ subsequitur eadem est extenso corpore depicta. Caput candicat, pedes nigricant. Nona in hac serie Geometra est omnium minima, tota viridis, vel potius coloris herbacei, excepto capite, quod rubicundum est. *Decima* pictura ejusdem est in spiram revolutæ: nam si tangas, eo modo se contrahunt, & caput colant, contra pericula, ac injurias. *Undecima* ex minorum genere est, corpore coloris ferè ferruginei, à lateribus lutei. Pedes, caput, & extremum caudæ habet nigra. *Duodecima*, rursus ex vulgatissimarum Erucarum, quæ bras-

sicas




Erucarum Aldrov.


Tab. 6



Aurelia Aldrov.




Bombyces. Seidenwürm Mouf.



Bomb. supine sect,




B. ferico exempto .



Papilio Eruptur,



Bomb. Mouf. P. Eruptur, Papil. erupturus




Follicul, Bomb.




Papilio Bombyc.



Follic. incluso Papil.



B. gravid,



ficas infestant, tota herbacei coloris, exceptis annulis, qui lutescunt. Decima tertia eiusdem coloris herbacei, sed annulos habet aterrimos, ferici instar splendentes; præterea inter singulos annulos rotundos habet velut oculos luteos, & in medio horum nigerrima puncta. Caput luteum est, punctisque nigris minimis maculatum. Quod *decimotertio* loco depingitur insectum, corpore quodammodo Erucas æmulatur glabras, sed pedes habet ab utroque latere ternos, quanquam bini tantum à pictore expressi sint: toto corpore est nigerrimum. Epidauro id allatum mihi donavit Antonius Maria Alberghinus Philosophiæ & Medicinæ D. eximius, inquiring illius pulverem ad strumas curandas remedio esse peculiari, ac præstantissimo. Ex minimarum genere est *postrema* Erucula, tota ferè cinerei coloris, annulis vero subluteis.

ARTICULUS III.

De Bombyce.

Nomen.
Aldr. Hist.
Inf. 6, 2. c. 4.

Bombycis historiam separatim nos daturos supra diximus. Status ergo hic promissis, addituri insuper & de *Chrysalide* seu *Aurelia*, aliquid. Eruca ista βόμβυξ est Aristoteli, Hesychio ὑλομήτης seu ὑλομήτης, ut quibusdam placet; Ambrosio & Basilio *vermis Indus*; Alberto, *vermis lanificius*, Baptistæ Pieræ, *Eruca bombycivora*; Scaligero *Ser*; Aulonio, *Ser vestifluus*; Pausaniæ *Seres*.

Descriptio Omnes septem habent annulos: Pedes quatuordecem, anteriores sex, qui minores sunt, posteriores octo, qui post tertium annulum incipiunt: postremæ duæ omnium sunt maximæ, supra quas cauda est, acuta & surrecta. Inter singulos annulos macula conspicua est nigra. In dorso inter eosdem annulos, quatuor sunt Semicicla literam G maiusculam formantia, quorum priora evidentiora sunt postremis, quæ nempe tam sunt exigua, ut visum ferè effu-

giant. A capite ad caudam usque linea per dorsum medium fusca fertur. Rictus omnibus idem, porcorum ferè similis, oculi magni, & nigri, uropygium caudæ piscium ferè speciei.

De generatione & aliis, hæc nos olim in Naturæ admirandis diximus. Vermis primo est, Folliculo inclusus emoritur informis. E folliculo denuo prodit alatus papilio. Itaque insectum reptile in volatile per medium Zoophytum motus atque sensus expers, admirabili metamorphosi commutatur. Exclusus enim primo vermiculus, alimenta quærit copiosa, quibus avidè depastis, capitis crebra arrectione cum veterno veluti luctans, tandem obdormiscit triduum vel biduum, pelleque interea exurus ad consueta redit alimenta. Cum quater pastus, quater obdormiens, quater renovarit, spreto deinde pabulo sublime perit, & virgultis conscensis, alvo rite purgata, lanificii rudimenta inconditis primum mæandris per ramos exercet, mox folliculo inclusus pellucido, indefessi laboris fructum è centro ad circumferentiã protrudit pilum album, viride, flavum, ovali figura, cum æqualibus veluti certans, novem dierum spatio, absolutoque operi immoritur. E folliculo loco subterraneo deposito, papilio post decimum diem prodit cornutus, sed alarum alimentique immemor, brevis ævi jacturam fœtificatione reparaturus, in molli impositus vellere, concubitu perpetuo per triduum, rarius quatrimum fœminæ connexus, emoritur, nec multo post vidua, relicto post se instar granorum milii semine, centenario fere, mariti fata sequitur. Sed de his & aliis quæ circa bombyces occurrunt, accuratissimè egit, *Andreas Libavius*, in sua *observatione*, quam hic in gratiam Naturæ indagatorum appono.

Cum difficile sit singulorum auctorum sententias & experimenta ad amissim explicare, quæque illi diversis temporibus aut locis obser-

vavere, ad unam historiam revocare, proq; huius fide damnare vel astruere, quod quisque verum usu & notatione rerum deprehenderit: ubi forsitan eveniet, ut nec Plinius, nec Pausanias, nec cæteri, qui videntur secus ac à nobis cognitum est, commentati esse, repudiandi existimentur: adjiciam specialem historiam bombycum domesticorum, quam anno salutaris reparatæ 1599. Rotenburgi ad Tubarim ipse ex diligenti istorum cura & attentione ad naturam, & opera consignavi, vel utique in diarium conjeci. Si quid diversi in India, Græcia, Italia, & alibi aliis temporibus, ministerio, educatione, consuetudine, & cæteris, perspectum est: quanquam natura dicatur semper agere eodem modo, nec nisi accidentibus variare: id quoque conferent, qui notaverint, ut sic ex multorum experientia naturæ historia accipiat incrementum & absolvatur.

Circa vigesimum quintum Aprilis ovabombycum in charta simplici superiore anno procreata, & per hyemem in tepidario cubiculi servata exponebam Solis radiis per fenestras orbis incidentibus. Quæ plumbea seu nigra erant non quidem omnia uno die in eruculam abibant, sed tamen ante finem eius mensis cuncta, sub auroram potissimum vermibus erumpentibus, prout quisque perfectionem suam erat consecutus, relicta vacua testa seu putamine coloris albi, in latere orbiculo eroso, qua in parte extremitates nonnihil nigrescebant, propter terminum rodendo acceptum. Punicea, & citrea, sive puta, sive nigro puncto discreta, nihil edebant, quod vel intacta fuerant masculo semine, vel principium in eis suffocatum. Hæ eruculæ intra ovum nanciscuntur suam speciem, & in circulum convolutæ jacent, unde exesa testa primum nigrum splendensque caput exerunt, postea tractim prorepunt osculo, & pedicellis nisu suo, & in pavementum impa-

ctione, adminiculum præbentibus. Statim tunc notavi filamenta ab osculis dependere eaque tenuissima ut vix conspicias nisi obvertas luci. His sese librant, pendentque à foliis, aut etiam sicubi delapsæ ex altiore loco eum repetunt, vel experiendi gratia suspenduntur, multiplici flexu involvunt, atq; ita sursum contendunt, more vulgarium erucarum arborum folia & flores depascentium. Vermiculus niger est & pilosus cum albo circulo, in confinio pectoris & cranii, & alio in ea regione, qua venter contingit pectusculum, eique cohæret, quitamen ob pilositatem non est admodum conspicuus in prima ætate. In fine dorsi, ubi est alvi exitus, pinna quædam parva prominere: Et plane cætera forma eadem est cum bombycum specie, nisi quod hirsuties & nigredo per aliquod pellis mutationes in glabritiem splendens, albedinemque transmigrant, & ex parvula bestiola fiat vermis, medium digitum viri mediocris tribus articulis junctis longus, crassus ferè auricularem, quanquam non omnium eadem sit magnitudo.

Invenias aliquas eruculas cum caudæ plectro triplici, aut duplici, ita ut majus surrigatur ex circulo ultimo dorsi: minora ex subiecta statim lorica caudæ. Vnum vidi maius hinc inde binis stipatum minoribus, in quorum loco aliàs duntaxat sunt protuberantia puncta.

Progressio erucarum est ut bombycum. Nam caudæ fulcra pavimento infigunt, & postea tractim per circulos sese promovent, sublatis primo partibus, inter caudam & pedes posteriores: postea his fixis interstitio inter pectus & pedes, donec ad pectus ipsum & pedes anteriores sit perventum, quibus hærentibus cauda vicissim tollitur & fulcitur gressus. Nam motus animalium fit aliquo quiescente & stabilimento præbente. Natis statim præbui tenera mori folia, in quæ transtuli

transfili eas cultello levi, vel etiam
 sivi per se irrepere in folia, cum
 quibus eas cistellæ lignæ deman-
 davi, invadunt autem folia ab ex-
 trematibus & planitie superius in-
 ferius. Non enim impediunt rostri
 appendices. Ita pascebantur ab
 Ultimo Aprilis, & circiter, usque ad
 Octavum Maji, quo animadverti
 primam senectam positam, quæ erat
 oscillum nigerrimum splendens cum
 exili nigra pelle. Solent autem ali-
 quando ante quasi cunctari, & dor-
 mire somnum renovatorium, siqui-
 dem somnus est appellandus. Ab-
 jecta senecta, statim apparent gran-
 diores, leviores, & nigredine dilu-
 tiore. Nam corneum capitis tegu-
 mentum, quod subnascitur veteri,
 secundum proportionem maius est.
 Detracta pelle, etiam intumescit re-
 liquum corpus, quasi prius incre-
 mentum prohibuerit angustia corii.
 Idem tegumentum seu cranium ca-
 pitis, cum recens est, albicat, post-
 ea cum firmatur itidem evadit ni-
 grum, donec plures procedant mu-
 tationes; Sicut autem ante positio-
 nem leberidis abstinent esca, ita &
 post aliquantulum quasi pigrescere
 videntur: nam tenerius est instru-
 mentum quam ut carpere folia pos-
 sit. Dum percuritant folia, non
 raro altera alteram transit, idque pa-
 titur ea placide nisi nimis offenda-
 tur. Tunc enim sublato pectusculo
 capita concutiunt hinc inde moti-
 tantes, idque etiam bombyces fa-
 ciunt. Semel atque iterum tunc præ-
 betur pabulum, & angusto in loco
 degit multitudo. Cum satis com-
 ederunt, ad dormiendum inducun-
 tur. Tunc videas eas instar statua-
 rum, aut eorum qui catoche labo-
 rant, pectusculis sublatis cum osculo
 in foliis quasi obriguisse. Sed si pabu-
 lum novum injeceris, statim excitan-
 tur & comedunt rursus. Olfactu
 videntur folia deprehendere nova.
 Nam etiam nondum tangencia ere-
 ctione corporis affectant. Fieri ta-
 men idem etiam alteratione quadam
 qualitatis tactilis putes. Excremen-
 tum alvi tunc exile est, & nigrum in-

star pulveris pyrij. Decimo sexto
 Maji aliquæ secundo mutarunt pel-
 lem, aliquæ quieverunt, & sequenti-
 bus diebus exuerunt membranas.
 Rumpuntur eæ in capitis confinio
 hærentesque foliis manent, eruculis
 per circulos ordine motos sese expe-
 dientibus, oscillum etiam non statim
 cadit, sed pendet aliquanto spacio ab
 ore novo.

Tunc color niger in gryseum mu-
 tatur, & erucæ grandescunt magis.
 Pectus tamé album conspicitur, ple-
 numq; succi adeo, ut pellucere cre-
 das. Quoniam autem non uno die
 omnes mutant corium, si placet, po-
 tes pares ab imparibus segregare. Sed
 ego una reliqui, tantumq; recentibus
 suppeditavi novam escam, cæteris in
 veteramentis adhuc conviventibus,
 & metamorphosin exspectantibus.
 Non enim tunc potes stabulum ex-
 purgare, sed differendum negotium
 est, donec evigilarint, & possint in fo-
 lia pellici nova. Tertia mutatio ince-
 pit 22. Maji, quo dormierunt multæ,
 aliquæ etiam pellem devolverunt.
 Ea non amplius tam nigra erat, sed
 albedinem præ se ferebat cum oscil-
 lo, ipsique vermes exhibant candidio-
 res, relicta senecta, corrugata magis
 quidem ea, quæ non adhærebat fo-
 liis per filamenta, minus autem ea
 quæ affixa erat. Nam hæc in longum
 porrigebatur trianguli specie; ratio-
 ne altitudinis. Etenim deorsum acu-
 tum surgit è medio, quod quidem
 ego fieri puto per caudæ apicem ea
 traductum & elevatam corium. Ex-
 tremas posterior huius leberidis est
 instar caudæ piscium bifidæ. Pasce-
 bantur erucæ liberatæ rursus usque
 ad 25. quo somnum renovantem ani-
 madverti, & aliquas etiam eodem die
 novas: sed 26. dormiebant plures, ali-
 quæ etiam 27. paucæ 28. & 29. ita ut
 jam maius esset discrimen. Quæ ta-
 men dormiebant 27. eę sequente mu-
 tabantur, & ad pabulum post cuncta-
 tionem aliquam redibant.

Hac quarta mutatione ex erucis
 facti sunt bombyces glabri & albi,
 cum maculis tamen plumbeis, & o-
 scillo albi cornu instar. Hic est men-

sis primus vitæ, & prima ætas. Sed cum in tertia & quarta renovatione cuticulæ omnia sint notatu faciliora, pateantque liquidius, uti observavi, accuratius paulo describam. Erucæ tertiæ & quartæ mutationi vicinæ, pellem habent subsquallidam aspectu, & rigidiorum quam vermis incrementum ferat. Itaque subtus nascente cuticula molli abscedit paulatim, & quia cohærent nerveis quibusdam vinculis in utroque latere, qua sunt punctorum vestigia, hæcque non facile distrahuntur, maior nisus est in exeundo, & quies fere bi-duana.

Cum itaque foras contendunt, vetus oscillum corneum separatur à subnato novo, vermis ipse, siquidem affixa folio leberis est, pedes & crucula convellit, modo contrahens modo remittens, donec ex ocreis vetustis eos extraxerit. Interim & cutis laterum corrugatur, corpore per squamas diviso in se contracto iterumque extenso. Sic toto corpore laxantur exuvix. Mox in anterie se se promovet vermis, & lateralia vincula paulatim ducit, promotis ordine squamis iterumque reconditis ut fere initio dubites *πρόσω an ὀπίσω* exiturus sit vermis. Sed tamen isto modo vincula abrumpuntur. Primum juxta pectoris confinia observatur promotio. Ibi enim puncta secedunt, & duo in verme, duo in leberide apparent. Dum porro squamæ trahuntur, quasi linea violacea existit in latere utroque senectæ, tum ob puncta, tum vincula intus applicata lateribus. Interim cauda rugatur, pedes exinaniuntur, prorepiq; octava horæ parte vermis novus, vetus oscillum ori præfixum habes, ut mulus capistrum. Videas in extremitate caudæ etiam chordam albam trahi, qua pelles dorso cohæsit. Facilius enituntur effixi, solutis verò miris modis sese convolvunt in dorsum, latera, ventrem, donec tandem expedianur. Et horum leberis in globum fere coacta est, illorum vero extenta. Si duos extrema unguibus prehendas, & diducas, justam longitudinem recuperes,

cum vestigiis pedum omnium & squamarum. Nihil enim deest præter oscillum. Longe a candidior quartæ mutationis cutis est quam tertiæ, ut & cranium. Vermes ipsi jam bombyces sunt, modo recte & sedulo sint curati & enutriti, pingues candidique, quanquam alii aliis minus, adeo ut videantur nonnulli subflavi esse, alii ad plumbeum non nihil accedere. Pedes & ora initio sunt mollia. Itaque & tactu foliorum & comestum aliquantum abstinent, hærent eis pertinaciter, & caudæ quidem adminiculo possunt retrahi & explicari, pedes autem posteriores obtusiores, crassioresque tribus quasi articulis constantes in medio nigrum punctum habent, quem ego puto esse prehensionis instrumentum, quod queat pro arbitrio, ut unguis felium, promi & recondi. Anteriores non tantum gradiendo inserviunt, sed & prensando folia, trajiciendo corpus, distribuendo fila & aliis usibus. partes secundum longitudinem à capite ad caudam in dorso sunt caput, gibbus seu tuber pectoris rugosum, octo semicirculares squamæ & tripartita cauda. Tuber pectoris in capitis confinio aliquibus albet, aliquibus distinctum est maculis duabus lividis, quas dividit linea flava, quæque diversis diversimode sese habent. Nam color aliis remissus, dilutusque & fere evanidus est, aliis intensior. Qua verò sese attollit ille gibbus, quatuor nodi conspiciuntur, quibus assistens cutis rugosa efficitur. Sequuntur semicirculi. Hi junguntur membrana tenuissima tanquam linea viridante ex cæruleo. Ipse vero squamæ albet, quamquam in nonnullis aliquid plumbei subluceat: & cum jam maturi sunt bombyces serificio, spicei evadunt. Singule etiam in utroque latere insigniuntur puncto, quem ambit circulus parvus. Dixi ibi vincula esse, id quod etiam apparet in chrysalide. Deinde squama octava, aut duobus punctis lividis distincta est, aut semicirculis lunatis, quasi duas lunulas se mutuo respicientes cornibus inscripsisse. Verum tamen non sunt pares in omnibus.

Nam

Nam alicubi magis sunt conspicui, alicubi evanidi, subtiliores, tenuiores, magis plumbei, magis albentes, &c. Hinc bini circuli leves post quos qui sequitur duos nodos habet, usque ad eum qui podici imminet, & apicem seu cuspidem surrigit. In maioribus observantur protuberantiæ in squamis singulis, sed tamen hæ sunt eminentiores in tertiis. Cranium ipsum corneum quidem est, sed divisum quasi in tres partes, dexteram scilicet & sinistram, quas putas oculorum notas esse, & deinde oris compagem, quæ iterum in appendices & maxillas suas, in quibus ferratæ dentium figuræ distinguuntur. Per totam dorsii longitudinem gula protenditur, usque ad fulcra caudæ, super quibus inter ultimam squamam est exitus alvi. Conspiciuntur etiam in dorso usque ad plectrum caudæ, quidam nervi continua diastole & systole mobiles, quo pacto moveri cor & arteriæ solent. Et hi nervi ex albedine flavent, cumque distrahantur, viridem gulam, seu intestinum detegunt. Cohærent plectro, tanquam ibi esset respirationis quidam exitus, quanquam non respirent. Sed vitæ sedem ibi esse non est dubium, licet deprehenderim in nymphis partem quandam rubeam, ut infra docebo, palpitantem per se solam instar cordis. Cum resecatur istud plectrum, exit humor liquidus subflavus, & vermes ipsi non quidem moriuntur, sed tamen moventur vehementius, seseque convolvunt, & reflectunt, ut iudices dolorem exoriri acerbum, nerveo principio læso. Stercora cibum referunt, suntque sicca, sexangula, oblonga, quasi stellata, unde intestini vel alvi dispositionem quis colligere possit. Virent quidem ex esca, sed tamen quia stipantur dense, & ex ucca sunt, nigra apparēt, sicut plus viridescunt humidiora. Fœminas à maribus distinguere hic jam queas si attentus sis. Evenit enim & in his, quod de aliis fœminis scripsit Philosophus, ut scilicet sint maiores, & pinguiore, humidiores, molliore, candidioresque maribus, qui austeriores, maculis lividiores, te-

nuioreque. Si digitis attrectes, omnes frigere animadvertas; Sæpe se erigere solent in pedes posteriores, & tanquam statuæ sic manere. Cum vesci volunt, foliorum margines, & venas protuberantes invadunt, contra ac erucæ. Puto obstare appendices oris, præstat tamen aliquid adiumenti pedum anteriorum in tenendo cibum officium. Exedunt autem folia circulariter, seu in orbem, ut lacuna maneat rotundi ambitus: Pasti secedunt, & coniuncti multi quasi cumulo quiescunt, delectari puto mutua calefactione & tepore: ut dormientes à mutaturis pellem discernas, observanda erit nervorum in dorso systole & diastole. Nam in dormientibus par est vigilantiæ, motio, at in exuviis posituris tardior obscuriorque, ut intelligas tunc potius ægrotare. Deinde dormientes os habent simplex, sed senectam abiecturæ præferunt ossillum. Verum hoc non in bobycebus sed erucis adhuc locum habet, quidam iam quater renovati circa caput polluantur fuscedine, & tamen pergunt vescendo. Quidam non proficiunt admodum incremento, sed parvi manent.

Dictum superius est à Maji 25. quartam mutationem in pelle usque ad 29. eiusdem in diversis factam esse. Ab hoc itaque tempore usque ad Septimum Junii, & deinceps per octavum, nonum, decimum, undecimum, studiosè affectarunt pastum, itaque pingues & grandes evaserunt, fuitque ter die, & ultimis diebus quater, vel sæpius præbendus cibus. Nam cum serificio & maturitati sunt vicini, vorant cōtentius, invadentes folia cupidissime atque & nervos absumentes. Notabis autem circiter tredecim dierum spacium intercessisse inter renovationem quartam, & à cibo abstinentiam seu serificii meditationem. Respondent enim sibi tempora à 25. Maji ad 7. Junii à 26. ad 8. à 27. ad 9. à 28. ad 10. à 29. ad 11. quo ultimam inclusi excepto uno parvo masculo qui diutius perseveravit in pascendo. Iam circa ultimos dies plerique incipiunt, spicuum colorem adipisci, qui à poste-

riore parte incipit evidentius apparere, hincq; ad gibbum pectoris ampliari & progredi, quamquam aliqui magis & fere toti flavent, aliqui albi misto extuleo manent. Cum fata instant secedunt ad latera capsulæ, nec adoriuntur folia ore, quamquam perreptent. Nonnulli ad angulos fila figunt, quasi iam exorsuri vestibulum: alii repunt per extremitates, & hinc inde speculantur, inquiruntque aptum latitandi locum. Inclusi pleurosque cucullis chartaceis, quos alicubi commode disposui & affixi, in quibus rodendo, vellicandoque parietes aliquantum strepunt, sed postea alvi sicco & humido excremento (nam tunc duplex emittunt) projecto ex posterioribus parietibus chartæ affigunt ea tenacitate, ut glutine firmatam putes. Postea triduo continuo, occupati folliculum pertexunt, quo absoluto, quintam ponunt pellem cum capite & cauda, transformanturque in nympham; Aliquos non inclusi chartis, sed in capsula lignea dispositis ramusculis sivi sibi locum nidi eligere, ubi observes potissimum sequi angulos, & latebras, & plerumq; multi eodem in loco bombycia faciunt, si fieri id possit, alii statuentes ea in rectum, alii in obliquum, alii in latum. Si locus est angustior, comprimitur à latere folliculus, nec plane ovalem tumorem retinet; est alius alio longior, amplior, densior, pro magnitudine & firmitate bombycis. Discrepant etiam colore. Sunt enim aurei, argentei, citriniq; & hi duplices. Quidam enim virorem referunt, quidam plus ad citrinum declinant, quamquam hi omnes ab aliis soleant virides appellari. Omnium prodromus, quantum ego observavi, albet, præter paucos, qui stupam subcitrinam præmittunt. Aurei aliqui etiam internam tunicam habent albam, nec est stabilis color citrinus. Nam cum explicantur ex aqua folliculi candidum fit filum, in lixivio flavescit, &c. Sed operæ pretium est, contemplari serici materiam, & quid sit id, quod tanta longitudine continuum præbet filum.

Cum itaq; grandem vermem vagabundum conspicerem, funiculum collojeci, & ad sectionem protraxi. Vixit pertinaciter etiam coarctata gula, exquisite sensit. Nam ad singulas incisiones dorsi, etiam vix applicato cultello, violenter se convolvit, quasi ore & anterioribus pedibus sibi opem laturus. Divisa cute conspexi longum intestinum, quale est lupi piscis, anteriore parte tumidum & capax, posteriore arctius. Ei intestino nervi seu arteriæ pulsatiles cum continua systole & dyastole incumbebant, & desinebant in plectro caudæ. Hoc reciso, non tantum humor flavus perspicuuserumpebat, sed & capita nervorum; in motu inde sese exerebant, & agitatio fiebat languidior. Habet autem intestinum duplicem tunicam, unam externam crassam, alteram internam tenuissimam. Crassa sentit accurate, estque juxta gulam visciditate multa obductum, quæ postea fit materia alarum, & pilositatis in necydalo, sicut humiditas excrementitia externa in aureliæ putamen cogitur. Crassa tunica pertusa, exit intestinum, adhuc involutum tenui, & multum cibi hesterni è foliis viridibus continet. Videre verò etiam est ex pelle secta, & crassa tunica intestini effundi liquorem sat copiosum & transparentem, quem ego puto pro sanguine esse, & mutari coctione in serici materiam, membraq; bestiolæ. Capite præfecto extumescit initium gulæ, & plane exhibet obtusum nymphæ caput. Exempto intestino cum contentis fecibus in abdomine conspiciuntur specie lumbricor. concreciones quædam lentæ & glutinosæ, aliæ flavæ, aliæ albæ, & duæ quidem magnæ cæteræ parvæ, tam similes lumbricis ut nihil desit, nisi pellis & vita. Vtrinque desinunt in acumen acutum. Situm autem in ventre talem habent, ut uterq; apex versus sit ad caudam, corpus verò reductum & geminatum. Dicas pensum esse complicatum, Si exordium filationis est ab apicibus, necesse est, ut ad os à cauda revocentur. Existimo parvas & albentes portiones imbecillius

cillius sericum stupamque præbere, magnas verò firmius. Exemi hos lumbricos, vidique in charta statim exiccari, & fragilem duritiem induere, perinde ut bubulum gluten solet, ut tendines animalium & intestina, Homogeneum totum est, & pellucidum corpus huius materiæ, quam nullus hominum queat in tam tenuia subtiliaque fila diducere, sed bombycibus hic labor est, ut araneis sua tela, relinquendus & solis dicandus. Corium exterius foris quidem albedinem plumbeo colore mistam habebat, sed intus subducitur cuticula partim livida, partim aurea splendente, ut in halece. Circa ventrem, ubi disponebatur materia serici, fat crassa substantia erat nerveis constans ductibus, & textura continente pinguedinem albam nerveis tunicis implicatam: talis postea etiam conspicitur in nymphis & necydalis, estque in his vulva & genitale membrum. Sub illa substantia plumbeæ sunt propagines in pedes dimissæ, tanquam tendines, aut chordæ. Pellis hæc manente matrice & genitali membro, intra bombycium exiit cum omnibus prominentibus membris: ita ut nympa & papilio inde natus nihil assument ex bombyce præter alvum cum intestino, & in his existentibus nervosis partibus. Humor autem in intestino & genitalibus subsistit fat multus. Vnde postea & seminis materia, & excrementitia proluvies alvi. Verumtamen qui in intestino est humor, crudus adhuc est, & partim viret, partim flavet, crassus quadantenus, quadantenus aquosus. Si quis pinguedinem à nerveis tunicis genitalium separet, & chartæ illinat, cum resiccata est, sebaceam friabilemque inveniet. Putes conferendam esse cum lactibus piscium. Paret ergo in bombyce foris quidem hæc membra esse, pedes triplices, squamosam ventris coarticulationem, pectus, caput, os, anum, pellem, caudam, plectrum: intus autem intestinum, vitales arterias, vel

si mavis, nervos, carnem albam pectoris, genitalia, inter quæ & intestinum continetur, serici materia, & præterea panniculos membranasque nerveas, quibus continentur membra.

Cor habeant, nec ne, alius investiget. Necessè tamen est aliquod tale principium esse, idque non in capite, nec alibi præterquam in confinio pectoris, unde vis vitalis per totum distribuitur. Et maximè tamen elucet motu nervorum, vel arteriarum (uti libet appellare) in dorso ventris, non pectoris, usque ad plectrum caudæ. De nymphis & necydalis posterius dicam. Nunc de praxi serici ducendi quæ observaverim addam.

Cum abstinent pabulo, & ut dictum est, locum folliculi construendi explorant, circa alvi exitum plerumque maculam virentem aut lividam habent, cætero corpore albo, cum virore, vel livore, vel spiceo. Vidi tunc etiam crebro consistere inter vagandum, & ore veluti hiscere, sicut ruminantes vaccæ, cum ex ingluvie revocant cibos ad masticandum. Consentaneum est bombyces tunc conari materiam serici ad os convertere & protrahere. Si includas cucullo chartaceo, rosionis sonus subinde per integrum diem auditur, & tunc in conum cuculi demittitur excrementum primo ficcum, pilulæ nigræ viridis, aut luteæ forma. Penultima pilula plerumque viret, ultima lutea est & flaviofa. Numerus pilularum pro excrementi copia est. Nam deprehendi in una charta modo duas pilulas, modo plures, usque ad duodecim diversi coloris, utpote nigras, virides, flavas, easque non stellatas, sed rotundas; Cum ultima pilula lutea exit aquositas item diversicolor & consistentia dispari. Alicubi enim crassior est, alicubi dilutior, habens aliquid puniceæ & flavedinis, virosisque.

Saniem tamen quandam dicas subcruentam vel fuscam, qualis apparet

paret in charta pura, ubi tamen interdum notes etiam viriditatem pollutam flavedine, interdum quid cretaceum. In vitro lixivii faciem exhibet. Ne vero dubites, ore an alvo reddatur, scito, ore tantum expediti sericum, alvo excrementa, quanquam etiam ex ore emittant humorem tum morbidi, tum strangulati aut compressi. Deprehendi autem bombycem liberum è posterioribus utrumque excrementum reddentem. Ab aliquibus multus liquor excernitur, à nonnullis paucus. Qui multum vacuantur, videntur debiliores esse, & minus serici collegisse. Nam plerique parva bombycia texunt, non tamen omnes. Quali sericum sit futurum colore, ambiguum est. Nam contemplatione capitis, tergi, ventris, pedum facta, plerumque sum deceptus divinando. Nam non eiusdem coloris sericum ab omnibus ducitur, sæpeque stupa & postrema tunica albet, medium sericum aureum est. Putabam spiceos bombyces flavum, albos album reddituros, sed falso.

Nam album ab utrisque promebatur. Semel atque iterum scopum attigi, & vaticinatus sum, citrinam fœminam tale edituram filum; quale tamen etiam tractum est ab illo bombyce, cuius venter albo plumbeus erat, macula frontis flavæ. Vidi & fœmellam totam albam, album sericum fingere. In parvis angustisque chartis, juxta proportionem tamen vermis, minores fiunt folliculi, sed spissiores & minus stupæ. Notavi tamen in amplioribus etiam parvos folliculos. Qui non inclusi libere sibi locum eligunt, in stupa temeraria multum absumunt florum. Vnde jactura est in serico. Nam bombycia plerumq; sunt minora, & minus dense stipata. Si velis attendere, rationem texturæ accurate cognoscere in his potes. Et enim postquam aliquamdiu vagati sunt, & modo hic, modo ibi exordium operis facere tentaverunt (id quod sedulo corporis nisu præstant,

dum hærentes pedibus posterioribus, caput & totum pectus fursum, deorsum ante retro, & ad latera, varie movent, sicubi sese offerat commodus bombycii affigendi locus, nec visu, sed tactu hoc peragunt: sunt enim hebetes oculis) tandem stamina producunt, & firmamenta domus, eaque simplicia aut multiplicia, prout stabilimentum requiritur firmum. Si juxta pavementum id fit, posteriore parte inhærent huic, sin in alto, pendent eadem, seu à ramis, seu aliunde. Nam pectus & caput liberè vertunt, si que opus est, etiam posteriorum situm mutant. Ita conficitur vestibulum seu prodromus. Iam autem sicca excrementa ab alvo sunt reddita, vestibulo absoluto, ita ut jam vermibus securus sit, tutusque ab insidiis externis: stercus ultimum excernit cum liquore, de quo ante.

Et hoc sæpe polluitur stupa; perquam tamen defluit, ad fundum. Exonerata alvo, parumper quiescit textor, & nudat podicem quasi laboraret tenasmo. Tunc revocat veri serici materiam, eamque continuat usque ad extremum halitum, & bombycii absolutionem. Paulatim tunc stipat fila ex amplo, in angustum, ita ut fiat forma ovalis, in cuius capacitate sese possit vertere. Os, pectus, & anteriores pedes in continuo sunt motu. Posteriora hærent, transferuntur tamen ad aliam plagam, cum ad basin vel apicem formandum sese accommodant. Qui in imo juxta pavementum folliculos texunt; videntur insidere pavimento nudo, sed paulatim sibi subtexunt fila, & universum folliculum pariter ubi vis stipant, præterquam in acumine, ad quod in angustis non possunt pertingere. Itaque huius fabrica magis ab initio fingitur, sed basis magis in fine, quam nec hæc negligatur in exordio.

Itaque cum fila explicantur retinendo, apex nudatur primum, & relinquitur

linquitur interna tunica forma digitalis tegumenti. Texunt ita ad diem tertiam: Et adhuc potes laborantes videre secundo, si folliculum foli vel luci obvertas. In cucullis chartaceis basis sursum versa est, apex deorsum: Et rarior illa apparet binis diebus. Tertio demum densatur: & tunc vermis exiit senectam, fitque nympa, id quod facile potest deprehendi; Nam cum adhuc texunt, adhærent, nec percipitur lapsus brutus. Cum vero nympa evasit, quasi lapillus inclusus esset, moto folliculo, nympa cadit: Et hic brutus casus durat, usque dum in necydatum mutata fuerit.

Tunc enim expletur capacitas iterum, & necydatum hæret folliculo exitum quærens. Vnus autem vermis, sub mea cura unum folliculum texuit, cuius prodromus in inclusis chartæ, solida tunica est, in liberis variis modis ultro citroque dispositis & diductis constat filis. Alii vero animadverterunt in uno folliculo etiam duos, quin & tres inclusos fuisse. Verum tamen cum angustior futurus esset locus, sectus ille folliculus communis tribus est, & in eo inventi bombyces coarctati, adeo ut speciem trium digitorum coniunctorum retulerint. Liberati postea singuli aliquid pensi, parum tamen denuo edidere.

Notandum est, animadversum esse, quosdam bombyces, in charta nullum sericum fecisse, sed statim in nymphas abiisse: quod illis evenire crediderim, qui lactuca pascentur, licet non omnibus, aut quibus pabulum minus iusto datum est, aut qui morbo correpti non poterunt colligere serici materiam, quam sicut adeps, ex sanguine abundante sepositus, fieri existimo.

Eveniunt & alia monstra, de quibus suo loco.

Omnium folliculorum oblonga quidem & ovalis est forma. Vidi tamen unum album, ferè exactæ rotunditatis, ita ut utrinque basin haberet sphericam absque acumi-

ne. Erat parvus cum suo prodromo, sed tamen spissitudinis justæ. Verum bombyx in eo non abiit in nympham, nec necydatum absolutum, ut mox exponam.

Illud videtur dubium esse, num sericum ex alvi exitu promant, an ex ore, quanquam semper ore & anterioribus pedibus distribuant. Non leve argumentum est, quod iuxta caudæ fulcra in imo ventre conspiciatur quoddam rimæ vestigium, & extremitas utraque materiæ sericiæ in ventre respiciat illum locum. Adstipulatur & egestio excrementorum in ipso operis initio.

Sicut enim cum infantem exclusura est puerpera, quicquid fordium est in vesica & recto intestino, id compressum expellitur, ita in bombyce, à serico foras contendente fieri quis existimare possit. Ita instante labore venter tumentior apparet; à ventre incipit maturitas flavicie designata. Ea exit primum, ubi prius maturuit. Eruçæ & bombyces insuper lanugine quadam filosa, circa pedes iunguntur pavimento. Nonnulli inter texendum conspiciuntur à dorso initi, ut è ventre sericum extrahatur, & digeratur ore, pedibusque facilius. Hæc poterant afferri, pro prima sententia. Sed hanc falsitatis redarguunt alia firmiora. Nam ipse oculus obtutus contestatur, quiescente ventre flammæta ore deduci, eaq; viscositate sua adhærentia retracto collo, paulatim protrahi. Itaque non tantum in dorsum reclinati bombyces sic filum trahunt, sed & prostrati in ventrem, ubi tamen vermis totus libere sese vertit. Deinde nec ano, nec rima sub cauda exire potest. Nam ex serici loco ad intestinum nulla est via, Et rima caudæ, quæ designat genitalia futuri necydali, obducta est pelle. Insuper, antequam sericum exeat, crebro ganniunt bombyces, quasi vomituriendo pellicerent ad fauces materiam. Nec intumescunt circa caudam, sed in medio ventris, In capsula etiam chartacea,

cum nullum in pedibus appareret filum, solo ore vidi promoveri & affigi; quin secundo Iunii, cum attente spectarem sibi machinantem bombycium, principium fili prehensum ex vermibus ore, madens extraxi in iustam prolixitatem, pedibus & ventre plane à serico nudis. Ita eruculae ab ore suspenduntur, inde emisso filamentum. Nec aliter aranei & campae arborum sua faciunt vellera. Et hæc quidem de hac quaestione.

Cum folliculus est absolutus, mutato bombyce in nympham, rapiuntur vellera, selectis prius ad instaurationem generis, maribus & foemellis ad arbitrium. Sexus discrimen aliqui ex colore bombycium dignoscere iubent, aliqui ex magnitudine: Et sane aliquid est in hac re argumenti. Nam quia foeminae plerumque maiores, etiam maius struunt domicilium: Veruntamen aliquando fallimur, quia fieri potest ut mas firmus, maiorem architectatur folliculum, quam foemina debilis. Et vidi pares quantitate, vidi etiam foeminarum alibi enutritarum bombycia longe minora meis masculis. Itaque concurrere signa ipsis bombycibus notata oportet, de quibus supra. Caeteri folliculi in aquam ferventem iniiciuntur, ut nymphæ intereant, vel suffocentur calore clybani, post exemptum panem, adhibita cautela ne comburantur. Tunc stupa detracta, famulae, vel socii laboris praesto sunt, qui exordia florum expediunt, quibus inventis injiciuntur plures in pelvim aquae frigidae, aut tepidae, assidensque ministra instrumento tractorio continuo devolvit fila, triginta vel quadraginta aut etiam plura simul iuncta. Si qua rumpitur stamen, socii est, requirere principium & reddere explicanti, id continuatur, donec usque ad interiorem tunicam perventum fuerit, quæ cum difficillime retexatur, exiccata discerpitur in stupam & carminatur.

Dum ita replicantur fila, pulverem multum in aërem emittunt, &

cernere etiam in fundo vasis est quaedam sordes è staminibus prolapsas. Sedulo attentabam num una opera possem absque ruptura totum expedire folliculum abstracta stupa, quæ ob variam implicationem, infirmitatem & diversa principia non potest continuo ductu retexi, Assensus sum votum tantum in medio serico; nam prodomo quod proximum est, etiam rumpi facile solet. Sed medium tenacius est. Ultima tunica pondere addito (nam tunc nymphea prolabitur) explicata à me est cautissime usque ad pelliculam parcam, quæ vix unguem pollicis adæquabat. Qui folliculi basi ad diametrum respondent apici, feliciter evolvuntur: Difficiliter incurvati & gibbosi, & quorum apex stricturam habet. Nam hic filum hæret & implicatur, ut vix citra rupturæ metum cedat. Apex primum nudatur & devolvitur totus usque ad medium folliculi.

Vnius bombycii filum continuum lineæ præscriptæ longitudinem septies millies, in alio octies implevit & amplius. Non tamen par est omnium densitas, & magnitudo, id quod etiam ex distractione in cuticulas videre est. Quædam enim vellera diduxi in duodecim quædam in octo plus minus exiles tunicas. Sylvestris bombyx prodomum habet simplicem tunicam & paulo crassiorem folliculum. Itaque etiam tenuiores facile cedunt prementibus digitis; densiores resistunt.

Cum fatiscit apex fere usque ad medium, unde sat amplum est foramen elapsuræ nymphæ, procidit cum senecta ultima, in qua caput & pedes omnes. Plerumque huius senectæ caput apici folliculi obversum est, ut intelligamus eam exutam esse, dum vermibus consummato folliculo per angustias sese stringit, vertitque fursum.

Nymphæ vertex respicit basin, cauda apicem: eumque bombyx plus quàm duplo lon-

plo longior fuerit, nympha ad parvam staturam contrahitur, ut vix impleat longitudinem internodii secundi in digito medio viri. Vivit illa vitæque indicia evidentia exhibet, motu reflexuque apicis seu caudæ cum tangitur. Si formam externam respicias, squamosum vermem dicas, ut qui caput velamento occultaverit. Squamæ sunt fusæ, tanquam fumo inquinatæ, octo numero usque ad confinia verticis. In singularum lateribus, bina sunt puncta umbilicalia, ex quibus tendines, seu vincula ad necydatum pertingunt. In vertice est macula alba quasi ibi os necydali traluceret cum punctis tribus parvis nigris. Inde à parte anteriore typi pedum & cornuum sunt, à posteriore versus latera vestigia alarum. Si interiora quoque contemplari libet, quarto die ab occultatione, antequam trans-eat in necydatum, aperire potes. Videbis nihil aliud, quam capacitatem unam communem, inque hac tres distinctos humores, unum aquosæ dilutæque consistentiæ, coloris flavi. Hic per totum spacium æqualiter diffunditur. Alius rubet, sanguinolentum dicas: Hæret hic in parte superiori, qua futurum caput, & pectus est. Cordis rudimentum esse judices; quia postea in necydalo vidi talem quandam massam per se mobilem more cordis; si modo cor huic bestię est attribuendum. Tertius humor est albo-luteus, refertque ovum gallinaceum in aquam ferventem iniectum discussumque vel lac caseatum, si quid lutei addas. Vbi foris alarum pedumque cernuntur vestigia, latitat phlegmatica visciditas apta constituendis membranis.

Nulla videas membra distincta, vitam beneficio nerveæ tunicæ proximè externo cortici subiectæ inesse puto. Nam & bombyx ea parte exquisitum exhibebat sensum, motumque arterialem & cordis; planè utriculum humoribus confertum appelles, qui tamen collatus ad

chrysalidem, postquam erepsit necydatum, longe est crassior, ut corticem dicas tunicis intus & visciditate tenace vestitum. Inde postea est lanugo necydali, alæ, pedes, cutis, & cætera interna. Ita in gulam ventremque abiit bombyx, cuius unius cura antea fuerat detentus, nihil tamen hic viroris apparet, qui multus erat in bombycis jam texturi intestino.

Pars itaque excreta est ante folliculi exordium, pars mutata in alium succum. In apice caudæ etiam erat quiddam viscidi instar crudi albuminis. Rudimentum partium genitalium judicabam. Nam eo reiecta est matrix, & vasa spermatica, quorum principium conspicitur, etiam in bombycis ventre. Humores in charta pura excepti & arefacti nigredine infecti erant, quasi atramentum sutorium miscuisses. Sebacea tamen substantia albescebat adhuc, & alicubi enitebat macula subrubens, & crocens, cum albo puncto cretaceæ consistentiæ. Itaque colligere erat nigrorem illunduntaxat aquosi flavique humoris fuisse, qui etiam solus in charta, ubi densior concreverat, splendebat, ut nitens atramentum. Cæteras nymphas partim spoliatas omnium serico nudaque, partim simplici tunica adhuc inclusas, partim in toto bombycio salvas, nulla alia tractavi cura, nisi quod in capsula positas in fenestræ limine dimitterem. Distinxi tamen loculamentis diversis, quas fœminas, & quos mares putaveram, nec me fefellit iudicium, excepto uno tantum. Ita à prima inclusione, usque ad exclusionem processerunt dies viginti sex aut septem, in musæo meo exposito Soli promeridiano, tempore æstivoso Iulii, quale erat anno nonagesimo nono. Nam undecimo Iulii sepulta fœmina, exiit necydatum octavo Iulii. Qui mas nono Iulii texere inceperat, quinto Iulii evasit papilio.

Eodem duæ fæminæ exhibant in folliculis albis maiusculis; & unus mas ex citrino minore. Sexto Iulii sub auroram (nam omnes mane procedunt) mas fuscus hirtusque ex mediocri alboque bombycio enifus est; fæmina vero alba teneraque ventricosa, cum magnis alis: ex folliculo citrino subviridi. Ita & ante, secundo Iulii ex aureo folliculo mas prorepebat, & fæmina ex albo. Hi decimo Iunii inchoaverant bombycium. Cum ex integris folliculis erupturi sunt necydali, non amplius movendo sentitur brutum pondus; & tunc frangitur, circa dorsum thoracis aurelia; postea multus humor limpidus, albusque, ore effunditur, & permadescit locus, qua sunt foramen facturi. Per hunc foras annisu quodam & labore contendunt. Vidi octavo Iulii fæminam exeuntem. Ea tantum liquoris præmittebat, ut in capsulam decideret notabilis gutta. Tunc capite emicabat intus nixa pedibus. Post caput paulatim hos exerebat, statimque comprehenso pavimento sese fulciens, circulos alvi conando sensim protrahebat, ut primo extracto, cum vellet secundum proripere, sese contraheret tota parte anteriore, quasi sic prehensum circulum sequentem una evocaret. Veruntamen consentaneum est ista contractione dilatatum esse magis foramen, ut postea alvus minore cum labore prodiret.

Huc facit etiam varia ad latera conversio. Interim crassiores necydali, & plus humoris in ventre habentes, exprimunt aliquid inter eluctandum, & folliculum pertusum, tum intus, tum circa foramen fædant alvi spurcitie marmorosa. Qui minus laborant, & tenuiores sunt, purum relinquunt. Videas tunc caniciem totam nonnihil madentem à liquore ex ore effuso ad pertusionem facilem.

Solent etiam alicubi quiescere, & sæpius ventrem inflare, diducere, atque iterum contrahere, quasi luxata membra reponerent, & ad legiti-

um situm revocarent. Adeo autem diducuntque laxantque circulos, ut juncturæ emineant impletæ citreo liquore, quasi inflatæ essent. Nymphas nudatas, cum intus absolutus papilio est, triduo, vel biduo ante, sese videas crebro movere, quasi rupturas vincula, quibus alligatur aureliæ necydalus. Earum unam tunc cultello, unguibusque aperui ipse ut viderem congruentiam extremorum lineamentorum cum suppositis membris. Id fiebat quarto Iulii, cum jam circiter dies viginti à serificio præterissent. Remota squama prima, juxta principium pectusculi in tergo prodibat, in conspectum circulus superior ventris tener, cutaneus, hirsutic humente tectus, brevi tamen & complanata ut vix pateret oculis lanugo. Sub dispositione alarum lateraliū, quam in aurelia compares omoplatis, veræ alæ necydali latitabant binæ junctæ, & altera alteri imposita.

Omnes erant breves, tenuesque, utpote nondum perfectæ quantitate. Inter alas thoracis posterior nodus eminebat, prolixiore pilositate utrinque stipatus, sed nondum plane tectus.

Alis & rubore hoc expedito, perveniebam ad deorsum flexas lineas superiores, sub his erant cornua; sub sequentibus vero in pectore pedes recumbebant, obliquè versus alvum compositi & directi. Sub alba macula in nymphæ vertice, necydali hirsutus vertex & pregma est, cui proxime adiacet aculeorum typus forma duorum punctorum atrorum. Hinc sequitur nota oris satis extans initio propter humiditatem, & speciem habet spongiosorum punctorum alborum duorum, quæ tanquam in Leonino labio fissura dividuntur: Alvus tota est instar fucii albi.

Pili in ea opprimuntur humiditate, & lævigati apparent. Constant circulis, ut & bombyx & nympha. Non autem expediebam totum necydalum, sed ipse seipsum suo nisu protra-

protrahebat ex reliqua aurelia. Videbam quo conatu sese absolveret à vinculis alvi, quæ instar albarum chordarum è punctis circulorum dependent, & in aurelia vacua relinquuntur. Hæret & podex arctius. Itaque apex aureliæ contrahitur versus pectus introrsum. Erat autem mas cum alis & villis imperfectis. Eum reliqui in capsula. Quievit usque ad diem sequentem. Tunc paulatim inaluit, & hirsuties conspicua est exactius. Alæ quoque creverunt, & tunc alacrior paulatim factus, admissusque tertio die concubitus peregit strenue.

Necydalorum quæ species sit, tum ex dictis patet, tum superius satis est expositum: Illud addendum est, quod alvus in aurelia contractior sit, & foris distentione inflationeque crebra tertia parte fiat longior, & maior. In aurelia est ruptura trifida à vertice per dorsum thoracis. Et ibi prodit necydalus, Cæteræ partes sunt integræ.

Omnibus jam necydalis natis reliquis ante decimum quartum Iulii, duo folliculi integri remanserunt, quasi nihil reddituri, licet densi admodum essent. Vnus masculus sphericus parvus, alter fœmineus duplo longior & satis amplus, paululum circa dorsum vermis in gibbum elatus, uterque albæ stupæ, sed serici subviridis in citrio; quanquam dilutior esset color in illo. Cum sphericum cultri acie dividerem, cadaver in conspectum prodibat semibombyx, & seminympha foris. Nam anterior pars planè bombyx erat, posterior nympha, siquidem non totam exuerat pellem, sed tantum eius posteriorem portionem, quæ juxta aderat in folliculo.

Dispositio cadaveris; erat incurva, ita ut priores pedes in pectore fere tangerent posteriorum par primum. Hic enim inter primam posteriorum syzygiam & secundam ruptum erat corium, ita ut nympha esset galeata pristinis exuviis, in

quibus caput pectusque cum sex pedibus, & portio ventris cum primoribus duobus. Remota pelle, & aurelia, intus absolutus stabulabatur necydalus mas, isq; vixerat, argumento, quod dum conaretur exire bi-duo antequam secarem, folliculum liquore perfudisset; imo & iam 19. Iulii cum liberarem penitus, motus indicia in ventre & pedibus luculenta præbuit: Causa cur non potuerit, sese exuere & prodire, deprehensa est in cranii bombycis pertinace cohæsiōne, ut & in pedum anteriorum, lorica firmiter connata.

Itaque licet in dorso thoracis rimum tam in aurelia quam senecta fecisset, tamen extrahere caput & pedes non potuit. Sic ergo paulatim elanguit. Animadverti hic naturæ ingenium. Nam cum in exunda senecta exarmentur priores pedes, & posteriores etiam plane secedant; tamen ibi relinquit vestigia, sub quibus postea renascuntur alii. In veterum autem bombycis loculamenta, alarum binnæ insertæ erant, totumque necydali caput cum cornibus cranii galea includebatur. Talis mas erat. Fœmina omni vita cassâ adhuc monstruosior apparebat. Perfecto opere sericii (quod erat bombycium maius, & duorum articulorum auricularis digiti longitudinem adæquans sed longe tenuius masculo; intus album & leve splendensque, foris subcitreum villosum) exuere pellem bombyx conatus erat, indeque protraxerat totum dorsum, quod valde protuberabat, anterioribus in circulum contractis; sed ab oscillo se liberare ob pertinacem symphyfin non potuerat. Itaque ibi senectæ caput, nymphæ vertex, & necydali coniuncta conspiciabantur; quæ coniunctio retinebat senectam in ventre, ne potuerit penitus avelli, & desringi. Ideò & cohærebat, cum alvi acumine, non aliter ac si quis sacco fuisset inclusus; & circa caput astrictus; factò vero in tergo

foramine dorsum extraxisset quidem, sed adhuc hæreret capite, & podice, ita jacens incurvus & exanimis. Sic se habebat fenestra. Ex hac prominebat & aurelia, quod attinet partem superiorem. Ex aurelia vicissim necydalus fere totus eluctatus erat, fracto putamine in dorso, solitaque regione; sed capita cohærebant indivulsa, sicut & alvi extrema.

In ventre exorto magna copia ovorum conspiciebatur colore flavo. Nam fœmina statim etiam intra aureliam ovorum formam in sua matrice absolvit, sed quæ sine maris aspergine sint infœcunda. Itaque etiam vidi ova parturientem eam, quæ nullum marem fuerat passa. Conspicuum hinc fuit, quomodo natura exuat primum veterem bombycis pellem cum forma; postea transeat in nympham, cuius aurelia vicissim exuta prodeat necydalus. Triforme hoc monstrum erat dignumque contemplatu. In eo notasses etiam aureliam ea parte, qua alæ erant designatæ, nigram fuscamque, quasi afflata fumo fervente fuisset: deinde quantoperè conata fuerit fœmina necydalus exire, perspicuum erat ex ovis eminentibus ex interstitio circuloꝝ squamiformium.

Cohærent aliis ventris circuli interveniente cuticula tenui, contiguae. Sed in hoc adeo erant circuli disiuncti, ut Zona juncturæ latior esset circulo. Apex alvi, fenestræ, & aureliæ, ad lucem transparebant, ita ut cernere exacte posses confinia. Ad dimidiam verò aureliæ capacitatem pertingebat extremitas necydali circa dorsum hirsuti, licet imperfectè, quemadmodum & alæ nondum assecutæ legitimum incrementum. Et hætenus de monstris.

Necydalo vegeto tenax vita est, præsertim in pectusculo. Nam & capite & alvo abscissis, alas motitat strenue, & pedibus discurrit, idque

usque in alterum diem aut amplius. Secta fœmina in alvo matricem exhibet ovis plenam, adeo ut post quadringenta jam edita, nihilominus superfuerint plura. Insistere & involuta esse subtilissimæ tunicæ videbatur.

Apparebant & nervosi quidam ductus, instar meatuum intestinalium. In medio ventris vesicula extabat, continens terreum succum coloris ravi seu fulvi. Hæc vesica per se continua systole & diastole agitabatur. Vitæ principium ibi tanquam in corde esse judicabam. Circa collum matricis; nodus geminatus albus, nerveus, qualis vesica animalium esse solet, durus splendensque cernebatur, idque intra ventrem. Nam de mammosis processibus externis postea. Nodus unus maior erat, alter minor. Collum vulvæ est instar tubi, cui succulentio foris astant utrinque flavi noduli mammarum instar. Circa collum ambitus cum retinaculis corneis, latis, inque summo obtusioribus, quibus genitale maris vicissimprehendit. Pectus carneum est. Caput membranofum & corneum. Cornua triquetra eminente dorso albo, pennis vero utrinque demissis, ut fieret triangulus. Si vivis præfeces succus quidam translucidus ex dorso, seu culmo pennarum cornu exit, intrusque meatus apparet. Ita se habebat fœmina quam vivam aperiebam. Mortua nihil in ventre exhibuit præter cavitatem notabilem alvi juxta pectus, deinde humorem illum vitalem. In vesica, quanquam nunc non amplius vividum; tandem matricis evacuatæ reliquias nerveas & membranofas. Maris superiora congruunt cum fœmineis. Ventrem si feces, rubeum humorem multum intus inveneris, & præterea liquamen quoddam nervis plenum, cui connectitur meatus genitalis.

Genitale autem habet peculiare, carens & cæteris quæ fœminæ sunt propriæ. Ejus historia hæc est. Sub cauda

cauda lanugine prolixiore stipata, foramen est notabile, cum ambitu membranoso duricie corneæ, in duos quasi dentes diviso. In huius ambitus medio collum genitalis est trifidum, cum extremitatibus corneis. Circa hoc dispositi sunt aculei puniceï (cornei processus omnes puniceï sunt ad nigrum accedentes) duo superiores hamati, seu in uncis recurvati, ut sit forma videntia unci, ut cornua caprearum deorsum reflexi: inferior unus rectus. Hi aculei proximi sunt collo membri. Paulo citra in ambitus medio alii tres stimuli sunt parvi. Tot retinaculis comprehensam fœminæ vulvam attrahit, sibi que jungit adeo firmiter, ut si distrahere congressos velis, citius videatur ruptura ventris & circulorum compages, quam remissura coitio, id quod sæpius attentavi. Sed & hinc pertinaciam conjunctionis æstimare licet, quod viderim totos dies æstivos una manere, & noctu, nescio qua hora, consentaneum, versus auroram, disunctos perceperim, mane inventis ovalibus vermiculis pluribus, ipsis autem seorsim quiescentibus. Frigidæ aquæ iniecti nihilominus cohærent, sale insperso & muria caudarum iuncturæ durarunt: aqua chalcantina similiter addita non sunt divulsi. Immerfi marem aquæ, fœmina in margine sicco relicta; etiam iniecto atramento & sale in aquam; sed vixit, & coitum retinuit. Tandem ita reliqui per noctem in aqua, mane aliquot centuriæ ovorum in vasis fundo erant, ipsi necydali natabant vivi. Alteri mari in congressu præcidebam caput; non avulsus est.

Divisi pectus à ventre; hic hæsit donec per vim abstraherem. Caput & pectus, ut divitæ muscæ diu vixerunt, diutius tamen pectus. Hic mas in coitu ita dissectus in ventre similiter habebat humorem lutosum, spadiceum, cum quadam substantia intestinali, sublutea, membranosa.

Mas natus quarto Iulii ob Imbe-

cillitatem quinto mortuus, sectusque nihil aliud continuit alvo. Alioquin vita necydali septem aut octo plurimumve dierum est. Ut enim dixi est pertinax; adeo ut cum confringerem quatuor ictibus principia alarum & pectus; post etiam alvum aliquoties, tamen vita manserit quasi inviolata, licet spiritu tandem dissipato, altero die ut plurimum ita tractati moriantur. Coitum mas ferventer appetit, parva mora post exitum ex aurelia; idque sæpius exonerato ventre, nonnunquam tamen etiam nullo humore emisso, & hoc evenit etiam in fœmina. Qui vegetus est, post primi diei congressum, interveniente noctis quiete, altero die repetit eandem fœminam. aut in quamcunque inciderit, adeo ut ter quater peragat coeundi vices. Fœmina quoque toties marem admittit: quanquam non semper ova promat. Non enim gignit, nisi ova in se habeat, licet rore masculino concepto.

Post solutionem à congressu statim deponuntur ova ordine alterum post alterum, ubi videas quasi cum conatu & contractione alvi protrudi, excludi; ex matricis collo exerto, adeo ut pavimentum tangat. Numeravi quadringentis plura ex una fœmina, ex aliis ferè quadringenta, quæ tamen dissectæ adhuc multa in sua matrice habebant. Quod ergo Vidas de centenis scribit, id de macris parvisque necydalis potest intelligi, quales ego vidi evasisse ex neglectiore nutritione, aliis triplo ferè maioribus. Quidam mares emittunt alvi proluviem ante coitum semel; & iterum post secundum congressum. Interdum mares soluti, nec dum satiati, incipientem ova ferere fœminam interpellant, & coeunt denuo, quanquam fœmina per vim cohæreat, cupiatque contracta alvo & pedum posteriorum detensione solvi. Ita una ante concubium 17. emittebat, post primum soluta centum nonaginta quatuor & tunc iterum

iterum coiens ; post quatuor horas revulsa , edebat 245. inde appetentē mare humorem tanquam ex siphone eiaculabat , iterumque congesta , & liberata adhuc ova plura vicinis. Quæ ova quarto Iulii erant edita colore citrio , septimo evadebant punicea , & inde plumbea. Detinebantur in capsula post fenestram pomeridiano soli exposita. Sterilia tamen colorem non mutabant , sed subsidebant duntaxat. In necydalis solutis observes aliquoties motum tremulum , qualis est à rigore & horrore febricitantium. Neque tamen febriliter laborare dixerim. Sed eam concussionem esse puto , ex alteratione & promotione seminalis materiæ , exhalante inde vapore & nerveas partes convellente. Ultimus necydalus pumilio vigesimo quarto Iunii inter duo folia mori texens folliculum parvum prodiit decimo tertio Iulii , in quo præterquam quod minimum fecisset bombylium , etiam hoc peculiare erat , quod non exiret in basi folliculi sed juxta apicem facto foramine , contra ac alii omnes , mas autem erat , qui non timebat coniungi cum femella iam ter marem passa & vix spiritum trahente. Bis autem coitu impleto postea projectus est. Alæ etiam videbantur pictæ aliter ac cæterorum. Nam cum reliquorum sint lineis in longum & latum distinctæ , tanquam limbis , hic quidem quatuor eiusmodi lineas plumbeas in latum acceperat , sed inter secundam & tertiam , versus sinus alarum extimos , interiectus erat parvus quidam circulus , non exactus , lividus , cum puncto albo in medio. Verum enim vero tam ingeniosa natura est in hoc insecto , ut cum plura observaveris , scripserisque , semper tamen restent notanda plura.

Differen-
tiæ.

Quantum ad *Differentias* sumuntur illæ à loco & colore. Sunt *Indæ* , *Hispanæ* , *Calabræ*. Illæ pollicis humani magnitudinem excedunt , domus earum capitis. *Hispanæ* Italicis minores , maiores & præstantiores folliculos texunt. *Calabræ* maiores & plus

serici largiuntur. Alibi quæ visuntur , magnitudine omnibus istis cedunt. *Coloris* ratione , sunt albæ , cineræ , subflavæ. Aldrovandus tribus tabulis eos depingit. In prima priori loco depicta femina est , & tota candidat , exceptis posterioribus pedibus , qui flavescunt. *Secunda* tota est albocærulea , mas. *Tertia* ex albo læviter flavescit , & pedes habet omnes candidos. Hic album texuit folliculū. *Postrema* ita picta est , sicut nonnunquam sese contrahunt , vel metu vel frigore. *Prior* folliculus totus erat candidus , & à candido bombyce textus. *Secundus* pariter candidus est , & bombycis feminae opus. *Tertius* totus ferè viridescibat , maris opus , postremus feminae , eiusdem coloris. Qui in secunda tabula ponitur quartus , gemellus est , à mare & femina una laborantibus factus , vulgus hoc folliculorum genus doppiones vocat. *Tertius* quodammodo lacertæ vel alterius animantis caput æmularatur oblongum , deinde paulatim extenuatum in acutum declinabat. Primi aureo sunt colore , uterque etiam monstruosus , quoniam ovales non sint. Quorum unus amygdalam efformare videbatur , cortici suo etiamnum involutam ; alter malum Armeniacum. Tales vulgo nobis Venturini dicuntur. In tertia tabula primo loco habes Bombycis jam serico gravidi integri iconem , secundo supina parte sectam , sericum velut quædam intestina demonstrantem , tertio sericum exemptum , quarto , quinto , sexto , diversas figuras Chrysalidum , prout nimirum , magis vel minus perfectæ sunt. *Septimo* , *octavo* , & *nono* Bombycum diversa exuvia , *decimo* folliculos duos invicem coherentes , *undecimo* folliculum planum , & compressum , *duodecimo* alium folliculum oblongum , ex quo Papilio jam jam erumpere tentat , *decimo tertio* Chrysalidem ex qua exiturus Papilio media sui parte propendet , decimo quarto folliculum , qui cerasum magnitudine vix excedit , postremo semichrysalidem , quæ ex folliculo pyri figura erumpit.

Vsum

Vsum in cibis invenere. Vir doctus, Germanos milites frixas comedisse scribit. Cohortales aves appofitis impinguantur: apponi possunt; si de ægrè habentium salutè desperaveris. De *Educatione* Aldrovandum consule. Sericum, de quo alibi, combustum, putrida vulnera mundat; cum sale mixtum, dentium rubiginem abstergit: cor corroborat: ideò confectionem Alkermes ingreditur. Funiculo ex eo factò, si viperæ suffocentur, in angina Medici feliciter utuntur.

Chrysalidos seu *Aurelie* nomen, ovò Aristotelestribuit. Omnes enim *Erucæ*, quæ folliculos texunt, cum se his incluserint, figuram prorsus mutant. Nam cum prius molles essent, pedibus instructæ & moverentur, eederentque: tum indurescunt, pedes non apparent amplius, non moventur, nisi ad tactum, & veluti ovi speciem accipiunt. Mirum autem est *χρυσαλίδες* à Philosopho vocari: cum plurima etiam sint viridia, nec pauca pallida. *Νεκυδάλια* dici, alibi motuimus. Cum verò in *Aureliam* *Eruca* transit, infantis fasciis involuti formam imitatur, facie humana propè, cum mitra & cornibus.

Aldrovandus quatuor Icones unica tabula dedit. *Prima* insolentis, & forsàn monstruosæ est figuræ cum ob enormem magnitudinem, cum maxime, quod in capite annexam habet velut promuscidem. Tota aureo colore resplendet, sed annulos habet nigros. Eiusdem coloris sunt *Chrysalides*, sive *Necydali Bombycum*, ex quibus quoq; unam depinximus, eam autem, quæ secundo loco posita est. *Tertia* coloris est viridis, non nihil ad cæruleum vergentis, punctis toto corpore maculata aterrimis. Hujus generis *Erucæ* folliculos non texunt, sed in *Chrysalides* immutaturæ, eo quo hic pingitur, modo super aliquod lignum, foliumvè aut etiam lapidem extendunt, & solis ardore dein mutantur in papiliones, eos autem, qui ex albo viridescunt. *Quarta* etiam viridis est, sed auri in-

star resplendet, depicta est pronè, & supinè, item à latere.

Habet & novus orbis æmulum *bombycis* alium vermem, *remicelli* dictum: qui se, postquam injustam magnitudinem adolevit, in membranam feralem ab ipso filis intextam condit; & deinde ac si parum esset, suapte sponte detrusum in carcerem exhalasse animam, se libitinamque suam à furculo aliquo suspendit, ut procedente tempore, in volatilem papilionem vertatur, ac insperatas subeat transformationes.

ARTICULUS IV.

De *Curculione*,

Curculio, quia in Papilionem abit, *Erucis* subjungitur. Nomen per *αὐλιστήριον* accepit, teste Varrone, quòd nihil penè aliud in eo quam gula videatur. Græcis est *κίς* & *μίδα*, fortè & *κωξ*. Multa eorum verè prodeunt examina, ubi frumenta recens demessa, eaque madida, antequam occalluerunt, reponuntur, vel ubi granarii fenestræ Austrinis flatibus, sunt oppositæ.

Inveniuntur tam in faba, quam in tritico. Unicum *ortus* remedium, frumenta benè & commodè recondere: & fabam, cum in area exaruerit, confestim priusquam luna incrementum capiat, excussam, inferre. Cato, areas amurcâ subigi præcipit: Columella eadem, parietes subactò luto, obliniri jubet, &c. Perimuntur *falsugine* in qua allium decoctum est, si ea pavimenta & parietes irrigentur. Refugiunt *sabinam*, *hederam*, *lupuli salictarii flores*, *juglandis folia*, *absynthium*, *abrotanum*, *nigellam*, &c. Naporum semen miram in prosternendis vim habere, nostra & avorum memoriâ observatum est. Quia dulce & oleosum, appetitur: eo distenti, intereunt. Plura de iis vide in vermibus frumentariis.

Nieremb.
lib. 13. c. 17.

Columella
R. R. 2. c. 10.

Columella
R. R. 13. v. 8.

TITULUS II.

De Insectis terrestribus non
alatis multipedibus.

CAPUT I.

De Asello.

Insecta multipeda non alata sunt; *Asellus, Scolopendra terrestris, & Iulus.* *Aselli* vocabulum insecto huic Latini imposuere, non quod asino sit similis, sed quod ad colorem ejus accedat. Quidam; *Cutionem & Porcellionem* vocant. Plinius *Centipedem* dixit. Aristoteli est *ὄν*, Medicis Græcis *ὄνι*, Theophrasto *ὄνι*; Dioscoridi *καβαρίς*, Absyrto *ὄνικ*, Asiaticis; Galeno teste, *κόμ*, seu à forma fabæ, cui similis dum se in globum contrahit: seu quod è fabarum folliculis & culmis prodire soleat. Plinius *ύλον*, à cutis callo & duritiè vocat: alii *ύλον* sed perperam.

Nomen:

Galen. 3. de
loc. affect.
lib. 11. de
simp. fa-
cult.

Descriptio
Mousetus
Theatri
lib. 2. c. 9.

Generatio:

Insectum est parvum, inquit Mousetus, digitum transversum vix longum, semidigitum ferè latum; colore livido nigricantè: Quatuordecem illi *pedes*, utrinque septem: singulis pedibus unica junctura, vix perceptibilis: duæ breves *antennæ*, quibus viam tentat: latera circa pedes serræ modo dentata. Tactus se in globum colligit:

Sub regulis, & hydriis, planè asininum colorem refert; quatuordecim illi pedes utrinque septem; singulis pedibus unica est punctura, vix perceptibilis; duas habet breves antennas, ut viam tentet; tactus se in globum colligit; vel (ut Galenus loquitur) ad fabæ similitudinem, unde *κόμ* nomen indidit: latera circa pedes serræ modo dentata: sub regulis; vasis aquariis, in medulla arborum exesa, inter corticem & caudicem putrescentem nascitur; uti etiam sub petris, ex humido putrescente nati. Deinde coeunt, & à coitu ova deponunt (unde vermis) can-

dida, splendentia, margaritulis similia multa; & eodem loco coacervata, ut anno 1583. observavimus: tepido humore vivunt, in rimis parictum aut ædium latebris hyemem; transigunt. Ex ovis primum vermes duriusculi excluduntur, qui aliquantisper fere immobiles hærent & albicantes; tandem parentum more; liquorem atque rorem sugunt. In calidis regionibus & siccis etiam reperiuntur; sed ibi nocturno rore vaporeque resarciunt; quicquid per diem humoris fuerat exhaustum. Galen. hoc Asellum pacto describit. *ὄνικ καβαρίδ* ζῶον ἐστὶ πολὺ περὶ ἐν τοῖς ὑδατοῖς ἀγγείοις, καὶ ἐν τοῖς κοπέλαις γενόμενον; καὶ δὲ τὰς τῶν δακτυλίων ἐπερείσσει σφαιροειδῆμον. Aristoteli fuisse eum cognitum id probat, quod pediculum marinum huic similitimum dixerit, deptâ caudâ.


Usus eorum est in Medicina, multiplex. Aperiunt, attenuant; discutunt. *Vrina difficultati* auxiliantur, si ex vino triti potentur. *Calculum pel- lunt*; si duo triti, cum stercoris murium & columbarum semidrachma; hauriantur. In *regio morbo* ex mulso Galenus propinat. In *asthmate* ab Asclepiade, si combusti, cum melle sumantur, commendantur. Fidem Hollerius & Agricola firmant. Oculorum ferè omnes morbos, ab adnatis vel innatis ortos tollunt; catarrhactâ excepta, si recentes benè contriti, ex convenienti liquore sumantur; vel extra adhibeantur. Nihil de aurium dolore, parotidibus & strumis dicam. *Vivi paronychia* applicati medentur. *Panos* cum resinæ terebinthinæ tertia parte tollunt. Unguentum ad hæmorrhoidas dolètes utilissimum; ex unguenti populei unc. j. olei rosacei, in quo decocti sunt aselli unc. j. f. croci gr. 4. paratur. Alii cum adipe & butyro coquunt, & ovi luteum addunt. Olei violacei unc. iij; in quo quatuor aselli ebulliere; ad tertiæ partis consumptionem; salsum humorem extra inunctæ reprimunt.

De Calculo quod dixi, certum Laurembergius pronunciat: cui & Hartmannus ad stipulatur. Sequitur post assumptum medicamentum totius

Dioscor. M.
M. 2. c. 37.


Plin. H. N.
10. c. 8.

Hartman.
Praxis chy-
miatr. pag.
160.





Bombijces Aldrov. Seidenwürm

Tab 1






4. B. sese Contrahens






5. Follicul9




Tab 2






Tab 3






Asellus Mouf.





Scolopendræ Mouf. Scol. Maxima Terrestr.



Scolopendræ Terr. Aldr.



Iulg Glaberi Mouf.



I. Hirsut9



totius corporis calor: fitisq; molesta, & circa pubem dolor affligit. Præparationem apud Laurembergium peculiari tractatu vide. Comeduntur à lacertis aquaticis, ranâ terrestri, & serpentibus. Ad Afellos pertinent *Pollin* & *coyayhoal*. Mirificam vim excludendi spicula *pollin* habet. Insectum est parvulum, centipes: tritum & impositum, aculeos & sagittas ocycus extrahit. Prædurus vermis est *coyayhoal*, alijs *zinchoillin*, alijs *ichcaton* dictus, supernè fulvus, pede numero purpurascens. Arefactus, tufus, & aqua dilutus, maxillisque quotidie bis illitus, dolores dentium placat.

CAPUT II.

De Scolopendra terrestri.

Nomen. *Scolopendra* nomen ex eo datum, quod σκολοπε aculeū habeat ενιδεσ, volunt nonnulli. Quidam, *Hepā*, *Centipedam*, *Millepedam*, *Porcum lutoſum*, & *Multipedam* dixere. Aristoteli est σκολοπένδεσ, Theophrasto σκολοπία, Dioscoridi à serpentum interitu ὀφιοκτένη. Varino & Hesychio ἀμφιδεσφάρανον, alijs σήψ, nonnullis μυελόπης & πλύπης; vulgo Græcorum σκολοπέτρα dicitur. Nicædro ideò ἀμφικαρής, biceps, quod pari facilitate prorsum capite, retrorsumq; ducente cauda incedat.

Plurimos pedes habere, & pennis carere, Agricola scripsit, quod Julo potius debet colorēque eis æneum, corpus tenue, & latum, tres digitos aut ad summum quatuor lōgum addit. Asplenii folio similem Aldrovandus facit. Moufetus tantum à Julo differre vult, quantum locusta marina ab Astaco. Robertus Constantinus in cauda cornigeram comminiscitur.

Natura. In truncis arborum, aut lignis, vel palis terræ infixis, & gignitur & vivit, A motis egreditur; aliàs plærumquæ latere solet. Circa radices gladioli reperiri apud Theophrastum habemus. Olini Rhytienses & Obterietes sedibus suis pepulerunt, si Aeliano & Plinio fides est. Ex fre-

quenti exitu, serenitatem aëris rustici præſagiunt. Ad *morsum* ejus, **Morsus.** locus undique livescit, putrescit, intumescit, & vini rubri fæcibus similis videtur. Contra cum commendat, *intra*, salem ex aceto; Aegineta trifolium asphaltites cum vino: Actuarius neperam cum eodem; Dioscorides, rutam sylvestrem, radicem dracunculi tritam; serpilli ramos & folia; Aëtius absynthium & mentham cum vino. Quidam morbum remedia respuere credunt. *Extra*, locus scarificari, mox profundè incidi debet. Venenum per cucurbitas extrahitur. Tum succum centaury minoris cum tertia parte vini dulcis, ad mellis consistentiam coctum imposito, & corium superligato, per octo aut quatuordecim dies; locum tandem cum spongia vino calido intincta foveto, & Scolopendræ morsum certò curabis. Reliqua apud Plinium & Dioscoridem vide.

Habent tamen & in *Medicina* alios **usus.** quos usus. Oleo decocti capillos cum levi pruritu auferunt. Cimices suffiti **Aetium l. 7.** interficiunt, &c.

Aldrovandus *Ophioctonen* diversam à vulgari esse credit. **Differentiæ.** De cætero, aliquot ipse species observavit. *Prima* est colore amethystino, albis ruberrimisq; punctulis maculosa. *Alter* lutea, maculis obscuris insignita. *Tertia* minor, colore rubicundo, per tergus atro. *Quarta* Vulgaris, aurei coloris ad castaneum nonnihil vergentis. *Vltima* viginti instructa pedibus, proceriusculis & longissimis antennis, colore subferrugineo.

Moufetus tres species exhibet. **Moufetus l. 6.** *Prima* est maxima, terrestris Scolopendra, ea quam vides crassitie & lōgitudine est, color totius corporis ex fusco nigricante splendens. Singulis incifuris pedunculus appender luteo, id est in singulis lateribus sexaginta prorsum & retrorsum æqua facilitate promovet. Nam & caput versus ingreditur & in caudam; ideoq; à Nicædro & Rhodigino *biceps* dicitur. Partē inter caput & alvū non simplicē sed multiplicem habet: quo fit ut præcisum hoc genus vivere possit. Irritatus

hic Scolopendra tam acriter mordet, ut Ludovicus Atmarus (qui nobis eum à Libya dono dedit) quavis Chirōtecis dupliciq; linteo munitus, vix eū manu petentem ferre potuerit: alrē enim in linteum os forcipatum adēgerat, diuq; pēdulus vix tandem ex-
cūti permittit. Horum alium ex novā Hispaniolā allatum linea quēdā flam-
mēa medium per dorsum ornat, atq; æneus later pilorumq; color cōmen-
dat: habet enim capillares pedes, atq; armatim se tollens celerrimē currit. Hoc summa admiratione dignū est, quū natura huic animalculo caput
minimum dederit, memoriā tamen, vimq; rationis æmulam, neq; congio, nec turco sed amplissima quadam
mētura tribuisse: cum enim innume-
ri adsint pedes, quasi remiges, & à ca-
pite veluti clavo alij permultum di-
stant; novit tamen quisque officium
suum, & pro imperantis capitū mandato, in hanc vel illam partem se con-
ferunt:

CAPUT III.

De Julō.

Moufetus
Theatri In-
sect. 2. c. 8.
Nomen:

JULOS Græci, meā quidem senten-
tia, inquit Moufetus, non à lanugine,
sed à nucum juglandiū atq; avel-
lanarum veluti caudis, quarum villi
callo compactili infixi, Julos hos re-
præsentant; unde & ipsi Ἰελίων nomen
fortiti. Ego Latine Julū dici non
nescio, sed triremem quoque dicere
auderem. Quandoquidem Lycō-
phron Paridis triremes numerosis u-
trinq; scalmis celeres ζυλοπίδες vocat.
Eandem similitudinē Nicañder Sco-
lopendris applicat, unde pariformes
esse Julū ac Scolopendram facile
apparet. Hos Hispani Centopēas, Ita-
li Centogambi: Angli (ex me forsā)
Gally vvorme dicituri. Numenius Lū-
bricos terrestres nigros Julos itē vo-
cavit Athenæo teste libro 7.

Ἰελίαι

κέκλυται μέλανες γαμφάροι ἐν τεργαίσι:

Nihilominus nisi fuerint etiam mul-
tipede, in Julorum numerū nomenq;
non venient. Sunt autem Juli breves,


(ut dixi) Scolopendre, pedum nume-
ro non a sellum tantum atq; Erucatum
gentem; sed omnia alla insecta vin-
centes. Julorum alij glabri; cernun-
tur, alij hirsuti. Glabrum unum vidi in
lactuca capitata, parvi junci fluviati-
lis crassitie, atq; ea quam videtis ma-
gnitudine: caput illi nigerrimū, dor-
sum aut ea tinctum flavedine. Venter
ex castio argentatus; incisuræ pedesq;
capillares totidem, ut oculos & me-
moriā facile fugerent. Secundus to-
tus nigrescebat; alba linea excepta,
quæ à capite ad caudam usque recta
per dorsum ducitur. Tertius obsole-
tius flavescit; caput illi rubescit, uti &
pedes; antennæ autem & nascentes
juxta caudam setæ livescunt. Quar-
tum si corpore nigrius puniceatem fe-
ceritis; pedib. autem & antennis le-
vius, facile re expedietis. Hos. alios è
musco arborum corticib. innascente
prodeuntes, alios sub ollis truncisq;
putridis latitantes cepimus. In hirsu-
tos non plures incidi quam duos. Pri-
mus hac figura & forma albicans; in
muro reptit; pili brevissimi innasce-
tes nigri fuerunt. Secundus ventre
sublivido dorsoq; inamœna flavedi-
ne maculato: est illi os puniceatum, o-
cellus niger; pili canescentes. In ar-
borib. effertis; atq; annosis inter cor-
ticem & lignum latitat, atque etiam
inter saxa musco villosa ac denso ob-
ducta. Omnes Juli tactu se in gyrum
colligunt & convolvunt.

An sint venenati equidem ignoro:
sed si fuerint; sanè per beatum Pen-
niū! qui variè ipsis nuda manu irrita-
tis ac læsis; immorsus sanusq; evasit.
Georgius Agricola ænei coloris Ju-
lum, (sed is Scolopendram vocat) his
verbis recenset, Scolopendra admo-
dum exigua, in truncis arborum, aut
in palis terræ infixis, (unde nomē in-
venit) gignitur & vivit; quibus amoris
vel commotis egreditur, aliàs omni-
nò latitura. Pennis caret, sed pluri-
mos habet pedes. Si quando repit,
corporis partē mediam, veluti arcum
intendit: si bacillo aliavè re tangatur,
se contrahit: color illi æneus; corpus
tenue, nec latum, tres transversos di-
gitos longum, ad summum quatuor.

Alia


Alia item specie, iisdem ferè locis reperitur, corpore exili & terete, fili ferè crassitie, spadicei coloris dilute: pedibus adèd numerosis atque exiguis, ut eos numero complecti *ἐκ τῶν ἀδυσκίων* sit, quatuor digitos transversos longa est: sub ollis degit & asseribus putridis. Avicennæ Scolopendra, (qui etiam Julius) solummodo 44. pedes habet; palmam longus, tam exilis ac tenuis; aures ut intrare possit libro quarto Fen. 6. tractat. 5. capite 19. Hujus (inquit) aut nullum aut languidum venenum est, nec magnam dolorem excitat: qui floribus Asphodeli; vel salè cum acetato mixto statim sedatur. Juli nostrates, (inquit Gesnerus) si in ædibus fuerint, ad Saccharum Thomæ; id est purissimum (cèu ad optimum caseum mures;) congregantur. Brue- rus noster (peritus ac industrius naturæ explorator) Scolopendrasse in Anglia vidisse, & habere referet notissimas; in ericetis muscosis toro

corpore fulgentes. Cui licet, mentiendo nescio, ultrò credam: eò tamen magis, quod Oviedus idem in nova Hispaniola per agros; & Cordus in Germania in cellis humidis observasse se scribunt. Mirum est quod Plutarchus refert, bestiolam asperam multis pedibus celeriter ambulantem, multo cum semine ab Ephebo Athenis ejectam, libro 8. Sympos. probl. 9. Julius cellarius in pulverem crematus, mirifice urinam provocat. Merula: Julorum humor cum cruore ex asellis expresso; ad albuginem oculorum tollendam divinum & efficacè remedium. Arnold. Brev. 1. capite 18. Atque hæc de Julis; de quorum natura Hesychij, Aristotelis, Nicandri, Lycophronis & Aradoyni varias opiniones prætereo, quia variæ non veræ.



Vermes Arborej . Holtzwürm Mouf .

Cossus . a .



b



c



d



e






f









Vermes Fructuum fleguminum Mouf



Vermes Hominum Menschenwürm Aldr .
Spülwürm .



Limaces Schnecken .





nigro fuscoque variegatus. *Tlaxquippillin* Mexicanis seu marsupium terræ vermis quidam niger dicitur, cuius pulvis inspersus medetur lepræ. *Coyayahoal*, aliis *Tzinchoillin*, & *Ichaton*, prædurus vermis est, supernè fulvus, pede numerofo purpurascens. Arefactus, tufus, & aquâ dilutus, maxillisque quotidie bis illitus, dolores dentium placat. Anno M. C. IV. ignei vermiculi, incertâ specie, in Italia per aërem, vecti, ceu densæ nubis objectu, solis etiã lumen humanis oculis auferebant, &c. Nos secundum subjecta; in quibus nascuntur, dispecemus.

C A P. II.

De Vermibus in specie.

ARTICULUS I.

De Vermibus qui in plantis nascuntur.

PUNCTUM I.

De Vermibus arborariis.

Vermes alii plantis, alii animalibus; alij homini innascuntur. Nihil de lapidibus dicam. Plantarii vel sunt *Arborarij* vel *Fruticarij*, vel *Leguminarii*, vel *Frumentarii* vel *herbarii*.

ARBORARII, quidam lignum, quidam corticem, nonnulli folia; flores; & fructus exedunt.

Ligni-perdes dupliciter distinguuntur, vel ab ipsis arboribus, vel lignis: infestant nonnulli ficum; alii sorbum, alburnum, esculum, Cinnamomum, Platanum, Quercum, &c. Eorum qui in *ficis* existunt; alij ex ipsis nascuntur arboribus: alius item paritur; qui vocantur *Cerastes*. Quum enim vermium magna pars specie formave inter se differunt, discrimen tamen præcipuum in his est, quod in aliâ arbore fructivè nati, translati in aliud genus servari nequeunt. *Cerastes* autem & in olea nasci, & in fico pa-

tere asseverant. Habet itaque & ficus suos vermes, & illos quoque emit, quos alienos receperit. Omnes tamen in *Cerastes* figurantur; sonumque edunt parvuli stridoris. Syponinus duo illi cornua in capite assignat. Cum erodendo tantum loci excavaverit, ut semetipsum circumagere possit *ὡς περ οἱ μύσλοδοι*; aliud animalculum progignit; & unam speciem in aliam (erucarum more) transmutat.

Et *Sorbus* arbor infestatur vermiculis rufis, pilosis atque ita emoritur. *Mespilus* item in senecta vermes tales procreat, sed grãdiores quam in aliis arboribus, ut Theophrastus refert. *Alburnus* vermem profert Thripiformem, ex quo Culices deinceps vel Phalerarum species nascuntur; *ἀρχαῖα δὴναι ζῶα πρὸ ξυλοφάγα* Hefychio, quia Pyrosylvestres acriter infestant.

Vermiculus in *Esculo* arbore (*Galbus* à Suetonio dictus) miræ est exilitatis; unde qui primus Sulpitorum Galbæ cognomen tulit; à summâ gracilitate ita vocatus est. *Cárabum* *Platanus* producit, (testibus Hefychio & Aristotele) vermem cancris marinis similem, sed sex tantum pedibus donatum. *Κασσιβορὸς ἢ σκώληξ* Hefychij hoc modo nascitur: (Theophrasto autore;) ligni Cinamomi ramulos binum digitorum longitudine abscindunt; recentesque bovini tergoribus insuunt; tum exinde lignis putrescentibus vermiculos nasci ajunt, qui lignum corrodunt; corticem nullatenus tangunt ob acrimoniam: lignum hoc in ædibus Peninij visum est; à vermiculo erosum; quod cinerèi fuit coloris; non valde durum, insipidum prorsus, & in odorum; contra quam Lusitani aliquot mercatores, & medicastri simplicium ignari, affirmant.

Raucæ vermes *Quercus* radici innascuntur, iisque nocent. Olea (inquit Plinius) male ponitur, ubi quercus effossa fuerat: nam relictæ in quercus radicibus raucæ vermes; ad oleæ radices transeunt; atque eos infestant.

Corticarij vermes pauci à veteribus nominantur. Decempedem illum *Clopi* dictum superius descripsimus.

Folia arborum & flores depascunt *Syronès* dicti, quorum crassities quantilla sit ex eo cogitare possumus, quod inter folij tenuissimi membranas fodiendo serpit, salva utraque epidermide. Post acetum lumbricos: (inquit Joachimus Camerarius) nullum vermiculum vidi adeo compressum. Cuniculi, quos agit, subtilissimas aliquando lineas & fibras referunt; folia cerasi & mali maculata plurimum lædunt, atque post satietatem excidunt, & videntur ex multis seminibus peponum secundum latum conglutinatis formati, nisi quod longè sint minores. Ab his emortuis aliud prodit insectulum, veluti & hi ab alio.

Syronibus persimiles *ἀκάραι* quos Angli tam in lignis, cortice, folio, floreque & fructibus arborum, quam caseo & cera genitos, mites id est minutulos sive atomos appellant; à *Syronibus* eo differunt, quod ex multis *Acaris* constare videntur. *Acarus* autem ipse globosum, album, sepes, & pedicillo simile est animalculum; tam nullius ferè substantiæ, ut inter digitos pollicemque fortissime compressus, ob exilitatem lædi sentiri nequeat. *Antigonus* eum & *Aristoteles* *Διὸ τάρμιον* vocarunt, id est Jovis promum; eam fortè ob causam quod crassissima vini dolia rostro perforat. Et sane nisi Jovis ei aliquid inesset aut divinæ virtutis, quomodo tantæ vires in tam pusillo & pænè nullo corpusculo cernerentur? In *fastigiis* quoque *foliis* tubercula parva reperiuntur, in quibus vermiculi exiles.

Fructus etiam arborum (ut *Theophrastus* loquitur) est *σικωλὴ καὶ βρωτὸς*: etiam cum adhuc crudus est, ut in *Sorbis*, *Mespylis*, *pyris*, malisque cernimus. *Oliva* tam in cute quam nucleo vermes *κάρπας* vocatos patitur: unde haud contemnenda pestis *Theophrasto* dicitur, quæ non solum succum & oleum absorbet, sed etiam

nuclei tam duri ossa exedit. In *Galilis* perforatis vermiculi etiam deprehenduntur, ipsa intima medulla generati; è quibus postea muscarum & culicum quorundam genus oriri, *Valerandus Doures Pharmacopæus Lugdunensis* auctor est. In *Quercus* item glande & pomis illis fungosis vermes aliquando nascuntur; eo que anno famem & annonæ caritatem *Astrologi* præfagiunt. *Nucibus* avellanis vermes inesse notius est, quam ut de iis contendam: præsertim æstate humida, & vento ex Austro flante. Mirum est quod *Ringelbergius* libr. experiment. scribit. Hos vermes lacte ovillo ad serpentis magnitudinem enutriri posse. *Cardanus* tamen idem confirmat, modumque nutritionis, septimo de rerum variet. ostendit. *Vermiculi* in *ficibus* arefactis similes iis qui in avellanis nascuntur, capite nigro, reliquo corpore ex luteo albicante, sed minores. *Conos cedri* vermibus esse obnoxios comperi, (inquit *Bellonius*) quemadmodum & pineos. *Cicindelam* fœminam crassitie referunt, digitum transversum longi, capite formicæ, sed magis compresso; incisuris duodenis; pedes juxta caput utrinque tres, antennæ circulares binæ, venter crassus, cauda mucronata. In præduris quoque & lignosis *opali* pericarpis, semen inest latiusculum & sæpè, vermiculis exelut: quorum veluti aureas ibidem reperies. Nullus denique fructus nominari possit, quem non tinea aut vermis inficit: imo ipsum aliquando *Manna* (ut *Poëtæ* fingunt, *Deorum*; ut *Scriptura* asserit, *DEI* filiorum cibus) putredinem & vermem admisit, quum, præter *Jehovæ* mandatum in crastinum reponeretur.

Huc refer *Nopal Ocuillin*, seu *Tunarnum* vermes, *Axocnilin*, & *Cuchipillul* *Indorum*. De illis ita *Nierembergius*. Familiare est huic utlæ, provincie *Panicensis*, tunarum genus, folia ferens longa, & angustiora cæteris, intra quæ solent vermes generari lineis candidis cyaneisque distincti, mirabilis facultatis in curanda in-

da infania, si bini tusi, & resoluti ex aqua semel intra sumantur; aut si inveteratus sit morbus, bis aut ter: inducitur enim è vestigio somnus, permixtusque æger dormire, paulo post mente constans expergificitur, atque resipiscit. Sunt autem hi vermes innoxii, neque ullum inferre nocumentum solent, si intra corpus deglutiantur: quo fit, ut intrepidè possint propinari. Addunt, paralyticis atque epilepticis eadem mensura conferre.

De *Axacouilin* ita idem. Plurimum usum vilissimæ etiam naturæ hîc videbimus. Nascuntur inquit Franciscus Hernandus, in arboribus guampatli, aut aliis, quas nostri ob similitudinem prunos vocant (cùm tamen ad myrobalanorum Arabicorû pertinere genus alicui fortassis videri possit) vermes quidam hispidi, *axocuilin*, seu ferentes axin; pallentes, vix longi binos latos digitos, ac pennam crassi anserinam. Hos indigenæ ab arboribus deturbatos permittunt ad ignem ex aqua elixari ac discoqui, donec comminuantur, & adeps ejusdem coloris, axin nomine, supernatet atque emineat. Colligunt hunc ad usus multiplices incolæ, & conformant in globos, è butyro vaccino parari solitis haud absimiles, olei odore & lenitate, & ad omnia, quibus oleum conferre solet, præstantissimos, non tamen in nutrimenti usum adhuc venêre. Dolores, quamcunque partem corporis obsederint, sedant: nervos tenfos laxant, emolliuntque, discutunt tumores, aut, si natura in id potius propensa sit, maturant: erysipelatis desinentib. conferunt, ulceribus ferunt suppetias, convulsisque, nec non enterocelis, addita resina ac picietl, collectionesq; cuiusvis generis brevi admodum minuunt atque discutunt.

Cuchipilutl ita describit Nierembergius: Vermis genus est juxta moros aut salices versans, bombycis magnitudine, & pænè forma, sese illius instar Octobri mense firma convolvens membrana, ac prodiens Aprili, conversus in papilionem. Suspen-

dunt hunc Indi infantium cunis, atque ita somnum illis conciliari credunt. Unde imposuere ei nomen. Idem in pulverem redactus, ac ex vino proprio, quod pulque vocant, totus potus, Venerem stimulat. Mexicanis agris provenit, & ex his quas dixi arboribus victum sibi quarit.

A lignis in quibus prodeunt sumptas differentias, si attendas, vel innascuntur virentibus truncis, qui *θήκες* dicuntur: vel in aridis & exsuccis qui *ἔγξυλα*, vel in solidis & siccis qui *Thripes*, vel in lignis calidioribus qui *Termites*: vel in solidis & siccis qui *Cossi*: vel in navium tabulis qui *Teredines*.

Ἰθήκες fortè *ἀπὸ τῆς δάκνεν* nomen sumpserunt, adeò ut sæpè ad earum radices magna pulveris vis, mordent enim & mandunt vivas arbores, quasi ferratione facta, conspiciatur: caput huic deforme; varium, tegmine coopertum, quod exercere & contrahere pro lubitu potest. Pedes habet in posteriore parte caudam versus, sicut *Cossi* in pectore; reliquum corpus tunica arenosa tegitur, quasi putamine; qua exuti moriuntur, ut cochleæ testis nudatæ. Tempore à natura constituto, in thecam aureliæ similem obdurescunt, sed quæ bestiola pennata inde provenit, nondum animadvertimus. *Cosso* longe major ob nimiam edacitatem, & minus delicatus. Pici martij, aliæque ligniperæ aves rostro virentes arbores percutiunt, & sono concavitates investigantes, eo loci perforant & pertundunt, donec ad mordellas istas pervenerint, ipsasq; deglutiverint. Valdè enim delectantur hoc cibi genere, ejusque gratia integros aliquot dies in perfodienda arbore insumunt.

Ἐγξυλον in ligno surdo reperitur, & pumicoso, quod nè baculo quidem percussum sonû edit: Ceraftæ Theophrasti, & pityocampæ Medicorum valdè cognatus, nisi quod tres tatum utrinque pedes consecutus sit. Virosum illi & pertinacem odorem, & vim valde septicam tribuit Gesnerus.

Θερίες à terendo dicti videntur,
Z vul.

vulgares satis vermiculi ac frequen-
tes, parvi, corpusculis albidis, capitibus
nigricantibus vel ex rubro infuscatis,
pedibus sex juxta collum tenuissimis,
exilibus, & cum rubedine non magna
nigricantibus; vermiculo avellanæ nucis
structurâ corporis perfimiles, sed medio
minores atque breviores; nigra ligna non
amant, sed albicantibus duntaxat (qualia
sunt Alburni, Coryli, Betulæ, Cinamomi,
Platani) innascuntur: quæ jam arida
solidaq; perterebrant, & absorpta
humiditate cariem inferunt.

Termitem producunt ligna solis
nimio calore totrefacta; qui (Servio
authore) ex ipsa medulla genitus,
matrem tantum absomit, osseamque
& corticeam substantiam non attingit.
Ingratum sanè animalculum, tantoque
aliis vermibus deterius, quanto cordi
arborum, & vitali ipsi fonti perniciosius;
vivunt enim aliquando cute & ossibus
spoliatæ: atqui medulla absorpta, statim
pereunt, nec mederi tanto valet vulnere
natura. Corporis effigie Cossos referunt:
sunt autem minores multo, & non parum
molliotes.

Cossi rugosi admodum sunt corpus-
culis, unde & Consules quidam Romani
Cossi vocabantur. Majores Cossi ferè
minimum digitorum crassi videntur,
& tres digitos transversos longitudine
adæquant; colore albicante, erucis
majoribus ferè similes: quare à Plinio
prægrandes Cosses dicuntur; pedes
utrinque tres, non procul à capite
penduli, breves, exiles, nigricantes.
Corpus annulis duodecim constat,
versus caudam semper minoribus &
pellucidis; caput crassiusculum, colore
nigro, duæ in fronte laminæ; juxta
os sunt exiguæ quasi setæ aculeatæ,
singuli annuli in lateribus, singulis
punctis rubentibus: modicè cavus
notantur. Tardigradum valde est
animal, & motus vix perceptibilis;
quæ de causa ventricosos & desides
Cossos appellat Festus. Oculos habet
parvos valde, dorsum teres, ventrem
non nihil concavum, colore albicante
dilutum; obesuli videntur & valde
molles, lignis noviter sed

intempestivè cæsis innascuntur; si
vero diutius resecta fuerint, plurimam-
que humiditatem amiserint, minores
oriuntur Cossi, magnitudine solum à
majoribus diversi. Veteres in Ponto
& Phrygia, (ut Plinius & Hieronymus
tradunt) iis quasi delicatiori cibo
vesci solebant, atque eum in usum
farina saginabant, ut vermiculi quoque
altiles fierent. In medicum etiam
usum veniunt Plinio teste; sanant
enim ulcera, lac augent, non asilliti
percurant; id quod Albertus quoque
confirmat.

Teredines, capite ad passionem
grandissimo, rodunt dentibus, perforant-
que robora, vel sono teste. Hæ tantum
in mari sentiuntur (Theophrasto teste)
nec aliam putant teredinem proprie
dici. Horum alios tam longos in
navibus Venetorum quæ diu in
Alexandriæ portibus constiterant,
reptos meminimus, ut cubitum
longitudine, pollicem crassitudine
æquarent. Quales etiam inclytus ille
Franciscus Dracus, alter quasi
Mars Neptunus, in nave sua orbivaga
(canè jam penè spongiosa) domum
reduxit. Vidimus alias Teredines
unciam longas vermi farinario
perfimiles. His corpus teres, caput
ex luteo splendens, parum rubens,
os forcipatum, à cujus quasi labris
parvæ spinulæ nascuntur; pedes
utrinque terni, incisuræ corporis
undecim, aliquantum rubentes:
reliquum corpus dilute livescit
cum splendore; quo majores
fiunt, eò ex phæniceo obscurius
splendent; quò vero minores,
eò intentius albicant. Itali
Byssam, Hispani ab edulio
Bromam vocant: exedit enim
naves & perforat; unde
Aristophanes in Equitibus
triremem exesam, loquentem,
introducitur his verbis
ὑπὸ πηδόνων ὀσπίεις τῷ ταύτῳ καὶ γρηγορήσασιν.
Sic etiam Ovidius 1. de Ponto.
Estur ut occulta vitiosa teredine navis.
Teredines non naves tantum,
sed & ædium trabes infestare.
(Pace Pennij dixerim) ex
Homeri Scholiaste. (Odisseæ
lib. λ.) constat, cujus hæc
sunt verba: Melampus, cui
Draco aures purgaverat,
ut Brutorum sermonem
intellexeret, ob boves
Iphicli abactos in
car-

carcerem coniectus est. Ubi cum intellexerat ex Teredinum colloquio, parum superesse de trabe, efferri se iussit, ne illa decidente vitam finiret. Atque dum à viro & muliere sublimis factus efferretur, domo corruente, uterque reversus periit. Patet id etiam ex Comitorum Latino- rum facilè principe, quam Philolachen adolescentem his loquentem verbis introducit:

Atque illud sæpè fit: tempestas ve-
nit,

Teredo ades ingreditur, & vermis
malus.

Venit imber, lavit parietes, per-
pluunt

Tigna, putrefacit aer operam fa-
bri, &c.

Magnis hi præsertim nocent *arboribus*, nempe Quercui, pyris, malis, castaneis, larici, juglandibus, fagis, mespilis, ulmis & latifolijs salicibus: in quibus immaturè cæsis, & plantatis, pinguedo quædam mollis & mala oritur (alburnen & alburnum saltuarijs dictum) omnium Teredinum seges & fomentum. Quo sicciore, amariore, oleosiore, atque duriores sunt arbores, eò magis à Teredine liberæ creduntur: tamen aliquando cupresso, juglandi, Guajaco, & Tiliæ, Ebena etiam ipsi, vim facit. Modus autem generationis ipsorum in lignis huiusmodi est, Pleriq; innascuntur, non foris se inferunt; depascuntque sua principia, ut ex quibus constant, ex iisdem constare pergant. Materialis causa & conjuncta, est dulcis & alimentarius lignorum humor putredine infectus, quemadmodum ex pituita dulci lumbrici intesti- norum nascuntur. Putrescit autem dulcis ille humor duplici de causa. Dyscrasia scilicet vel continui solutione: per Dyscrasiam qualitas corrumpitur; per vulnera vero, non tantum innatus effluit, & se effundit humor, sed alienus quoque per pluvias caliginis que illarus putredinem efficit. In vetulis, raris, & siccatis per ætatem arboribus, maximi sunt vermiculi; tum quia humidum radicale magis

minuitur, tum quod Dyscrasia color- que & humor peregrinus magis au- gentur: quemadmodum & senes ple- rumque dira scabies, & sirones acarique crebrius infestant. Sub lunâ exposita ligna citius vermiculantur, ob nimiam aëris humiditatem; sub sole autem calidiore, ob nimium ardorem. Qui verò innascuntur, hi omni tempore generantur: Illatitijs autem, & ex semine culicum, muscarumve natis, ver potissimum atq; æstas amica sunt: hyeme enim cong- laciati pereunt. Cælum quoque & solum magnam vim habent, ligna quippè Hibernica rarius putrescunt, ex Solis virtute; quemadmodum & Arabica, ex cæli.

PUNCTUM II.

De Vermibus fruticarijs.

Vermes fruticarii, Salicem, Ili- Monf. l. 6. cem, Juniperum, Cynosbathū, & reliqua infestant. In *Salice* humili- ori, (præsertim quando galle tuber- culosæ erumpunt) nonnunquam qua- si rosæ inveniuntur, quæ vermibus scatent, uti etiam in lentisci folijs ac- cidit.

Ilicis (inquit Quinquernus) duo genera: alterum arborescēs, alterum frutex exiguus, sesquipedali proceritate. Lætissimè viret, folijs lævare præfulgidis, spinarum vallo ambi- tis numeroso, stolone assurgit in mo- dum rosarij: à nostris Fagi appellatio- nem sortitus, quamvis nullam fagi imaginem repræsentet. Provenit locis planis quidem, sed in altitudi- nem evectis, exilibus & siccantibus col- libus, sed infœcundis. Vere medio- rorati imbribus frutices, *Cocum* hoc modo ordiuntur. Ubi imus scirpus se in duo brachia sortitur, in horum me- dio primum omnium increfcit ro- tundum quiddam magnitudine & colore pisii; hoc Matrem vocāt, quod ex eo cetera grana producuntur. Matres porrò habet ut plurimum quinque; quælibet cespitum familia, quæ in- eunte æstate æstuq; minutissimorum vermiculorum catervam profundū,

fatiscuntq; in summitate. In animalia prorepit nova soboles colore cãdida pro se quisq; in sublime. At ubicunq; vermiculi vel germinantis furculi axellis occurrerint, decident, & incrementis aucti Milij magnitudine fiũt. Inde liberius adolescentibus, albus color in cinericium trãsit, jamq; non animal, sed Pisum rursus apparent. Tuncq; ea grana maturitatem adpta colliguntur, jam coloratis vermiculis fœta: dum asportantur mercatoribus, ambiens pellicula præ ténitate rumpitur. Vermiculorum quidem qui circa vaginulam habentur pretium in libram quamlibet, aureus solatus: in granorum vero quæ adhuc eorum partẽ retinet, hujus quadrans. Torpẽt interim vermiculi, ac immobiles jacent. Cãterum, quũ primum tempestivitas adest, in lintea præcipitati Soli exponuntur. Tum libato colore statim prorepunt, atq; aufugere nituntur, sed à custode, qui cõtinuus assidet, concussu lintei in mediũ eousq; rejiciuntur, donec emoriantur. Tanta quidem dum hæc fiunt, totoq; mox triduo, odoris suavitate ac gratia, ut non Cibetã, non Moscho, non Ambra, sed ne Citriorum quidẽ florib. concesserit. Si quæ verò grana legentis effugerint sedulitatẽ, ea mox alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Observatum est uno anno ex campo lapideo, in Arelatenfi agro, hunc proventum undecim aureorum millib. æstimatum. Hæc Quinqueramus.

Similis Cocci parandi ratio, etiamnum meo tempore (inquit Carolus Clusius) in Gallia Narbonensi, atque etiã in Hispaniã observabatur. Areas enim sub dio habent ad id destinatas eminente aliquantulum margine, quib. linteo panno instratis Coccum effundunt, custodibus cum bacillis summo fervore Solis perpetuo assidentibus, & extrema lintei cõcutientibus: ut vermiculos effugere prope-rantes, in interiorem lintei partem repellant. Verum Petrus Bellonius lib. 1. obser. cap. 17. aliam præparandi Cocci rationem refert. Cocci baphicæ (inquit) proventus in Cretã ma-

gnus est: Pastores & pueri eam colligunt. Inveniunt mense Junio in exiguo quodam frutice ex Illicis genere quæ glandem fert, sine pediculo inherens illius fruticis stipiti, colore ex cinereo albicante. Quoniam vero istius fruticis folia spinis horrent, uti Aquifoliæ; pastores ferulam sinistra gestant, quã ramulos deprimunt & inclinãt. Dextra falcem putatoriam, quã ramulos demetunt; à quibus vesiculas rotundas, exigui pili magnitudine auferunt, qua parte ligno adhaerant apertas & hiantes, plenas exiguus rubris animalculis lende minoribus. qui per hiatum istum effugiunt, & vesiculam vacuum relinquũt. Pueri Coccum jam relictum ad Quæstorem deferunt, qui ex dimenso ab illis redimit. Is à vesiculis animalcula cribro segregat, deinde ea summis digitis lenitèrprehendẽdo in pilas efformat ovi gallinacii magnitudine: Et enim si nimium comprimeret, tota in succum resolverentur, & color periret. Itaq; duo infectionis genera, unum pulpæ, alterum vesicularum; & quoniam pulpa inficiendo magis utilis est, ejus pretium quadruplo majus quam vesicularum.

In summis *Juniperi* furculis, exiles è croceorubentes, Gesnerus observavit. In *Cynosbati*, sive rosæ sylvestris spongia vermiculi nascuntur albicantes, ex quibus Aristoteles Cantharidas provenire scribit. Post duos menses, (inquit Gesnerus) in hypocausto servata spongia magnum numerum vermiculorum viventium effudit. Spina item, & sentis, Rosa, Erica, Genista, Colutea, Rubus Idæus, Myrtillus, Capparis, uva crispa, Carpinus, Oxyacantha, ligustrum, *vitex*, glycyrriza, omnis denique frutex, & suffrutex à vermibus exeditur: neque Ricinus ipse, (Jonæ, divino illi vati, nimium exastuantiumbram præbens) ab hac peste legitur immunis.

* *
*

PUNCTUM III.

De vermibus leguminariis
& frumentariis.

Μουσῆτος
Theatr. 2.
c. 20.

Legumina sunt σπυλινός & αἴζα. sed quomodo id eveniat incertum est. An quoties diffundi nequit humor ob æstum & squalorē, ut Theophrastus innuere videtur? An potius dicendum à sicco humorem appeti, humorem autem illum refugere tanquā adversarium? Sic pendentes arido parieti videmus guttas. An calor nimius corrūpit naturalem, cum calorē, tum humorem intus contentum? Sanè eo modo putredinē induci, morbidissima Æthiopia testis est. Fabas depascitur vermiculus, Midas Theophrasto, Hesychio κριελθῶ vocatus. τρωξὶς ἢ κριμυτρωξὶς vermiculus leguminaris dicitur, sed præcipuè in Pisīs versans, & ab erosione nomen obtinens: qualis etiam in Cicere, posteaquā pluviis ab eo elota fuerit salugo; ut præter Hesiodi Scholiasten Phavorinus & Theophrastus statuunt; leguminibus dulcioribus sæpè innascuntur, tum ob alimenti aptitudinem, & Elementi verminantem naturam. Dulcia enim vermes citò generant, generatosq; nutriunt & signant.

Frumentarii.

Frumentarij vermes, in genere ψωμίκες dicuntur: qui tritici, siliginis, panicis, avenæ, orizæ, milij, & fecalibus radicibus, stipulis, calamis, spinisque victitant. Eorum alij amylo vescuntur frumento, ut Farinarij: alij integro & mola nondum contracto, ut Curculiones. Farinarios Angli Mealewormes appellant, teredini similes, sex pedes, capite parvo & spadiceo, corpore anuloso, & pro farinæ diversitate vario colore: proba enim & albissima farina, albos generat; vetustior flavos; macra & furfuribus immixta etiā fuscus. Cardanus eos *Blattas frumentarias* vocitat, sed (ut sæpè fit), incogitanter. Furfure nutriti mirum est in quantam excrescant multitudinem, & ex decem trecetos brevi videas. Apud panni lanei textores

Farinarij.

quovis ferè tempore inveniuntur: hi enim ex furfuribus, aceto & axungia mixturam faciunt, undè copiosissime nascuntur. Integri frumenti, sive tosti, ut in βύνη Aëtij (quam Mault Angli, cerevisiæ matrem, appellant) sive crudi, strages curculio: sic enim rectissime meus Comicus, et si Virgilius atq; Varro Gurgulionem, & Curculionem scribant.

κῖς Græcis dicitur, Animal tritostrum. Triticum præcipuè sed etiam alia quæcunq; vastat frumenta; præter cassam tenuemq; membranulam nihil reliquum faciens; nam ut Georgicorum vates; populatq; ingentem farris acervum, Gurgulio. Ad Scarabei minuti faciem formatus, rostrum habet sibi peculiare, & trifurcū. Corpus aliis nigrum, aliis subfuscū, aliis, & majorib. subviride, cujus medium isthmus coarctat. Bestiolæ tanta est siccitas ut primo quoq; tactu levissimo in pulverem abeat. Vere maxime generatur paucorum dierum spacio, antequam examina faciunt apes. Nascuntur (inquit Theophrastus) ex alia grani parte; quod vero reliquum est, pro cibo utuntur: rustici nostri στροφάρον hoc animal in parietum rimis ac inter tegulas ova ponere pro explorato habet, unde per procreationem nova soboles. *Tria* de his bestiolis mira memorant. *Primum*, quod licet ab initio paucæ fuerint, brevi in infinitam sobolem propagantur. *Secundo* quod inter tegulas ac in rimis parietum triennium ac amplius ferè sine cibo vivunt.

Tertio, si una cum hordeo vel tritico per triduum submergantur, tandem exemptæ reviviscunt. Syliardus noster (diligens naturæ observator.) *Curculionis* propagationem ita describit: Quum formicæ aristæ culmen exederint, ascendit curculio, & per exiguum illud foramen, ovum unum vel alterum, (rarissimè tertium) deponit, magnitudine fermè grani milij; oblongum fulvum, liquidæ materiæ & fulvæ plenum: ex quo deinceps novus prodit Curculio. Datur in hoc inse-

ctulo uterq; sexus; siquidē coeunt an-
tequam hanc injuriam inferunt. Pe-
trus Comestor ex fabarū corruptione
provenire affirmat, cui præter Guille-
rinum de cōchis nemo subscribit, ne
curculionem cum Mida malè cōfun-
derent. Præter vulgò notū hunc Cur-
culionem Joach. Camerarius è Ger-
manor. horreis duos ad Pēnium alios
misit, ventre longe turgidiore; quor.
unus subcineritii, alter viridis colo-
ris. Est etiam in tritico (inquit Scali-
ger) Curculio quidam erosfris, quem
fortè Plinius Scarabei frumentarii
nomine subintellexit.

Circa Lentzburg oppidū Germa-
nię in agris reperitur Insectum, q; alii
veput, nonnulli Korne vvorme, qui-
dam Kornevele appellāt. Dicitur ef-
se adeo venenosum & noxiū, ut agri-
colæ aratro relicto obvium illud per-
sequantur, & interficiant. Ex rubro
parvo nigricat inter segetes habitās,
& grana comedens. Vermes in vitib.
nati *Cocci* illos vermiculos æmulātur,
quales in Pimpinellæ radicib. colligi
putat, imo p̄tinacius instat Brassavol?

PUNCTUM IV.

De vermibus Herbariis.

Herbarii nascuntur, in Violis, Cy-
nara, Ocymo, Saccharo, Lupu-
lo, Asphodele, Pimpinella, Dypfaco,
Carlina, &c. *Violariū* vermes minutif-
simi conspiciuntur, & nigri, celeri re-
pētes cursu; ut Jacob. Garetus, Phar-
macopola diligentissimus, & simpli-
cium cognitione inter paucos cele-
bris, observavit. Eradice *Cinara* pro-
dit vermis Hexaptus, eruciformis, al-
bicans, capite ex nigro rubescente.
Cinara radices qua rodit nigras red-
dit; ac tandem interire facit; tales i-
tem Raphanus producit.

Referunt, (inquit Cardanus) ver-
mem *in ruta foliis* inventum, lacte o-
villo, eodem modo quo Avellaneus,
ad magnitudinem non parvam enu-
triri. Vermiculus filius rotis, Ocymi-
que hospes, corpore ferè erecto, po-
steriorib. pedibus hæret, dum priori-
bus locū, captet. Ex *arundine* saccha-
rina, saccharū paratur, omnium qui-
dem salium dulcissimus, & (ut vulgus

medicorum existimat) putredinis o-
mnino expers. Tamen fretus Scali-
geri clypeo, in saccharo pusillū ver-
mem, longum, pulicis colore, & (si
rostrum adimas) Curculioni perfi-
mitem nasci asseveramus; & saccha-
rinū propterea merito dicimus. Hu-
jus item Bellonius mentionem facit.

Videtur etiam rara admodum ge-
neratio ejus Insecti quod Germani (u-
tor Camerarii verbis) Maeyn vvorm-
len appellāt. Quippe mente Majo se-
pè cadunt rores infalubriores, qui si
in lupuli folia incidertint, vertuntur
in animalia, Hoppen dicta. Eorum a-
liquot inter millia unum interdum
videris aliis longe majorem (quamvis
ipse pediculum obesiorem vix supe-
rat) cui lutei circa ventrem circuli,
dorsum striatum, cauda fatiis proten-
sa, color maximam partem corporis
subniger. Huic cum ros deficit ali-
mentarius, reliquos sui gregis sigilla-
tim devorat semper à proximo inci-
piens. Bombycum instar cutem mu-
tat demum ubi totus ferè perlucet,
depositā ultima tunica, capite & pe-
dibus per gluten quoddam tenue fo-
lio affigitur, atq; ita emoritur: Hunc
vermem lupularium vocare quid im-
pediat?

In Asphodeli caule vermis gignitur
ait glwoerdij, cum herbâ florere incipit;
ex huius Scapulis alæ sensim excre-
scunt, atq; tum volucris factus, lares
deserit. In *Perscarie* Siliquosæ & Car-
dii sylvestris geniculis extubetanti-
bus, vermiculi nascuntur albicantes,
ut in floribus *Pseudocacalia* purpura-
scentib. sublutei, in *Pimpinella* radice
miniati. *Apio* fœminæ vermes lanugi-
nosos; in *Fungis*, & *Brassica*, graciles,
nigricantesq; in *Acori* radice albidos
sepè vidimus. In radice *Enula* sive He-
lenii virentis & crescentis, vermis al-
bus decem vel undecim articulis cō-
spicuis oritur, ad pēnæ anserinæ cras-
sitiem, capite parvo & nigro, pedibus
sex brevissimis, & colore anthraco-
co. In dorum reges (Aeliano teste) in
planta quadam vermem repertum,
igne tostum, secundis mensis adhi-
bent, & pro cibo suavissimo blandis-
simo laudant.

In Dy-

In *Dypsaci* capite vel caule vermiculum vidimus exiguum, capite parvo pedibus sex nigricantibus, incisuris decem vel undecim. Primum caulis medullam illam spongiosam depascitur, eaque deficiente, per inopiam pabuli commoritur. Mensis Octobris initio facile invenitur, quavis Marcellus in Dioscoridem, insigui sanè audaciâ, id denegat. Hic est ille, ni fallor, quem Tatinum appellant veteres. Galedracon vocat Xenocrates plantam leucanhemolimilem, (inquit Plinius, Caule ferulaceo, alto spinosoque capite, & oviformi: in hoc unâ cum ætate vermiculos nasci tradunt, in dolore dentium perutiles. In radicibus Carlinæ, (quæ planta in excelsis Sabaudix montibus luxuriat) vermiculus reperitur, in quibusdam nascens, in alijs adolescens, in plurimis alatus, & avolare paratus. Albus est, in aliquot divisus articulos, oculis nigris conspicuus. Animalculi in potenti herba geniti usus in re Medica forsan eximius est: cujus curiosis secretorum naturæ indagatoribus disquisitione committatur.

ARTICULUS II.

De Vermibus qui in animalibus nascuntur.

Vermes in animalibus qui exoriuntur, superius quoque cum de pediculis ageremus attigimus: nunc ut omiſſa addantur: de quibusdam duntaxat qui in piscibus & quadrupedibus reperiuntur, agere placet. *Pisces* quod concernit, *Mullus* idè sterilis est, quod in ejus utero vermiculi, postquam ter peperit, inveniuntur, qui semen absumunt, si Athenæo credimus. *Cyprini parvi* nigrum sub bronchiis aliquando gerunt, qui eos in tabem deducit. Duodecem veluti uniones, inquit Bellonius, erui magnitudine, carnosos tamen, candidos, & calli duritiem habentes, in quibusdam *Cernuis*, (sic vocat, teste Gesnero, percas fluviatiles) conspexi: quorum unusquisque vermem in-

clusum, gracilem, oblongum ac teretem contineret: qui ex venis mesaraicis dependerent inter colon & ileon, ad eos anfractus, in quibus lactes esse solent. Circa Basileam omnibus dulcium aquarum piscium generi in nascuntur, Leuciscis in primis, quos Schvvalen ibidem vocant. Albi sunt, longi, convoluti.

Æstate afficiunt: & ex ventris duritie, magnitudine, & albore deprehenduntur. Quatuor lumbricos, in secunda Leucisci Rondeletii specie Gesnerus invenit; vivos, candidos, latos, exigua crassitie. Major, digitos ferè decem longuserat, latus dimidium. Idem sub finem Maij, in Cyprino lato, aliquot offendit, ad digitilongitudinem, unum albicanterem. Sed & *Gobio* vermiculos in ventre gestat.

Ex *Quadrupedibus* laborant iisdem, Equi, Oves, Lupi, Capræ, Boves, Cervi, Canes, &c. *Equis* in quavis ferè corporis parte exoriri possunt. Paschalius ventris facit crassos & albos: gutturis, breves, rotundos, & crassos, qui etiam aliquando in intestinum rectum descendant: inter costam natos, longos, & capillorum instar tenuis. Ruinus quatuor *lumbri-corum genera* in eorum intestinis exponit. *Crassos* & breves, in modum pistachiorum sanguineos. *Longos* rotundos & albos, qui teretibus in humano corpore respondent. *Parvos* ac tenues, *Tarme* Italix, qui quandoque cum fæcibus egrediuntur. *Ascari-des* fortè. Nam se foramini recti intestini copiosè ingerunt. *Breves* denique & crassos instar fabæ, pilosos, qui se interiori recti intestini parti applicant. *Brassavolus* in pullorum ventriculo, ingentem copiam rubrorum & seminigrorum Ferrariæ reperit, seminis cucurbitæ forma. *Ruinus* propè stomachum, in equis, mortuis, plusquam centum, pistachii ferè magnitudine, sanguineos, qui prima stomachi membrana erosa, ad secundam pervenerant. In *ovium* hepate reperiri, nullum dubium. Adherent & bisulcis eorum unguis. In cava vena diebus canicularibus, Coiterus ita

Ruin. de
morb. e-
quor. 4. 6. 11.

Athen. Di-
pnes. 6. c. 16.

rûs invenit. *Lupis* in vulneribus & ulceribus facillimè oriuntur. Ideò fortè lapides, ne lædantur, pertimescunt. *Caprarum* gregiarum caput, multis vermibus juxta cerebri basin naturaliter affici, scripsit Trallianus. *Boves* sub lingua, nec non inter cutem & carnem sæpissimè affligunt. In cerebro *Cervino* femina cucurbitulæ emulantur, in aqua mortui videntur, in vino reviviscunt. Propè vertebra nati, iis qui carnes fœdant, similes sunt. *Canes* sub lingua vexantur: *λίσα* vel *λίθη* Græcis. Alij, nervosam quandam congeriem dicunt, quâ cunicularibus inflammata, rabiem concipere opinantur.

Huc pertinet *μυρία*, qui in carnibus nascuntur: *Tarnia*, qui in lardo. *Meldera*, qui in caseo. *Cleri*, qui in favis apum. Habent & *Locustæ*, postquam pepererunt, circa fauces suas, qui eas strangulant. Inveni & in phalangio duo. Qui in mortuis corporibus reperiuntur, vel ulceribus Chirurgorum aliquando incuriâ, *Βλαί*, Hippocrati & Plutarcho, *σάρα vermina* Lucretio, *κακὰ θηρία* Suidæ, dicuntur. Sunt vel caudatæ, vel caudarum expertes. Gallinæ utrisque vescuntur. Democritus eorum ex Oraculi consilio usu, & Theognosti Democratii ductu, à comitali morbo liberatus est. De *Fuga*, & quomodo occidantur, veterinarios vide.

ARTICULUS III.

De Vermibus qui in homine.

DE vivo homine res est. Nam ex cadavere exurgere certum: natumque aliquando ex medulla spinali serpentem, Camerarius author est. In variis verò illi membris reperiuntur. In *Cerebro* nasci, testantur, Hollerius, Thomas à Vega, Cornelius Gemma & alij. Frequens id olim in Hungaria & Germania: quique laborabant in phresin & maniam incidere solebant. Unicum in allio, quod cum vino sublimate exhibebatur remedium. Vir apud Benivenium

Holler. l. 1.
cap. 1.
Vega in c. 5.
de locis affectis Galeni.
Gemma in
appendice
operis
Cosmocris.
Beniven.

robustus è dextra nare palma longiore ejecit. Prodiere ex *auribus* in peste, ijque crassifed non ita longi. Hinc *ὄτα σκοληκίων* & Dioscoridi.

Vidit & Valescus de Taranta duos vel tres, granorum pini magnitudine, crassiores tamen. Sub lingua nasci, Montuus author est. In *Dentibus* Sinones à quibusdam vocantur. Batæo Syriæ Monacho ex nimia inedia, enatos fuisse, Sozomenus tradit. Per *oculi* interiorem partem puellæ trimæ vermem semipalmarem, album, eductum, Amatus Lusitanus scribit. Stabulari aliquando in aspera arteria, Avenzoar; in pulmone, Aloysius Mundella, in vesica & renibus, Dodonæus, Rondeletius, Fernelius & Jacotius; in utero, Priscianus & Garzias Lopiarius, testes sunt. Ejectus ex pectore per tussim; egressus per penis meatum & quidem spontè unus: minxit quidam Perusinus parvos & latos. Italus quidam elychnii crassitudine, vivos & rubentes; vide & apud Mousetum exempla. Exiit per uteri collum magna multitudò. Prodiit & ex polyposis naribus postquam foliorum tabaci succo cruciaretur. De eorundem miætu, Tulpium consule. In brachiis, cruribus, suris, & cute reperiri, Dracontia pueror. Niguz seu Toni Americanorum, & Indorum Orientalium, ostendunt. Quid plura? Nec cor fortè liberum erit.

Dari enim & in sanguine lumbriciformia animalcula, corpus exesura, apud Plinium habetur. Cum femine ejectos, apud Plutarchum. Et qui non nascantur ibi vermes, ubi angues bifidi flagellati, ut in Appendice ad serpentes diximus, inventi sunt.

In intestinis qui hæere solent, sunt *Lati*, *Teredes* & *Ascarides*. Priores omnes ætates infestant, Græcis *ἐμύβοι πλατείας*, & *κνέια*, Latinis propriè *Teniæ*. Per tota enim aliquando extenduntur intestina, corollæ in se ipsam ductæ instar. Tricenum pedum esse notat Plinius, Platerus quadraginta vidit. Partes eorum non ita exactè semen cucurbitæ referunt, sed ubi abruptuntur, & moram aliquando

Exemp. 67
100.

Mont. tome
4. c. 19.

Sozom. H.
Ecccl. l. c. 34.

Lusit. c. 67.
VII. cur. 63

Mundella
Dialogo 4.
Dodon. ad
Beniv. c. 78
Rondelet.
de dignos.
morb. c. 17.

Mousetum
Theatri
Inf. 2. c. 30.

Tulp. obser.
2. c. 49. 50.
c. 51.

Plin. H. N.
26. c. 13.

Plin. H. N.
11. c. 33.

jam

Jam semimortui trahunt, pars quæ ad latera tenuior, putrescit: quæ verò in medio veluti nodus, figuram seminis cucurbitæ vel cucumeris refert. Quatuor historiæ apud Fabricium

Hild. Obs. Gent. 2. 71. 72. 6. c. Hildanum vide. Ad hos illi, qui *στεινείας* seu cucurbitin vocantur pertinent.

Ideo quibusdam alterum Teniæ genus. Ex partibus multis, quarum singule semen cucurbitæ referunt, constant. Ex his illum fuisse puto quem Lusitanus describit, quatuor cubitorum, latitudine semiunguis exigui, albus, capite verrucoso, ex quo totum corpus procedebat, quem mulier Illyrica tussicula vivum eiecit. *Teretes* *εγογγύλοι*, seu rotundi Græcis, si magnitudinem spectes, sunt aliquando, longitudine sesquipedali, quinque pedum sæpe, nonnunquam palmam non excedunt: si colorem, sunt rubri, flavi, nigri, ex parte albi vel fulvi, & virides: si constitutionem, visus est rubro capite, pisi magnitudine, lanuginosus, cauda lunata: visus dorso lanuginoso, pilis rubris confito, &c. Platerus octodecem ulnarum exsiccatum habuit, quem Mousferus vidit. Trecentorum pedum longitudine ejectum, Plinius auctor est.

Ascarides *διδὸ τῆ ἀσκειν*, quod mordicationem & pruritus excitent; vel ab *ἀσκαίω* moveo, dicuntur. Veteres *jumentarios* dicebant, quod sæpius in equis, canibus, & boum genere apparerent. Sunt lumbricis terrestribus similes, sed unciam raro superant. In extremo languore reperiuntur.

Aldr. Hist. Inf. 1. 5. c. 2. Dantur præter hos & *Monstrosi*. Benivenius unum pedibus quatuor, cauda novæ lunæ instar falcata, digitorum duorum longitudine observavit: Gabucinus, nigrum & pilosum: Capriana, binis cornibus flexibilibus, & centum utrinque pedibus subviridem, & qui mire progrediebatur. Rondelet. Scolopendræ similem, sine oculis. Schenckii filius variantem, rostello acuto & sanguineo excrevit. Rusticus apud Wierum octopedem, rictu oris capiteque anati simillimum. Puella Lovaniensis apud Gemmam Anguillæ similem, &c. Plura apud Aldrovandum & Mousfetum invenies.

CAPUT III.

De Teredine & Lumbrico terrestri.

DE Teredine pedata, superiuscum de vermibus plantariis ageremus, egimus. *Depedis* meminit Agricola, quem ab æneo colore *Rupfferwurm* *Agric. de animalib. subterr.* vocat. Serpit, inquit, quia & pennis caret & pedibus. Crassitudo ipsi quasi parvæ anserinæ pennæ, longitudo scolopendræ. Teres est, sub lignis putridis natus, & plerumque juxta scolopendram inventus.

Aldrovandus quatuor teredinum genera constituit. *Vnum* Plinii & *Plin. H. N. 1. 16. c. 41.* Theophrasti, quod dentes habet & duntaxat in mari in lignis reperitur. *Alterum* Vermiculus dictum; *Tertium* Thrips, *Quartum* Cossium quem vermem multipedem in lignis quidam faciunt. Ipse observavit vermem pili longitudine in ligno nascentem, colore album, figura fere Erucæ sylvestris similem. Linea in dorso à capite ad caudam usque conspicua, more *Aldrov. H. Inf. 1. 5. c. 5.* Erucarum repentem fere, undecem incisuris constantem, in singulis lateribus, punctulis quibusdam castaneis, ore nigro ex duobus veluti inrorsum se curvantibus dentibus confecto, qui admodum constringebantur, plusculis prope os pedibus. Ex ore succus quidam viscidus, lentusque emanabat. Hunc vermem *Cossium album* existimat.

Multæ tamen sunt arbores quæ teredinem non sentiunt, ut tilia, quavis corticis & foliorum succus dulcis sit, ob odorem; buxus, ob duritiem; *Theoph. H. P. 1. 5. c. 5.* abies circa germinationes decorticata; Mori materiem æternam Theophrastus reliquit. Alexandri verò Magni comites prodiderunt, in Tylo rubri maris insula, arbores esse, ex quibus naves fierent, quas CC. annis durantes inventas, & si mergerentur incorruptas. In eadem esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium, tigrum maculis, pondero-

A a sum;

sum: & cum in spiffiora decidat, vitri modo fragilem &c.

Lumbrici terrestres. *Aldr. Hist. Ins. l. 6. c. 6.* *Lumbrici terrestres*, Græcis *γῆς ἔντεα*, *δαίλοι, ἀλάκται*, Siculis *ραφῆγαι*, quod terram comedant; Latinis *Intestina terrea*, Monardi *Onisculi* & *Nisculi* dicuntur.

Duo ipsorum genera Lumbricis intestinalibus quidam sunt similes; alii *Ascarides*. Illi colore sunt interdum subalbido, interdum subsanguineo: & pluviis cadentibus subito è terra prodeunt. Hos qui parvi, non unius eiusdemque coloris dicit Agricola. Sunt candidi, lutei, nigri; sæpiusque aratro excitantur. Vastant fata radicibus subsectis. Ad eos pertinent *Zuccarola* Italis dicti, crassi, longi paulò minus digitum. Sub aeris æstum, è terra prodeunt, Terra pingui aluntur, & dulci radicum succo. Ex eodem nasci, Gaudentius Merula scripsit. E terra egressos coivisse observavit Aldrovandus. *Tangunt se tantummodo*, inquit, *plusquam dimidia fere corporis parte, atque ita arcè sibi invicem adherent, ut non nisi pedum duriusculo calcatu & frictione abstant. Videtur autem uterque cum coeunt, unus lumbricus in medio corporis paulo crassior cæteris.* Pluviam præfagiunt, si pertusa quasi terrebello humo, affatim foras erumpant. Terra namque ab Austro & aère vaporoso madefacta, perfacilem iis transitum largitur. Inserviunt in esca piscibus, avibus, turdis in primis & cornicibus. Sed & gallinæ iisdem victitant. Haud spernendi & in Medicina usus. Profunt ad icteritiam tollendam si pulverizati in vino vel commodo vehiculo exhibeantur: contra arthritidem scorbuticam vagam, si cum sabina, aristolochia, &c. exhibeantur: in nervorum vulneribus si triti imponantur: in calculo si ex vino passo bibantur. Mercurialis in lactis defectu nutricibus cum nucleis pini, amygdalis, semine petroselini, feniculi, rapis, &c. exhibet. Ex iisdem oleum lumbricorum componitur. Lixivio, & amaris aquis occiduntur. Aqua verò, in qua semina cannabis decocta sunt, ad superficiem proliciuntur.

CAPUT IV.

De Limace.

Limacis nomen testudini terrestri Aldr. Hist. Ins. l. 6. c. 10. perperam Albertus imposuit. Distinguit & à Cochleis Plinius & quoties cochleas vocat, nudas adiicit. Nominis rationem locus suggerit. In limo enim nascuntur. Nec apud Græcos peculiare nomen habent.


De Forma, Genere & Differentiis, ita scribit Aldrovandus. Limacum, seu nudarum Cochlearum, aliæ magnæ sunt, aliæ parvæ: Magnæ Germanis à colore ruffæ dicuntur (quanquam in hoc genere etiam nigrae sunt) de quibus sentire scriptores quidam docti putant, cum ad medendum cochleas nudas postulant: Parvæ gregatim folia sectantur, & hortos infestant, cinerei, aut fusci coloris, & hæc quidem semper nudæ sunt, quod sciam. Plin. Limaci magnæ similem esse scribit echinum. Sunt vero partium distinctiones, ut & Scaliger annotavit, in hisce animalculis admodum obscuræ, quæ hic exprimuntur primo loco, ex cinereo nigricant, albis per tergos maculis, cornicula exerunt, quatuor è capite, quibus iter prætendunt. Tertia tota nigra: postrema cinerea albis maculis per dorsum, iisque longis varia. Albertus in eorum extremo sitos habere oculos asserit. Plinius cochleas hæc nudas sive Limaces non tamen omnes in capite lapidem gerere memoriæ prodidit, idque verum esse docuit quotidiana experientia: nonnunquam officulum, ut post patebit, idem Plinius nominat. Cardanus Limacium lapidem vocat his verbis. Limacius lapis in capite Limacis, quæ cortice non integitur, solet generari. Hunc ut ostendere possum candido colore, & aspera superficie esse oportet, quod ex aquæ substantia coactus sit, & ob id etiam parvus, quod in parvo animali inventus. Lapillus quem ego propriis manibus eximi è capite nudæ cochleæ, postquam in multis frustra quæsissem, albi-

albidus erat fabæ ferè magnitudine, multò tamen humilior, compressusque magis, modice transparentis, inæqualis, admodum glaber, parte altera planior, altera velut in oculū protuberans durus, sed dentibus friabilis, ita ut in arenulas atteratur. Venduntur, & alii lapilli multò maiores, magis protuberantes, minus candidi, obscuri intus foveam habentes sed eiusmodi è nudis cochleis eximi non puto. Noctu potius, quam interdiu animalia isthæc ad pascua exeunt, degunt autem non modo in campis & hortis, sed in cellis vinariis, latrinis, cloacis & aliis subterraneis, uliginosisque ædium locis.

Vfus. De *Vsu* hoc habe. In Africa quasdam edi, si Brasavolæ credendum. Ex iisdem in Medicina, sale gemmeo aspersis, & cum aqua Limonum infusa insolatis, donec quasi in unguentum abeant, Cosmeticum ad faciem lævigandam fieri. Illinitur, & mox aqua florum fabarum abluitur. Pro sunt in *ulceribus pedum*, si vivæ combu-

rantur, cinis cum thure & albumine ovorum superlinatur: in *hernia*, ruffæ imprimis, si emplastris illinantur: in *verrucis* & *gangliis* tollendis, si ex benesalitis liquor colligatus, iisdem affricetur. Producent in jumentis pilos ruffæ, si ex exenteratis & sale aspersis unguentum fiat. In iisdem, ex sero acido tepidè propinata, sanguinis per vesicam & anum excretionem, cohibent.

Lapillus qui in capite, quartanam Plin. H. N. l. 30. c. 15. l. 29. c. 6. solvere solet. *Ossiculum* quod in dorso reperitur, ad dentitionem alligari jubet. Inter duas orbitas inventè, per aurem cum ebore trajectum, vel pellicula canina adalligatum, doloribus capitis medetur. Mizaldus strangu- riosis prodesse scribit: nec non parturientibus, loca ipsa laxando.





HISTORIÆ NATURALIS
DE
INSECTIS

LIBER IV.

De Insectis aquaticis.

TITULUS I.

*De Insectis aquaticis
pedatis.*

CAPUT I.

*De Insectis aquaticis pau-
cipedibus.*

ARTICULUS I.

*De Squilla, Locusta, Scorpio-
ne, Notonecta, Cicada, An-
threno, Forficula, Lacerta,
Corculo.*

INSECTA aquatica, in
Pedata & Apoda distin-
guuntur. Illa vel paucos
vel multos pedes habent.
Paucipeda sunt, Squilla, Locusta, Scorpio,
Notonecta, Cicada, Anthrenus, Forficula,
Lacerta, Corculus, Musca aquatica, Can-
tharis, Scarabeus, Tipula, Attelabus Ara-
chnoides, & Ligniperda seu Bellonii Phry-
ganium.

Rondel. de
fluvialil.
6.37.

Mouf. The-
atr. l. 2. c. 37

Squilla primus, quod sciam memi-
nit Rondeletius, sed crustatæ dun-
taxat. Pedes ternos utrinque habet.
Cauda in duo longa & tenuia veluti
fila desinit, caput rotundum & com-
pressum quatuor corniculis instrui-
tur. At Mouferus plura genera ob-
servavit, & icones expressit. Squilla

insectum, inquit iste, à Squilla pisce
parum differt, nisi, quod & breviores
multò antennas, & colorem magis
spadiceum vel terrestrem potius ob-
tinuit. Horum alii testa fragili obdu-
cuntur, alii plani sunt & nudi. Testa-
cei in rivulis præsertim degunt, arun-
dinum vel gladioli radicibus adhæ-
rentes: colore sunt subflavo, non-
nunquam autem albicante atque ci-
nereo. Sex tantum pedibus ince-
dunt, reliqui hic appendices pinna-
rum munere funguntur. Nudi, vel
molles sunt vel crustacei: Molles fi-
gura hæc constat satis, modo caput
spadiceum, reliquum verò corpus
obsoleto cinere tinctū imaginemur.
Crustaceorum genera omnia articu-
lata sunt, sed alii globosi articuli, a-
lii alii: globosi effigies graphicè hic
repræsentatur, si ipsam leviori spadi-
ceo mollius attigeris. Talis *primi* &
secundi non globosi color. *Tertia* au-
tem species dorso nigricat, ventre fu-
sco: at omnibus forcipatum & ap-
positi pertinax. *Quartus* prioribus
tribus pedibus se movet, cæteris ap-
pendiculis pro remis utitur. Collum
illi & antennæ forcipesque minio di-
lucius illitæ; corpus fuscum, vel ma-
gis cinereum. *Quinto* caput longè
nigerrimum; corpus planè malico-
rio simile. *Sextus* à *quarto* videretur, ea
quam vides forma & colore cinereo.
His omnibus oculi duri, picei, mem-
brana vitri modo perlucida obducti,
qui non minus continuo moventur,
quam

quam quadrupedum aures. Assulant illi protinus, ut Squillæ pisces, in coitu, & ubi licentia audacia crevit, implent femellam. Hoc tēpus speculatus index morfu levi significat: illa ore compresso quicquid inclusit examinat, partemque socio tribuit: coeunt enim ore, cancrorum more & locustarum. Quem verò in Medicina usum fortiuntur, nequeo ex scriptoribus vel Empyricis ullis, quibus vel ignoti Squillæ vel despecti videntur, recensere. Id tamen constat, mense Aprili & Majo, nihil ad pisces inescandos utilius haberi posse.

Locusta piscem imitatur. Colorem habet pallentem cum virore. *Scorpionum* palustrium tria vidit, atq; habuit genera Mousetus. Primus nigricabat non nihil, reliqui arenam candicantem referebant.

Notonecta non ventre ut alia, sed spina innatant. Horum aliis oculi, scapulæ corpusque nigricant, aliis virescunt, aliis pyropum, aliis picem referunt. Rarò duos eiusdem videris coloris.

Cicada fluviatiles, & ventris latitudine & pedibus natant, utrinque ternos habent, postremi longissimi sunt. Hoc à terrestrib. differunt, quod capite sunt magis exerto, & cervicis aliquid habere videantur.

Anthreno fuscum ubique corpus, oculis piceis exceptis.

Forficula idem ferè color, sed magis faturus; carere oculis videtur, sed intrus conditis cernit atq; dijudicat obiecta.

Lacerta varii coloris est, & piscatorum gaudet intuitu. Circa rupes Britannicas non infrequens, ubi piscibus insidiatur.

Corculus cordis effigiem, pedibus capiteque demptis, scitè exprimit. Ocellos habet perexiguos & nigros; tibus sex concolores, duob. digitis instructos.

†
†

ARTICULUS II.

De Musca aquatica, Cantharide, Scarabeo, Tipula, Attelabo Arachnoide, & Ligniperda.

DE *Musca aquatica* ita Rondeletius. Rondel. de fluviatil. c. 40. Muscas volantes, in aquæ extremitate sæpè vidimus æstate. Oculis sunt magnis pro corporis magnitudine, dorso rotundo, ventre plano, fenos habent pedes, posteriores majores ad corpus in aqua impellendum. Inter natandum geminas alas extendunt. Quare & in aëre volare, & in aqua natare possunt. Natant ventre in cælum converso, contrario situ volant. Vtrumque per vices faciunt. Venter lineis nigris & viridib. distinguitur, his pisces insidiantur.

Vide verò quæ de his in Muscis diximus.

Cantharides, in paludib. circa lacum Aldrov. H. Inf. l. 7. c. 1. prope Bononiam, reperiuntur, quæ per superficiem (placet hæc & sequentia verbis Aldrovandi describere) aquæ modo irrequieto huc illuc circa eundem ferè semper locum mira celeritate se traiciunt: nec in summo tantum, sed etiam profundius feruntur. Magnitudine, & forma Cimices referunt. Cruscula fena habent subruffa. Vaginæ è nigro virides, præsertim ad solem, & splendentes alas tegunt sed non penitus: ad caudam n. alarum extremitas prominet, quæ cum in aqua celeriter feruntur ut solent, mirabili candore, splendoreque conspicuo argentum vivū, quodammodo refert: Vnde, & Pygolampides si quis appellat, nomen ipforum naturæ conveniens posuerit. In aërem si proreperint, volare etiam possunt. Icon ear. hæc est. Cum de Scarabæis ageremus, diximus etiam aquaticos dari. Eos audio esse majusculos corpore lato, compressoq; & à Germanis *Wassergugen* appellari, & in quarumvis aquarum fundis reptare. Sed videre eos mihi necdum licuit. Observavi verò Insectulum quod-

piam; vel ex Scarabæorum, vel ex Cantharidum genere: Rustici violam aquaticam dicunt. Cantharide minor est, forma oblongiori, angustiorque utrinque in acutum desinens, aterrimo splendens colore duas juxta rictum appendices breves habens, seu cornicula, senos pedes colore ferrugineo. Observavi & aliud Scarabæi aquatici genus, Scarabæo iterorario minori per omnia simile, nigerrimum, coleopteron, gressu, cursive, celerrimum, saliens etiam dorso impositum, maximo nisu in aëra se vibrans, subultim in ventrem se convertit: pedes habet inæqualis magnitudinis: priores breviculi ad gradiendum tantum apti sunt, duo postremi, cum ad natandum servire debeant remigum loco, multo sunt longiores: aliis verò illis communibus, æqualis pedum omnium est magnitudo. Huius icon postea dabitur una cum Tipulis. Inveni & aliud in horti publici vasis aqueis, in quibus plantæ aquaticæ conservantur. Insectum è Scarabæorum genere, superiori in eo plurimum differens, quod anteriores pedes habet duplicis usus, nimirum ad natandum & gradiendum. Sagacissima enim natura latissimos eos fecit in medio, haud aliter, ac avium aquaticarum pedes sunt: & ne latitudo (rotunda, ac cava) ad ingressum non esset inutilis, eosdem in extremo rursus fecit exiles, robustos tamen & hamatos, ut eis unà cum duobus subsequenteribus, qui contigui sunt, ac æque longi, ea carentes latitudine, ad progrediendum uti possent. Postremi pedes duplò sunt longiores, in extremo velut in pinnam molliusculam desinunt, in medio ventris siti, longè à primis, qui sunt in pectore. Horum quoque duplex est usus, ad natandum, seu potius ad natatum regendum, tanquam pinna aliqua, aut cauda, & cum cubat in dorsum, (apricatur enim libenter, & apricantem ego cepi) ad insiliendum. Salit enim cum in dorsum cubat, iis sese ad saltum à terra elevans. Cum cubat in ventrem, vel omnib. pedib. insistit, hosce posteriores tanquam ad

incessum inutiles per terram trahis. Coleopteron est hoc insectum vagina tectum durissima, ventre quoque durissimo, ac propè osseo, color ejus ex atro ad castaneum nonnihil vergit. Antennas à lateribus capitis erigit adeo exiles, ut visumpene fugiant, castanei coloris. In summa elegans animal est.

Tipularum, quæ etiam Mactopedii, Pedones, & Guinæ à pedum longitudine, Moufetus quatuor, Aldrovandus duas observavit differentias.

Prima Moufeti species est tibiis longissimis araneo sylvestri similis, corpore ferè ovali, cinereo albicante, alis argenteis, oculis nigerrimis prominentibus, antennulis duabus brevissimis, cauda mucronata: volat subinde (ut struthiocamelus) quasi gradiendo: aliquando tamen in aëre volat, sed nec longè nec diu. Lucis adeo est appetens, ut lucernæ amore sæpè conflagret: autumnò in pascuis & pratis frequens cernitur. Sed hæc de mare. *Fæmina conformis* videtur, sed paulo nigrior, & caudæ mucronem quasi demorsum obtinet. Has Angli, Schepherds vocant: id est opiliones: quia ubi oves vescuntur ibi sæpius apparent. *Secunda* Tipula caput magis habet, oculos prominentiores, antennas quatuor exiles, corpus luteo nigroq; colore varium, alas obscuriores. *Tertia* ferè similis, sed corpus totum luteum 6. vel 7. maculæ nigræ magis adornant; habet item tam masquam fœmina caudam trifurcatam. *Quarta* species rara & perelegans videtur, capite & maxime ore furcato, scapulis turgidis, brevioribus pedibus, corpore duplo cæteris crassiore, dorso nigricante, ventre & lateribus croceis, cauda mucronata & nigra. In sepibus versatur æstate, rarius in campis reperitur. Coeunt dictæ tipulæ avertis caudis, atq; ita volant; recurvantur tamen quandoque velut in complexus. Aldrovandus bina Tipularum genera observavit. Prius in aqua stagnante scrobis, foveæve, cui cannabim macerandam immergunt rustici Bononienses, quæ ab eo usu Maceratolo vocatur, inven-

Mouf.
attri In.
l. i. c. ii.

Aldrov. H. Inf. l. 6, c. 1. tum, longum erat integrum palmum, colore fusco. Attelabo sive locustæ apteræ non ab simile, nisi quadrupes fuisset. Antennas binas, sed articulatas, propè medium, extremo nonnihil deorsum reflexas, ac hamatas unico anicularum unguiculis simili, quibus obvia apprehendit, altera nempe articulo reliquæ antennarum longitudine annexas. Capitulum exiguum ante exigua appendice, velut corniculo acuto armatum, figura fere trigona, ocellis utrimque eminentibus atris, ac splendidis immobilibus instructum. Alatum est pennis quaternis longis, & angustis, subtilissimis. Caudæ loco appendices binas longissimas filamentorum instar, statim ab ano dispartitas gestabat. Pedes quaternos, singulos tribus articulationibus distinctos, nempe ob longitudinem, sed imbecillimos, quales ferè Araneis sunt, anteriore corporis parte, pectore locatos. Vnde cum in aquis degant, Belgæ & Germani, ut audio suo idiomate Waterspinnen vocant, i. e. araneas aquaticas, Collum à capite subest oblongiusculum, quod à ventre paulum latiore excipitur, & ipso tandem in acumen paulatim extenuato. Dorsum ei erat planum, quod alis tegitur, ac ferruginei coloris. Venter supinè utrimque in sulcum conspicitur exsculptus, prominente medio tereti, seu cauliculo herbæ cuiusdam, ut polygoni fœminæ internodiis, ac geniculis quinque quos annulos vocant, secto. Horum singulorum interstitiis macula, seu punctum nigrum conspicitur. Cum itaque quadrupes sit hæc Tipula, ab ea quam se pedem Festus esse dicebat, plurimum differt. Sed & hanc observavit. Mira corporis levitate, & pedum agilitate aquis quoque inambulat, oblongiusculum, & angustum, sed priore multò minus, & multis ab illa partibus discrepans. Sepes est nec alatum, nigrum toto corpore, sine cauda, sed antennas exiguas, veluti filamenta subtilissima ante gerens, quibus etiam ingreditur nonnunquam. Est, & aliud genus inter hanc, & maiorem medium Vere, ut Aprilis aquis supernatans, ac repens, corpo-

ris figura maiori planè simili, sed & multò minus, oblonga caudæ appendice carens, & maculis in ventre, quarum loco in mediis alis nigris albidam terete gerit.

Attelabum arachnoideum nominat *Aldrovandus* insectum quoddam, *Aranei* speciem ferens, sed sex tantum pedibus dotatum, colore cinereo, ac vulvæ, seu fundi lutosi (in quo sese occultit, aut summa superficie eius sedet, aliquando reptans, nonnunquam natans) adeò simili, ut nisi lynceis oculis data opera diligentissimè intuenti eum deprehendere, aut observare non liceat. Rictu fere est *Locustæ*, ocellis utrinque altè satis extantibus, cætero corporis habitu non male araneum referens, alvo tota annulis pluribus, secta, parte prona compressa, supina nonnihil rotunda, ita ut mediam quandam formam inter *Araneum*, & *Attelabum*, seu locustam apteram brevem habeat.

Ligniperdam aquaticam non videtur *Aristoteles* agnovisse. Etenim festucas, lignave colligere eam scribit, quibus sese induat, atque cum post iis spoliatur, emori, cum eiusmodi animal, quod *Ligniperdam* aquaticam nominavit, spoliatum suis festucis, quæ variis ex partibus herbarum constant, minimè moriatur, sed subinde novas festucas recolligat, in quarum vertice exiguam ligni, at non cuiuslibet, sed quod levitate sua aquis supernatare cognoscit portiunculam supra cervicem suam, ne mergatur, immiscere novit: alioqui à terrestri nihil vel parum admodum differt. *Bellonius Phrygium* vocare videtur, & sic de eo scribit; *Phrygium* fluviatile æque, ac *matinum* dejectamentum, *Galli Charree* appellant, quod cinereum excrementis fit persimile. *Pisciculus* est, aut potius *vermiculus*, quo piscatores utuntur pro esca: sic appellatus, quod *phrygana*, id est, fremia, sive festucas, sive thecæ, aut tegumentis lateribus, filo tanquam araneæ ab eius ore dependente (novit enim nere ut aranea) agglutinans circumponat, ex quibus auferens, casam ampliorem sibi costruit. In quo pinnoterem imitatur:

tur: nisi pinnoteres sibi ipsi domum facere nescirent. Senos utrinque pedes habet, quibus in aquæ etiam rapidissimæ rivulis incedit: nare etiam nescit. Estque animal tenue, oblongum parvæ Eruçæ simile, quem avidissime appetunt Truttæ. Est enim profluentibus aquis, ac torrentibus frequens. Eo etiam pisciculi, si sua theca, seu involucre nudetur, affatim capiuntur. Chrysippus Philosophus, inquit Plinius, tradit, Phryganium alligatum remedio esse quartanis: quod autem esset id animal, nec ipse descripsit, nec nos invenimus, qui novisset.

Quid de eo sentiat Gesnerus, vide apud eum & Aldrovandum.

CAPUT II.

De Insectis aquaticis multipedibus.

Insecta aquatica polypoda sunt *Tinea*, *Pulex marinus*, *Pediculus marinus*, *Afilus aquaticus*, *Scolopendra marina*, & *vermes in tubulis delitescentes*.

Tinea vermes sunt perparvi, & quia convolvi solent, minores aliquando, colore albo, *pedib.* plurimis per totius corporis alveum contiguis, & molliorib. *Cauda* oblonga in alveum desinit. *Oculi* sunt perexigua puncta alba, cum centro longe minutissimo. Reperiuntur in fontibus bonis & frigidis; Martio præsertim mense. In terra propter pedum seu mollitiem seu multitudinem (nam & ab ore veluti pedes prominent) progredi nequeunt: in aquis, corpore in latus alterum inclinato currunt; & nisi fallor, retrorsum quoque incidunt. Cum aqua epotæ ventrem inflant, & largo hauſtu vini pelluntur. Forte & therebintinæ, oleo, butyro, lacti & fero cederent. Gesnerus Gallic easdem cum Scrofulis, quas Agrovellas vel Escroelles vocant esse putat. Multipedes sane faciunt, corpufculo brevi, cauda reflexa, inveniri que in fluviis, puteis & fontibus.

Pulex marinus, qui Aristoteli *ψύλλον* *ψυλλάριον*, Rondeletio est tenui crusta interfecta bestiola, quæ facie homines

ridiculos pictos, aliis partib. locustas repræsentat: & tam parva. ut particula corporis nisi ab oculato, discerni non possit. Gignuntur, inquit, in profundo mari tanta fecunditate, ut escam ex pisce confectam, si diu in imo manserit, totam corrodant. Aldrovandus hunc inter crustata refert. Niphus cum Scolopendra marina confundit. Kiranides minimum animal, quo piscatores utantur, esse dicit: salireque per littus. Moufetus Afellum marinum vocat, & sic describit. *Pulex* sive Afellus marinus squillam molliorem refert, nisi quod quatuor tantum pedibus (pace Gesneri dixerim) donatur, & frequentibus longisque saltibus se liberat, à numero pedum. Afellus dicitur à saltu, Aristotelis *pulex*: à dorso gibboso, Scrofula nuncupatur: color illi lividus cum nigredine. Longitudo fluviatilium digitorum transversum: latitudo, semidigitum non superat: marinorum maior dimensio, qui litore refluyente, & in aquis dulcibus sæpe conspicitur. Venatoribus item spectatoribusque mirum agilitatis præbet exemplum.

Hunc cum Pſyllio herba decoctum, & de collo suspensum rigorem tertianarum fugare; cum aqua marina aspersos, pulices pellere; tres in lapide pſorite, qui & porus, sculptos, sub calamo viridi manentes, cum radice herbæ pſyllii reclusos, contra morbum comitalem, amuletum esse scribit Kiranides. Meminisse eorundem videtur Plinius, cum dicit. *Adeo nihil non gignitur in mari, ut Cauponarum etiam æstiva animalia, perniciosi molesta saltu, aut quæ capillis maximè calat, existant: & circumglobata esca sæpe extrahuntur: quæ causa somnum piscium in mari noctibus infestare existimatur.*

Pediculus, qui Aristoteli *φθειρ ψυλλάριον*, Rondeletio duplex ex Rondeletii sententia est. *Vnus* qui in mari, quod est à Cyrene ad Ægyptum circa Delphinum est: qui omnium pinguiſſimus pabuli copia evadit, quæ à Delphin. suppeditatur. *Alter* est, quem hic depinximus, maioris sabæ magnitud. & latitudine, scarabæo terrestri similis, corpus ex aliquot

Rond. de Piscib. l. 18. c. 27.

Mouf. de Inf. 2. c. 39.

Aldrov. H. Inf. l. 7. c. 7.

Rondel. de Piscib. l. 18. c. 28.

Arist. Hist. Anim. l. 4. c. 10.

aliquot tabellis, veluti locustæ vel squillæ cauda constat: ante os duo cornua brevia habet: utrinque pedes multos, incurvos, in acutum definites. Piscibus ita hæret ut eripi non possit. Sugit ut hirudo, nec prius abscedit, quam tabidum & exsuccum piscem reddiderit. Reperitur cervici mugilum, luporum, & saxarilium piscium affixus. Aristotelis esse demonstrat ibidem. Bellonius perperam Asilum seu Oestrum vocat. Octo utrinque pedes habere, octonis tabellis in tergore loricari; priorum pedum ungues ad caput, posteriorum ad pedes converti; oculos parvos, nigros, & aliquanto eminentes habere; Erythrinis etiam dentalibus ac sargis vesci; in orbem se contrahere; prægnantem denique plerumque inveniri, addit. Est & aliud animalculum marinum, cuius hic iconem appono. Ἐγπίλι quoque Numenii huc spectat, littoralis vermis & fossilis, longis pedibus constans, repeas & inescandis piscibus idoneus.

Asilus marinus, quem Oestrum marinum veteres à naturæ similitudine, quæ ei cum terrestri communis vocant, Ligures *Prusam* pro ore tubulum seu fistulam habet, pro corporis ratione longam. Utrinque sitæ sunt veluti manus duæ quæ ad os flectuntur, sequitur alvus cum incisuris, cui affixi sunt sex pedes, duo qui in extremâ alvo sunt, crassiores sunt & longiores, qui sequuntur utrinque locati, paulo minores, reliqui duo, qui magis in lateribus sunt, omnium minimi. Ore sive fistula, scorpionis terrestris caudæ, pedibus, ejusdem brachiis similis est, alvo & magnitudine, araneo. Ut Polypi acetabulis, ita hic ore adhæret parti molliusculæ & pingui sub pinnâ ita tenaciter, ut avelli integer non possit. Sanguinem exugit hirudinum ritu, usque dum præ plenitudine decidat & moriatur. Cur in summo tantum æstu, & Caniculæ tempore pisces dictos infestet, id in causa esse puto, quod æstate tantum nascatur, autumno pereat. Cur sub pinna hæreat,

in causa est partis mollitudo, pinguitudo, & sanguinis copia. Reliquo corpore Thynni cute quidem lævi integuntur, sed illi subsunt squamæ duriores.

Quantum ad *Scolopendras*, Aristoteles, ὡσαυτῆς τῶ εἶδος τῆς χερσαίας, *aspectu terrenis similis* esse dicit; in saxosis locis gigni, colore magis rubro esse, pedum numero terrestres superare, gracilitatem crurum si excipias, serpentum more non in altis gurgitibus nasci, adjicit.

Rondeletius, duas species proponit. Prior minor est, colore plane rubro, dodrantali magnitudine, in saxosis locis degit. A capite ad caudam pedes habet plurimos: in flexus & volumina sese contorquet: nunc longior, nunc brevior, nunc gracilior, nunc crassior efficitur. Altera est superiore multò longior, utpotè quæ ad cubiti longitudinem accedat, tenuior, colore ad candidum vergente. A capite ad caudam pedes utrinque habet plurimos, veluti superior. Aldrovandus addit ex Gesnero tertiam, colore miniaceo. Gesnerus videtur quædam ex his in dubium vocare, dum Aristotelis descriptionem attendit. Minores terrestribus facere Aristotelem: Brasavolum verò ad se misisse duos pollices longam, apud se vix duos digitos æquare: Rondeletii longè majores esse, Marcellum Virgilium terrestribus longiores facere. Quòd forma attendatur, longè aliam caudæ capitisque in terrestribus vidisse. Ut sit, in lacertorum marinorum, ut & acum ventriculo sæpè eas reperit Rondeletius: ita ut exinde, iisdem hos pisces vesci colligi possit: & quia in alto mari vivant, in littoribus aut littorum saxise easdem vivere, falsum sit. Appetere nidorulenta; hamum devoratum simul cum interaneis dejecto, dejecto, ista iterum intro recipere; piscatoribus quòd si hamum attigerint, nullus piscis ad hamum post accedat, infestam esse; attractam adurere; naturæ ipsius est. Mousetus in limosis stagnis, & ubi ostreæ fa-

Arist. H. A. 2.6.14.

Rondelet. de Insect. c. 2.

Mouset. 2. c. 39.

psyllothrūm ex thuris, atramenti futorij ana unc. ij. scolopendr. unc. iij. tritis, & cum calcis pulvere committis commendat.

Rondel. de
Insect. c. 5.

De Vermibus in tubulis nascentibus; ita Rondelietius. Nascuntur in faxis marinis & super concharum vetustarum testas, tubuli vel Siphunculi testacei, rotundi, asperi, candidi, intus lævissimi, quorum alii recti sunt, alii contorti & replicati. In his procreantur & vivunt vermes, qui foras se exerunt hauriendæ aquæ gratia. Hi colore, substantia, scolopendræ rubræ similes sunt; figura & magnitudine non nihil differunt: longissimi enim digiti magnitudinem non excedunt. Pars posterior folij myrtel modo in acutum desinit. Priore parte utrinque pedes habent, veluti scolopendræ, unde fistula prominet in extremo obtusa tubæ modo, & perforata, qualem in asilo marino depingemus, eâ aquam trahit. Horum vermiculorum testa Pharmacopæi nostri utuntur, in compositione unguenti citrini pro dentali. Huic similem testam etiam dentale vocant, quo in eodem unguento utuntur. Hujusmodi aliquot picturæ superiori aspersimus.

TITULUS II.

De Insectis aquaticis apodibus.

CAPUT I.

De Hirudine.

Absoluta insectorum aquaticorum pedatorum historia, ad apoda progredimur. Hæc verò intra *Hirudines*; *Stellas*; *Hippocampum*; *Vvân marinam*; *Oripem*; *Lumbricum marinum*; *Setam*; *Vermem Indicum*; & alios consistunt.

Aldrou. H.
Inf. 7. c. 11.
Mouset. 2.
c. 41.

Nomen:

Hirudinem quidam ab hærendo, quòd corporibus hæreat, alii ab hauriendo Latinis dictam esse putant. Dicitur Latinis & *Sanguisuga*.

Græci βδέλλα, & quidem ἰδατόν, λιμναία, αἰμίλω, ἐκπίζω, ἐκμύζω. Helychio dicuntur δειβλαῖς & βλετῆς, & δειλακῆς, secundum Elienses. Eidem βάρτυξ βδέλλα est.

Duorum est generum. *Marina* nempe, & *Lacustris*. Illa, Rondelietio describente, digiti est magnitudinis, cervice graciliore, cauda paulò crassiore. Os & caudæ extremum Polyporum acetabulis similia sunt, ut eorum adhæsione sese trahant. Corpus insectorum modo ex multis annulis circularisve constat, sed duriorē cute quam palustres, quod in causa est, cur non ita in globum se contrahere, nec ita se colligere possint, sed caudam tantum & caput proferunt, & retrahunt. Interna omnia continuo ductu producta & indistincta. In luto vivit; virus olet, cibo idonea non est: pisces tamen lutosi & litorales ea vescuntur. In oleo antiquissimo decocta aurium dolorem sedat. In oleo amygdalino, vel Chamæmelino, dolorem hæmorrhoidum. In vino, vulneribus nervorum & convulsionibus utilis est. Ustæ alopecias cum acetato curant.


Lacustres circularis velut inter se colligatis constant, quorum opera quædoque in globum contrahuntur. Osibus & pinnis carent. Os illis trianguli instar, id vulnus inflictum ostendit. Villanovanus fistulam in ore moræ culicis tribuit. Alii in majoribus acutius, in minoribus rotundum; in omnibus foramen in medio exile, observare. Ab ore ad alvum continuus est meatus. In mortuis longitudo circiter digiti. Lineis & punctis nigris notantur omnes, reliquo colore variant. Varias differentias fortiuntur. Sunt quæ caput magnum habent, coloris ruffi, variis filamentis distinctæ, lanuginosæ, & venenatæ. Sunt & aliæ tenuiores, capite brevi, ventre rubro, quæ in aquis puris habitant. Albertus Nigrarum & planarum; nec non quæ in dorso virgulas rubéas & aliquantulum rugatas habent & c. meminit. Apud Helvetios *Minores* sunt nigræ; *maiores* subvirides, striis per longitudinem subflavis

Differentiæ


Rondel.
de Inf. c. 7.

Insecta Varia ad loca sua referenda

Apis sylv. nigrae nidus



Papilioes



Maximi



Papil. exiguo




Musca




Phalangium 2




Tarantula 1




Folliculus Indicus




Vermes in tubulis delitescentes




Physali 1



Mouf. 2




3




Cincindel



Teredines



Vermis fari. nae




Eruc.






Eruc.



Eruc.



Stello

Mar.





3


4




Hirudines Marinae

Meer

Saugegel




Hirudines Marinae. Meersaugegel Aldr.



Lumbrici Aquatici seu Marini. Meerwürm.









Lampret.



Stellæ

Marinae. Meerstern Aldr.



flavis aut ruffis, in quibus puncta aliquot nigrificant. Visæ Venetiis *virides*, maculis hinc inde nigris resperſæ. In fluentibus aquis, *albas*, per exiguas, ore utrinque in circulum lato, sed altero duplo latiore, quales vel piscibus nonnunquam adhærent, invenies. In Mauritanix quodam flumine septenum cubitorum, quæ per gulam perforatam respirent, inveniri, Strabo prodidit. In jecinoribus bouum similem hirudini lacustri vermem, alij. Moufetus in *perforatas*, quas Europa non novit, & *Imperforatas* distinguit.

Ad *Naturam* earum pertinet, in paludosis & turbidis aquis ut plurimum, in saxosis, arenosis & claris, raro inveniri: ex putri nasci, nec scitur an coeant: autumno condi, per hyemem latitare, circa Calendas Maij, aut paulò antè, & quidem non nisi tepido aëre apparere. Eadem, sanguine victitant. Ubi corpori adhæſere, non citius avelluntur, quàm expletæ decidant: imò quantò magis trahuntur, tantò fortius insident, donec rumpantur. Caudæ & ori innitentes moventur. Cannæ inclusæ retrorsum exeunt: & quia os valdè acucere, & in tenuitatem se extendere possunt, per angustissima etiam elabuntur.

Magni sunt in evacuando sanguine in Medicinâ utus. Fugiendæ rufæ, magnorum capitum, virides, nigræ, & quæ in limosis nimis agunt. Laudantur, quæ ex aquis fluentibus rufæ rotundæ, colore jecinoris, parvorum capitum. Præstantissimæ putantur, quibus venter rubet, dorsum viret, præsertim si ex aquis fluentibus fuerint. In Germania præferuntur majores, ex nigro subvirides, striis per longitudinem ruffis, in quibus maculæ nigræ sunt. Applicantur in vulneribus venenatis, capitis, colli, jecoris, lienis, genitalium membrorum, &c. morbis.

De præparatione, & modo utendi, abundè apud Medicos invenies.

Huc spectat, *Lumates* molestissima hirudinis species, inter herbas

& montium arbores vivens, semidigitum longa, & impensè tenuis. Adhærent iter agentibus, subeuntque quosvis humani corporis meatus, etiam angustos & fædos, neque prius discedunt, quàm humano satientur sanguine: tunc enim spontè cadunt, ac minus infestant Sole vigente. Remedium est, arundinibus quibusdam præacutis eas avellere, aut sese tueri intra aquas, confidendo saxi, si quæ fortè adfunt, aut pyram construere, atque interponere ignem.

CAP. II.

De Stellis.

Datum Insecto huic *Stella* nomen, quòd stellas imitetur. Græcis est *ἀστὴρ*, Myrepsō *ἀστὴρον*, modernis Græcis *στῆλη*, ut Gillius notavit; vel potius, ut Rondeletio visum, *σπερδός*, quod pali lignei infixi modo, radios habeant. Sylvaticus, Sydus marinum vocat; Cremonensis, Magiarastrum marinum.

Os ipsis versus caudam, in medio radiorum situm, inque gyrum quinque digitos ostendere, author est Bellonius: Excrementorum nullum exitum, & ore excerni quæ supervacua sunt, Rodeletius. Duriore corio five callo omnes integuntur; idè Aristoteles cum aliis testaceis recensuit.

In marinis littoribus sæpè conspicimus: vaganturque in mari, ut polypi, brachia deducendo, nunc antegradiendo, nunc in orbem convolvendo, & suctu acetabulorum, Echini modo, lapidibus adhærent. Conchas aggrediuntur & devorant. Quinque in dissecto ventre cochleas invenisse scribit Rondeletius, tres integras, duas cum testis suis confectas. Adeò fervida ejus natura est, ut quicquid sumserit, id licet illicò ab ea extrahatur, biscoctum, (*δυσκοκτον*) appareat. Plinius dicit, tam igneum fervorem ei esse tradi, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Extra aquam

Bb a tor-

Moufet. de
Insect. 2.
c. 41.Vfus Hiru-
dinum.Nievem. H.
N. 12. c. 19.Aldrov. H.
Inf. 6. c. 18.
Nomen.

Descriptio

Rondel. de
Insect. 6. 10.

Natura;

Arist. H. A.
5. c. 15.Plin. H. N.
9. c. 6.

torpescere, prodidit Bellonius: in aquam immerfas, & supinas infratas, promuscides in extrema plusquam quinq; millia exerere cernet, & in pronam partem moveri.

Ufus.

Esse quasdam in *cibis*, ex Bellonio colligimus. In *Medicina*, Hippocrates, nigras cum brassica & vino odorato adversus uteri strangulationem propinat. Apud Myrepsum inter suffimenta contra epilepsiam recensetur. Inter psilothra à Galeno numerari, certum: & Gesnerus, carunculam, in quibusdam edulem esse scribit, reliquam substantiam pilos deperdere. Lævem, ad peritonæi rupturam, cum ononide, felici cum successu applicari posse existimat.

Rondelet. de Insect. c. 14.

Differētiæ.

Differētiæ & Genera si attendamus, sunt plura. Sunt parvæ, magnæ: sunt, quæ flavescunt, nigricant, cinerascunt: sunt aculeatæ, læves, longæ, breves. Optimè vero, in eas quæ quinq; radiorum sunt, & quæ plurimum distinguuntur. Illæ *Cartilagineæ*, *Testaceæ*, *Læves*, *Pectinatae*, *Echinatae*, *Arborescentes*, *Solares*.

Cartilaginea pronè & supinè exhibetur. Supinè partis marginibus puniceis, reliqua pars intima, & quæ hifce marginibus continetur, sanguineis maculis & albis, veluti in quodam marmoris genere, conspersa. Pronæ vero partis margines admodum sunt sanguineæ: quinq; in mediocrimæ, in singulas partes abeuntes, maculis autem cœruleis, ea pars, quæ margines undiquè contingit, insignitur: hæc aliæ sequuntur propè medium maculæ rubicundæ.

Testacea dicitur, non quod verè testacea sit (nam exsiccata, cum cortice teri manibus, quamvis ægrè, potest) sed quod duritie corticis, magis quam aliæ stellæ, quas unquam observavi, ad testacea accedat. Hæc cortice candicat, spithamam longa quoquo versum dimensa, nempe ab uno radio ad alterum, qui è regione est.

Distant autem extrēmitates cujusque radii à proximis mediam spithamam aut paulo amplius. Posset

etiam non immeritò tuberosa, & verucaria nuncupari, nam superiori parte in singulis radiis tubera, & verrucas habet.

Lævis est duplex: *Ror. del. tij* nempe, aculeis enim omni ex parte, atque asperitate caret. Radii longi sunt rotundi, flexibiles, murium caudis persimiles: eorum integumentum cortici serpentum simile est: & ob nigrarum albarumque macularum varietatem, spectaculum jucundum. In medio corporis trunco circulus cernitur, intra circumferentiam quinque maculis rotundis: & inter has stellulæ pictura distinctus, à cujus circumferentia quinque radii exoriantur. Oris compositione à cæteris non differt, nec victus ratione. Brachiorum longitudine, & vario flexu celerrimè natat. Et *Aldrovandi* qui duas ponit. *Prima* est pronæ parte & supinæ colore Lapidis lazuli: in medio punctulis nigris, & circulis aureis novem radiorum, ac totius corporis ea magnitudo est, quæ cernitur. Prona pars variis colorib. delineata, cujus medium, & colorem, & figuram pentaphylli æmulatur.

Secunda multò præscripta minor, undique colore ferruginea, sed nigris aspersa maculis mediam spithamam, aut amplius longa.

Pectinatarum quinque sunt species. *Prima* Rondeletii, primæ ejusdem similis, iis demptis, quæ sequuntur. Radii circa rotundum corpus dispositi, in exortu suo angulum acutum non constituunt, sed obtusum. Aculei, quibus latera muniuntur, rari, recti, pectinatim dispositi, unde pectinatam stellam appellavit Rondeletius.

In totius corporis centro stellula quædam expressa est, à cujus ambitu lineæ quinque per medium radiorum ad extremum usque protensa sunt, radii initio satis lati sunt. Rara est hæc species, ore, dentibus, moribus, facultatibus aliis similis est. *Secunda* cujus figura exprimitur (folio 748.) marginibus albis pectinatim non rectè, sed obliquè dispositis;

tis;

lis: interius sanguineis undique confersa maculis in centro stellulam habet admodum rubram, sed radiis constantem, tota pedem longa est. *Tertia* nulla elegantior, ejusdem cum prædicta magnitudine, colore, ac tuberculis spinosis admodum varia. Nam in medio est os; instar echini, quinque denticulis vix conspicuis constitutum, hoc continet stellula septem radiorum, quæ interiori parte nigra ferè est, exteriori verò cœrulea, hanc circulus ambit albus; seu area alba, quam alia ruffa, seu carnea; hunc deinceps circulus circumdat ex undecim tuberculis constans in supremâ parte acutis. Singuli autem radii tres habent tuberculorum ordines singulos viginquique, aut triginta tuberculis constantes.

Quarta est haud dispari cum præcedenti longitudine, radiis albo cœruleis, marginibus pectinatis ferrugineis: in medio stellula est, ex sex punctatis radiis constituta.

Quinta quæ quinque radiis inæqualibus & hirsutis constat.

Echinata est corpore exquisitè rotundo, parvoque constat, & radiis quinque, sed brevioribus, unde fit, ut minor sit cæteris. Illi è parvo circulo, in quo crucis figura delineata est, veluti è centro, exoriuntur tenues frequentissimis aculeis horrentes, quæ de causa echinatum Rondeletius nominavit, in lateribus dispositis. Radiorum flexuoso motu, serpentum ritu, reperit hæc stella, & in sicco posita eos movere nequaquam desinit, quousque in partes disjecerit, quæ separatæ etiam moventur per flexus: ut Vermium partes, & Laceratorum caudæ abscissæ. Os habet cœratum.

Reticulata est duplex. *Rondeletij* & *Aldrovandi*. Illa à retis sive Cancellorum figura reticulatam, sive cancellatam nuncupamus, & quia inter distinctiones, retibus vel cancellis similes extant tubercula quædam rotunda, tuberosa etiam vocari potest. Inter majores stellas reponenda est,

brachia enim ad pedalem longitudinem perveniunt, crassiora sunt aliarum stellarum radiis. Aculeis parvis utrinque eadem munita sunt. Os habet cæterarum modo. Eleganti illa & reticulata distinctione spectabilis est, & inter anathemata collocanda. *Hæc* tuberculis rotundis cœruleis gemmæ Turcoiæ æmulis, radiorum marginibus hirsutis & pectinatis: quilibet radius supina parte apparet conus pinus idæ oblongior. Prona autem parte fertis, tum luteis, tum cœruleis. Singuli radii habent cauliculum tenuem per medium transeuntem.

Arborefcens à frondium & ramorum multitudine. Hujusmodi duas vidit Rondelitus. Unam permagnam apud Guilhelmum Pelicerum Monspeliensem Episcopum, ad Lerinum iselam captam, alteram ex Italia ad ipsum delatam. Ab aliis omnibus stellis plurimum differt. Radios quinque, sive truncos habet, in medio os cum quinque appendicibus, quæ multis parvis dentibus horrent, pars ea depressa est, & submissa, ambitus tumet, in quolibet radiorum intervallo foramen, seu rima conspicitur. Quilibet radius statim in binos dividitur, hi rursus in binos ramos dividuntur, atque deinceps, quousque ad tenuissimos, & capillorum tenuitatem referentes deventum fit. A quolibet oris angulo linea albicans prodit, & per omnium ramorum medium producta est, alioquin tota stella nigricat, & tenui, atque admodum durâ, sed asperâ cutè tegitur, ramuli omnes intro flectuntur; quod argumento est hos tanquam cirros ad cibum captandum conditos esse, quibus undique dispositis in orbem præda elabi non potest. Id spectaculum aliquando Rondelitus in mari studiosè contemplatus est. Stellam parvo filo alligatam in mare demittebat, in quo expansis ramis natabat, sed prædam aliquam appropinquare sentiens, brachiis omnibus contractis amplexabatur urticæ ritu. Rara est hæc stellæ species, & propterea inter anathemata suspèditur.

Rondel. de
ins. p. 122.

Solaris Sol marinus Rondeletio, qui solis referat picturam. Differt à stellis quod in his è medio corporis trunco veluti è centro radij enascuntur, in hoc vero ex corporis rotundi circumferentia, breves, minime asperi superiore in parte, sed veluti ex squamis compositi, in lateribus verò parvis aculeis rigentes, albi ad extremum usque gracilescentes. Corpus illud rotundum, in medio rosæ pictæ figuram expressam habet. Ore victu, facultate à stellis non differt.

Alarou. de Insect. lib. 7. cap. 12. *Stellæ quæ plurimum sunt radiorum, vel sunt septem radiorum, vel decem vel duodecim.*

Septenos quæ habet, parte gibba colore ferrugineo obscuriore, spinosis, & parvis quibusdam tuberculis scabra, ac inæqualis, radiis in extremo lævi distortionem inflexis, parte concava ochræ ferè dilutum colorem exhibet ad ferruginem minimum quid tendentem. Extremi laterum, quibus cum medio corpore, tum brachiis juxta eorundem longitudinem sectis committitur, margine crenis, seu denticulis quibusdam albicantibus sunt asperi. Longitudo totius, ac latitudo in peripheriam æqualis est, palmi unius cum dimidio. Singuli verò radij tres propemodum digitos sunt longi, qui longissimè à se mutuo palmi unius intervallo distiti sunt.

Aldrov. l. 6. De illâ quæ decem brachia habet ita Columna. Nova & perelegans hujus stellæ forma, ab aliis omnibus differens, nec adhuc descripta: nostro littori frequens, ita ut nec ulla retrahantur retia quin ipsis implicata, & simul cum piscibus in foro etiamnum invehatur. Hæc admodum fragilis est, ut viva ne ab rete excipiat potius frangi patitur, ita illi se implexa cirris continet. Non vis ulla in extrahendâ stella est adhibenda, cum radii sint geniculati, atque genicula jungens cartilago sit admodum tenuis, qua de re facillimè genicula dissolvuntur, nec quamvis ra-

dii omnes sint disrupti, emoritur, nisi longo post intervallo. Hujus color subrubès est, forma vero ab aliis stellis dissidere videtur. Hæc enim parvum admodum corpus habet: radios quinq; sed singuli in binos dividuntur, ita ut decem prima facie, videantur: semipedem longos, nec majores huc usq; vidi: stellæ diameter pedem æquat. Radij vero omnes geniculis parvis constant, atq; singula genicula formam trianguli habent, lineæ quidem secantes nunc in dextram, nunc in sinistram partem conjunguntur, spirarum modo, quæ alternatim angulos oppositos conficiunt. E singulorum vero triangulorū basi, cirri etiam, ut bases quoq; utrinque alternatim producantur, simili modo geniculati, minimi digiti longitudine, & cannabini fili crassitie, quibus maximè implicatur, graditur, & apprehendit: Horum superiores parum longitudine, sicuti & crassitie alios inferiores ad extremum usque superant. E centro ipsius alij tenues cirri fili etiam crassitie, & eodem modo geniculati, majoris digiti longitudine exeunt, quorum superiores inferioribus minores sunt, atque contrario modo, quo radii majores curvantur, quibus escam apprehendere, atque in os adducere censeo, in quorum umbilico visitur inesse, ex adversa parte corpus conspicitur rotundum, læve molle, cujus interiora propter tenuitatem considerare nequivi: ipsa verò facillimè disjungitur à stella: lævis est tota, sed aspera tactu videtur propter geniculorum, & cirrorum multitudinem, crusta integitur duriuscula, ita ut ossis geniculis, sed non admodum duris, compacta videatur. An splendeat, ut alia noctu, cum vivam domi habere non potuissim, experiri non potui. Hæc Fabius Columna.

Postrema duodecim habet radios, qui quidem singulis singulos habent habent caules cœruleos per medium transeuntes, à quorum utroque latere

tere sunt striæ, seu lineæ transversæ, sanguineæ frequentes: in medio quoque circulus ejusdem coloris, undique radiorum margines denticulari, coloreque albicante. Tam variæ, & multiplices stellarum formæ conspiciuntur, ut quærendi, & contemplandi nullus sit futurus finis.

CAPUT III.

De Hippocampo & Uva
marina.

Aldrou. H. Inf. 6. c. 16. Hippocampo, ab ἵππος & κάμηλονomen datum est. Repando enim est corpore, & in arcum se curvante, erucasque cauda maxime refert: reliquo verò corpore, equum imitatur. Marcellus voce ἵππος, magnitudinem denotari putavit. Nonnulli *gallum marinum*, quidam Salamandram marinam dixerunt.

Rondelet. de Inf. 6. 9. Ita eum nobis Rondeletius descripsit. Hippocampus toto corpore incisuras habet, dodrantalem magnitudinem non superat, sæpè minor reperitur, pollicis est crassitudine, rostro oblongo, tubuli modo cavo sine scissurâ, ab inferiore ejus parte operculum foramini opponitur, ad claudendum, vel demittitur ad aperiendum: oculos habet rotundos, satis prominentes, in capitis vertice pili erecti sunt, qui adeo tenues sunt, ut non in mortuis & exsiccatis, sed in viventibus tantum Hippocampis, & natantibus appareant, quemadmodum & qui in reliquo sunt corpore. Toto capite, collo graciliore, ventre protuberante, equo valdè similis est.

Post oculos quo in loco in cæteris piscibus branchiæ esse solent, pinulæ duæ articulis similes sunt, maxime ob situm, utrinque unica. Branchiæ vero nullæ sunt, neque rectæ neque detectæ, sed supra dictas pinulas duo sunt foramina sursum spectantia. Sub ventre rimulas duas

habet. Ex una alvi excrementa, ex altera ova foras emittuntur. Cauda reliquo corpore tenuior est, quadrata, cū exochis aculeatis, toto etiam est corpore similiter aculeato, veluti ex cartilagineis circulis compacto, ex quibus aculei extant, membranulis intermediis, ut nulla caro appareat. Colore est fusco punctis albis notato, ventre albicante. Venter pro corporis ratione satis magnum habet, hepar rubrum, similiter ova rubra, cor exiguum. Caudam quovis modo inflectas, & qualem vivo figuram tribueris, talem mortuus & exsiccatus servat.

Venenatum, sed solo ventre Aelianus prodidit. Qui ex vino decoctum bibit, primò singultit, mox sicca tussi afficitur. Venter superior intumescit; per nares aquosa pisculenti odoris egeruntur: oculos sanguine suffunduntur, &c. Qui evadunt, aquam, mentè capti, summo studio prosequuntur. Remedium, acerrimum in quo sepia suffocata est, Aëtius ponit. Veneficæ eum in amatoris usurpant.

Ūsus eorum singularis in canis rabidi morfu est, ut apud Aelianum habemus. Plinius leporis marini venenum restinguere potos; alligatos Venerem concitare ait. Galenus, Plin. H. N. 32. c. 6. 7. 1 Galen. l. ii. simpl. c. 410 ustos alopecii prodesse scribit. Vehementer vermes, si torreatur, & cum aqua absynthii propinentur pelere Rondeletius ex Græco quodam habuit.

De Uva marina ita Aldrovandus, Rondelet. de Insect. c. 25. Aldrou. H. Inf. 7. c. 17. Piscatores nostri, inquit Rondeletius, ova sepiarum racematim compacta à pediculo uno dependentia, earundem atramento asperso Vvam marinam nominat. Est etiam Uva marina zoophyton, diversum sane ab eo, quod nobis depinxit Rondeletius, cujus imaginem, cum de zoophytis agimus, tradituri sumus: de hoc loquitur Plinius cum scribit. Rerum quidem non solum animalium

Ælian. H. Anim. 14. c. 16.

Plin. H. N. 32. c. 6. 7. 1 Galen. l. ii. simpl. c. 410


Rondelet. de Insect. c. 25. Aldrou. H. Inf. 7. c. 17.

lium simulachra (mari) inesse, licet intelligere intuentibus uvam, gladium, ferras. Nos verò & hoc egregium aspectu animal Insectum potius, quam alterius cujuscumque generis Vvarum racemum verè referens in Oceano deprehensum damus depictum, & ad vivum delineatum, ea magnitudine, qua depictum videtur in hac tabula: acinis sanè undiquaque refertissimum, quorum alii cœrulei: alii amethystini: alii ru-

bentes, capite duobus corniculis Limacis instar præmunito, movetur motu progressivo.

Et tantum de Insectis. Si quid interim scitu dignū observatum fuerit, addi poterit imposterum. Quia verò ita Historiam Animalium absolvimus,

SOLI DEO ESTO GLORIA, IN
sempiterna secula, Amen.





INDEX

In HISTORIAM NATURALEM
de INSECTIS JOANNIS JONSTONI Med. Do-
ctoris, prior numerus Historicæ descriptionis paginam
seu locum indicat, posterior Tabulam Iconismi
demonstrat.

A.

- A** Nelytra Bipennia. *Pag.* 67.
 Detetipennia. *p.* 8.
 Quadripennia. *p.* 8.
 membranacea. *p.* 8.
 farinacea. *p.* 44.
 Anthrenus. *p.* 128.
 aquaticus. *p.* 189.
 Apis, *Nomen*, *p.* 8. *t.* 1. *Descriptio*, *Locus*, *p.* 9. *Generatio*, *p.* 10. *Victus*, *Ætas*, *p.* 11. *Volatus*, *Sonus*, *Odoratus*, *Auditus*, *Antipathia*, *Morbi*, *p.* 12. *Ingenium*, *p.* 13. *Vsus*, *p.* 14. *Differentia*, *p.* 15.
 Apis amphibia. *p.* 18.
 Aqua multa. *p.* 21.
 Araneus, *tab.* 18. *Nomen*, *Descriptio*, *Locus*, *Victus*, *Generatio*, *p.* 131. *Antipathia*, *Ingenium*, *Nocumenta & Remedia*, *p.* 132. *Vsus*, *p.* 135. *Differentia*, *p.* 133. 135.
 Ascarides, *p.* 184.
 Afellus, *Nomen*, *Descriptio*, *Generatio*, *p.* 170. 87. *t.* 23.
 Afellus arvensis. *p.* 128.
 Afilus, *t.* 10. *Nomen*, *Descriptio*, *Natura*, *Differentia*. *p.* 77.
 aquaticus. *p.* 86.
 Attelabus. *p.* 193.
 arachnoides. *p.* 191.
 Aureliæ Aldrovandi. *p.* 169. *t.* 22.
 Axacouilin. *p.* 177.
- B.**
 Bestiola alata Moufeti. *p.* 88.
 Blattæ, *Nomen*, *Descriptio*, *Vsus*, *Differentia*. *p.* 111. *t.* 16.
 Bombylius. *p.* 65.
 Bombycis æmulus Temictli dictus. *p.* 169.
 Bombycum historia. *p.* 153.
 Bombyx. *p.* 153. *t.* 22. 23.
 Bruchus. *p.* 86. *t.* 11.
 Buprestis, *t.* 16. *Nomen*, *Descriptio*, *Locus*, *Victus*, *Venum*, *Differentia*. *p.* 106.
 Buprestis Dodonæi vera. *p.* 89.
- C.**
 Cantharides, *Nomen*, *Descriptio*, *Locus*, *Victus*, *Generatio*, *p.* 102. *t.* 16. *Nocumentum*, *Differentia*. *p.* 103.
 Cantharides aquaticæ. *p.* 189.
- Cera, *Nomen*, *p.* 25. *t.* 2. *Descriptio*, *p.* 25. *Locus*, *Natura*, *Differentia*. *p.* 26.
 Chrysalis. *p.* 65.
 Cicada, *Nomen*, *p.* 36. *t.* 11. 12. 13. *Descriptio*, *p.* 36. *Locus*, *Victus*, *Generatio*, *p.* 37. *Ætas*, *Cantus*, *p.* 38. *Natura*, *Vsus*, *Differentia*. *p.* 39.
 aquatica. *p.* 189. *t.* 12.
 Rondeletii. *p.* 88.
 Cicindela, *Nomen*, *p.* 108. *t.* 16. *Locus*, *Generatio*, *p.* 108. *Vsus*, *Differentia*. *p.* 109.
 Cimex, *Nomen*, *p.* 119. *t.* 3. *Descriptio*, *Locus*, *Generatio*, *p.* 119. *Fuga*, *Vsus*. *p.* 120.
 Cimices sylvestres. *p.* 40. *t.* 17.
 Genera varia. *p.* 40. 41.
 Congener Tauri volantis Brasil. *p.* 102. *t.* 16.
 Corculus. *p.* 189.
 Cossi. *p.* 177.
 Coyayhoal. *p.* 171.
 Crabrones, *Nomen*, *p.* 34. *t.* 1. *Descriptio*, *Locus*, *p.* 34. *Victus*, *Generatio* *Antipathia*, *p.* 35. *Vsus*, *p.* 36.
 Cucujo. *p.* 107.
 Cuchipilutl. *p.* 177.
 Culex, *Nomen*, *p.* 78. *t.* 10. *Descriptio*, *Locus*, *Cibus*, *Generatio*, *Natura*, *p.* 79. *Remedia*, *Vsus*, *Differentia*. *p.* 80.
 Curculio. *p.* 69.
- E.**
 Ephemeron musca. *p.* 78.
 Erucæ, *Nomen*, *p.* 141. *t.* 19. 20. 21. *Nutrimen- tum*, *Generatio*, *Natura*, *p.* 141. *Vsus*, *Dammum*, *Remedia*. *p.* 142.
 glabræ Moufeti. *p.* 142. *t.* 19. 20.
 hirsutæ densioris pili Mouf. *p.* 142. *t.* 19.
 rarioris pili Mouf. *p.* 146.
 Erucæ Aldrovandi Tabulæ prima. *p.* 147. *t.* 21. *secundæ*, *p.* 148. *t.* 21. *tertiæ*, *p.* 149. *t.* 21. *quartæ*, *p.* 150. *t.* 21. *quintæ*, *p.* 151. *t.* 21. *sex- tæ*, *p.* 152. *t.* 22.
- F.**
 Forbicinæ. *p.* 125. *t.* 17.
 Forficula. *p.* 112. *t.* 16.
 aquatica. *p.* 189.
 Formica, *Nomen*, *p.* 114. *t.* 17. *Descriptio*, *Locus*, *Victus*, *Generatio*, *Natura & Ingenium*, *p.* 114.

INDEX.

- Antipathia*, p. 116. *Vsus, Damna & Remedia, Differentia*. p. 117.
alata. p. 113.
Fucus, *tab. 1. Nomen, Descriptio, Generatio*, p. 28.
- G.
- Gryllus*, *Nomen, Differentia*. p. 87. t. 12.
Gryllotalpa Moufeti. *Nomen, Differentia*. p. 87. t. 12.
- H.
- Herbivoræ*. p. 73.
Hippocampus. p. 199. t. 26.
Hirudo lacustris. p. 194. t. 25.
marina. p. 194. t. 25.
Holhspecht Tigur. p. 85.
Humifugæ. p. 73.
- I.
- Insecta aptera octo pedum*. p. 128.
duodecim & quatuordecim pedum. p. 141.
aquaticæ. p. 188.
apoda. p. 194.
multipeda. p. 192.
paucipeda. p. 188.
pedata. p. 188.
Insecta Coleoptera f. Vaginipennia. p. 82.
Terrestria apoda. p. 174.
pedata non alata. p. 114.
paucipeda. p. 114.
multipeda non alata. p. 170.
Involvulus Plauti. p. 107.
Ips. p. 107.
Julus. p. 172. t. 23.
- K.
- Kupfferwurm*. p. 185.
- L.
- Lacerta aquatica*. p. 189. t. 27.
Lendes. p. 124.
Libellæ, Aldrovandi: Moufeti. p. 41. t. 3.
Ligniperda. p. 189.
Limax. p. 186. t. 24.
Locusta aquatica. p. 189. t. 27.
Locusta, tab. 11. Nomen, Descriptio, Locus, Victus, p. 82. *Generatio, Actiones animales, Vsus*. p. 84.
Aldrovandi. p. 87.
Moufeti. p. 85.
Lumbrici terrestres. p. 185.
aquatici. t. 25.
- M.
- Majalis Scarabæus*. p. 99. t. 15.
Mantes Africana. p. 186. t. 11. 12.
Italica. p. 185.
Mel, Nomen, Descriptio, p. 18. *Electio*, p. 19. *Vsus in cibis*, p. 20. *in medicina*, p. 21. *Differentia*. p. 23.
Meloës Paracelsi. p. 99.
Mullum. p. 22.
Muscæ in genere, tab. 9. 10. Nomen, Descriptio, Locus, Victus, Generatio, Sympathia & Antipathia, Ætas, Volatus, Ingenium. p. 67. *Vsus, Differentia*. p. 68.
Muscæ Aldrovandi Tabulæ primæ, p. 69. t. 9.
secundæ, p. 69. t. 9. *tertiæ*, p. 70. t. 9.
Muscæ Moufeti aquaticæ. p. 70. t. 10.
terrestres. p. 73. t. 10.
militares Luciano *ἑξενώπιδες*. p. 73.
strutiopteræ. p. 74.
Erinopteræ. p. 74.
Chelidoniæ. p. 74.
feticaudæ Moufeti. p. 74.
unifetæ. p. 74. t. 10.
bifetæ. p. 74. t. 10.
bipiles. p. 74. t. 10.
tripiles. p. 75. t. 10.
quadripiles. p. 76. t. 10.
Muscæ rarioris speciei. p. 76.
scorpiuræ. p. 76. t. 10.
quadripennes. p. 76. t. 10.
Musca Chrysoptis dicta. p. 76. t. 10.
Tabanides. p. 77. t. 10.
Muscæ terrestres Moufeti *ζωοφάγοι*. p. 71.
ἀζωοφάγοι. p. 73.
Musca aquatica. p. 189.
- N.
- Notoneceta*. p. 189. t. 27.
- O.
- Oestrus*. p. 77. t. 9.
Orfodacna. p. 40.
- P.
- Papiliones in genere, Nomen, Descriptio, Locus, Victus, Generatio, Natura*, p. 44. *Vsus, Differentia*. p. 45.
Aldrovandi Tabulæ primæ, p. 46.
47. t. 5. secundæ, p. 47. 48. t. 5.
tertiæ, p. 48. 49. t. 5. *quartæ*, p. 49. 50. t. 5. *quintæ*, p. 50. 51. t. 5. *sextæ*, p. 51. t. 5. *septimæ*, p. 51. 52. t. 5. *octavæ*, p. 52. 53. t. 5. *nonæ*, p. 53. 54. t. 6. *decimæ*, p. 55. t. 6. *undecimæ*, p. 55. 56. t. 6.
Papiliones Moufeti. p. 56. t. 7.
diurni, magni Mouf. p. 60. t. 7.
medii. p. 63. t. 7.
minimi. p. 64. t. 7.
Papilio Bombycum. p. 65. t. 22.
Indicus. p. 46. t. 5.
Pediculi alati. p. 113.
Pediculus, Nomen, Generatio, Vsus, p. 120. *Differentia*. p. 121.
marinus. p. 192. t. 27.
Perlæ vulgò dictæ, Differentia. p. 41. 42. t. 3. 4.
Phalangia. p. 137. 28.
parva Bellonii. p. 140.
Phalanzæ magnæ Moufeti. p. 56. t. 7.
mediocres M. p. 59. t. 7.
minimæ M. p. 60. t. 7.
Pinguiculus Agricolæ. p. 99.
Pollin. p. 171.
Portapelo Insubr. p. 99.

I N D E X.

- Propolis. p. 27.
 Proscarabæus. p. 99. t. 15.
 Pseudospheca. p. 31. t. 2.
 Pulex, *Nomen, Descriptio, Victus, Locus, Ortus, Natura, Fuga, Differentia.* p. 124.
 marinus. p. 192. t. 27.
 Pulices. p. 140.
- Q.
- Quici Brasil. p. 92. t. 15.
- R.
- Reduvius. p. 123.
 Ricinus. p. 123.
- S.
- Scarabæi, *Nomen, Descriptio, Locus, Victus, Generatio, Natura.* p. 90.
 Scarabæi Aldrovandi. p. 95. t. 14.
 Moufeti majores Cornuti. p. 90. t. 15.
 minores non cornuti. p. 93.
 t. 15.
 Scarabæus aquaticus. p. 189. 100.
 Scolopendra terrestris, *Nomen, Descriptio, Natura, Morsus, Vfus, Differentia.* p. 171. t. 23.
 marina. p. 193. t. 25.
 Scorpio, *tab. 18. Nomen, Descriptio, Natura, & mores,* p. 128. *Locus, Victus & Generatio, Venenum & medela,* p. 129. *Antipathia, Vfus in medicina, Differentia.* p. 130.
 alatus. p. 113. t. 16.
 palustris. p. 189. t. 27.
 Sphondylis. p. 126.
 Cordi. p. 89.
 Squilla. p. 188.
 Staphylinus. p. 127.
 Stellæ, *Nomen, Descriptio, Natura,* p. 195. *Vfus, Differentia.* p. 196. t. 25. 26.
- T.
- Tabanides musca. p. 77. t. 10.
 Tabanus, *Nomen, Descriptio,* p. 76. t. 9 *Differentia.* p. 77.
 Tagliadizzo Ital. p. 107. & 105.
 Talpa Ferrantis Imperati. p. 125.
 Tambeiva Brasil. t. 16.
 Tarantula. p. 138. t. 28.
 Taurus volans Brasil. p. 100.
 Tenamaznanapaloo. p. 87.
 Teocuilin. p. 105.
 Terebines. p. 178.
 Terebo. p. 185.
 Termites. p. 177.
 Thripes. p. 177.
 Tineæ. p. 122.
 Tinea. p. 192.
 Tipula, *Wassermücken.* p. 190. t. 4. & 27.
 Tunga Brasiliens. p. 140.
 Tryxalis Moufeti. p. 88.
- V.
- Vermes, *Nomen, Generatio, Natura, Vfus, Differentia.* p. 174.
 arborarii. p. 175. t. 24.
 fruticarii. p. 179.
 Leguminarii & frumentarii. p. 181.
 t. 24.
 farinacei. p. 181.
 Herbarii. p. 182.
 in animalibus nati. p. 183.
 Homine. p. 184. t. 24.
 tubulis nascentes. p. 194. t. 28.
 Vespa, *Nomen, Descriptio, Locus,* p. 29. *Victus,* p. 30. *Ætas, Vfus, Differentia.* p. 31.
 Uva marina. p. 199. t. 26.

F I N I S.

Referenda

Ad paginam 87. Art. III.

In prima tabula omnium maxima est, quæ prima depingitur alis clausis & rursus apertis, à capite ad extremum alvi usq; commensurata longitudine sex digitos explet, extētis verò pedibus digitos decem. Reperitur in nostris collibus nonnunquam inter herbas in locis ferè incultis. Capta acriter mordet, dolorem inferēs haud exiguū. Ova mihi peperit innumera, quæ omnia animari non puto; nam si ita esset, inextinguibilis semper earum esset numerus, omnemq; quotannis segetem absumerent. Volat magis, quàm salit, quamobrem pedes natura dedit anteriores nescio ad quem usum, nisi ad hærendum, cui involat, firmiter tenaciusq; crassiores, cum in cæteris posteriores crassitie præcellere soleant, ut iis insistentes facilius salituræ à terra eleventur. Toto corpore pedibusq; colore vestitur gramineo viridi, alvus tamen nonnihil per intervalla rubet, potissimum in superiori parte. Differt ab aliis non sola magnitudine & ventris crassitie (crassus est autem pollicem) sed & partium quarundam situ & figura. Capite Perlam vulgò nominatam potius quàm locustas, quæ equinum quodammodo caput habent, exprimit. Dorsum gibbosum est, è priorum pedum regione longius, quàm aliis: pedes anteriores, quos diximus posterioribus esse crassiores, è principio ferè pectoris ortum suum habent, in extremo chelis astacorum more insignes subflavis, neutiquam ferratis, sed ipsi inter primum & secundum articulum insigniter ferrati sunt, ut minus horum exemplo Plinium miremur, qui ex Indicis Serras fieri tradidit. Medii sub alis oriuntur, anterioribus breviores, quibus ferè contigui postremi, omnium longissimi. Alæ intus argento resplendent, albo cinereoq; variantes, in extremo virides, viridi includuntur tegmine sive vagina. Antennas è fronte exerit exiles, breviusculas, subflavas.

Ex minimis est tertio loco picta

locusta, dorso ac vagina rubicundis, alvo nigra, luteis Zonis distincta, capite planè equum refert. Antennas habet brevissimas, brevissimosq; pedes anteriores & medios, postremos contrà longissimos lutescentes.

Mediocribus adscribenda est quarta, toto corpore flavescens, tæniis quibusdam fuscis transversalibus, pedes ac potissimum postremi albo nigroq; distinguuntur. Alvus coloris castanei diluti, respersa multis maculis, exiguis, fuscis. Alæ vagina inclusæ ex cæruleo diluto perpulchrè admodum virescunt.

Quinto & sexto loco posita ex maximis est, medium digitum corporis crassitie æquans, palmum ferè longa, capite viridi, nec non toto capite continuato articulo, qui in dorsum deorsum excurrans triangulari cuspidè, squamaceis marginibus cuculli cuiuspiam speciem præbet, medio acclivi, & in acumen surgente supercilio à fronte ad alarum principium, quod ipsum integit, disseptus, in cuius lateribus utrinque lacunæ quadam, seu scrobiculi in longum excavati hinc ab ipso medio gibberæ, illinc exiguo tuberculo constitutæ uti inter montes valles mediæ jacere solent, colore nigro distinctæ spectantur. Ocelli, ut cancri, immobiles, nigri, minimè spherici, sed longiores, quàm latiores. Inter hos medios duæ non ita longæ, nempe digitum tantummodò, antennæ extant; reliquum corpus, nempe pectus latum ac compressum, ac æquabile, alvus novenis coagmentata incisuris, quæ veluti loricarum lamellæ exterius imbricatim sese excipiunt. Petilli item quaterni, nempe antici, & medii coloris cinerei; postici verò longissimi, quibus tanquam remigibus nixa sese vibrans procul salit, versicolores sunt; Femur enim nigris maculis notatur, femur verò viridi & subalbido variat. Tibia ac pediculi instar ferræ dentati, dilute punicea sunt. Alæ media sui parte ultra extremam alvum in longum protenduntur quaternæ. Harum binæ superiores sulco & balio maculosæ. Inferio-

feriores ex fusco argenti splendore micant, ac à volatus officio cessante infecto, minimè ut illæ simplæ sunt, sed decuplo rugarum ordine in se complicatæ, quomodo mantilia extergendis manibus dicata & puero- rum illæ ex charta laternæ viæ duces multiplici plicarum serie sibi mutuò incumbētium componi solent, quas cum ad volatum explicat, in trium digitorum latitudinem distensus est intueri.

Secunda tabula duodecim habet Locustarum diversas species. Prima è majorum genere dorsum habet colore ochræ nigris minutis punctis sive guttulis consperso. Alarum tegmen viridescit, & ejusdem coloris & magnitudinis notatur. Caput, pectus & alvus, item pedes viridi ochro- que variat. Alvus in aduncum aculeū ochræ colore desinit, capite Perlis si- milis est. Antennas habet miræ lon- gitudinis & tenuitatis, rubicundas subrutilas.

Num. 2. locusta capite & antennis Cochleam sive Domipertam æm- ulatur; capite, nisi oculi id proderent, carere videretur. Antennæ crassæ sunt, & crassa quoque admodum fe- mora posteriorum pedum. Alas ha- bet corpore protensiores, undique concolor sibi, color est cinereo fla- vescens.

Num. 3. locusta est è genere vulga- rium, unicolor, viridis, præter anten- nas, quæ lutescunt.

Quarta tricolor Locusta vocari potest, vulgò Frate, hoc est, Mona- chus nominatur, non ob colorum di- versitatem, sed quod cucullata est. Caput, & collum cucullatum est, pec- tus & femora posteriorum pedum sunt viridia. Tibiæ verò eorundem pedum sanguinei planè coloris, cæ- tera omnia cinerea, antennæ exiles, sursum erectæ.

Quinta ex aculeatarum sive cau- datarum genere, ubiq; unicolor, vi- ridis; Num. 6. ex atro cinerea, undiq; sibi concolor est.

Septima *απτερο*, Bruchus dici po- test, færum illius maximæ, quæ primo loco in prima tabula spectatur, esse

puto; Nam etiam gibbosa est, & prio- res pedes è pectoris initio è gibbi seu tuberculi regione producit, & viri- dis est tota.

Num. 8. ea videtur, cujus descri- ptionem supra dedimus ex Autore de natura rerum; nam aculeum habet pro cauda, ut ille loquitur, & tota vi- ridis est, caput equino capiti simile. Tales Hollandi, ut audio, Corenme- sen vocant. Tales ego propriè legiti- mas Locustas esse putem, hanc cum Cyprio ostenderem, Bruchum voca- bat, quod non probo.

Num. 9. ex Atteluborum genere dici potest propter alarum brevitatem. Hæ enim alvo, quæ admodum crassa est, comparatæ inutiles esse vi- dentur, impotentes scilicet eam de terra attollere. Cucullum quoq; ha- bet, eumq; viridem, reliquo toto cor- pore ex viridi, albo, flavo & nigro varia.

Decima insigni ac notabili aculeo sursum reflexo viridi insignis ex vul- garium genere est, sed differens plu- rimum colore. Tota alvo & dorso co- loris est amethystini sive violacei, ro- stro viridi, fronte, cucullo & anten- nis, quæ proceræ sunt ac exiles, colo- ris ochræ, pedibus posterioribus vi- ridibus, alis caret, Bruchus adhuc ac imperfecta Locusta.

Undecimo & postremo numero Locusta seu Attacus cinereus linea in vertice & dorso ferruginea alis ex- terioribus nigro & cinereo variis, eru- ribus postremis in femore interno & infimis tibiis phæniceo suave ruben- tibus, & maculis atris in rubeo colo- re & poplitibus distinctis.

Tertia tabula tredecim habet Lo- custas. Prima etiamnum Bruchus est, ejus generis locustarum, quod ceu maximum primò posuimus; nam & chelas habet in anterioribus pedi- bus, figura corporis, qualem figura ostendit, ubiq; sibi concolor, tota ex cinereo lutescens.

Num. 2. Locusta ex minimorum genere sive Attacus, sive Attelabus, capite, dorso, pectore alisq; & pedi- bus è viridi lutescentibus, alvo nu- niacea, Zonis distincta atris.

Num. 3. Bruchus viridi & atro varius, alvi extremum habet bifurcatū.

Quarto numero datur Bruchus sive ἀκρίδιον ἀπέρρον omnium minimum, totum viride, exceptis pediculis, qui flavescunt.

Num. 5. Papilionis icon est, quam supra dedimus inter Papiliones.

Num. 6. Bruchus est corpore tenui, totus viridis.

Septimo numero ex vulgatis Locustis maximis est aculeo admodum longo, tota viridis, per dorsum verò & alvi Zonas purpurascit.

Num. 8. ex eodem genere, sed minor & alis caret, Bruchus adhuc, supino ventre flavescit, pectore candidat, cætera viridis.

Num. 9. Bruchus est inusitatæ planè formæ albo fermè rotunda, sive sphaerica, assulatim compacta tota ex cinereo fuscescens.

Num. 10. Attacus vel Artelabus haud dubio omnium maximæ Locustæ, capite, pedibus & dorso subflavis, alarum tegmine ad ferrugineum vergente.

Undecima tota ferruginei coloris ex majoribus est.

Num. 12. Bruchus alius totus viridis.

Num. 13. Bruchus viridi, albo & atro varius.

Num. 14. Bruchus viridi, luteo & nigro distinctus.

Num. 1. in quarta tabula est omnium minimus, totus ex flavo ad ferrugineum vergit.

Num. 2. & 3. insolentis admodum formæ Bruchum F. Gregorius Capuccinus Regiensis, rarioribus stirpibus investigandis intentus, in pratis collium nostrorum inventum ad me detulit, ut eum studiosis curiosisque Lectoribus communem facerem. Cum quiescit, ita sedet, quemadmodum prior icon exprimit, incedit verò, progreditur vé, ut in altera ostenditur. Capite cervum vel equum cristatum refert, item cauda, quæ multifida est, sed surrecta. Sub articulis posteriorum pedum tubercula habet sphaerica, corpore toto fusco, luteo & albo variat. Rarissimum est Insectum, & mihi alias nunquam visum vel observatum.

Num. 4. depictum Insectum locustaceum Bruchus quispiam imperfectus totus fuscus est, & exiguo admodum corpore.

Tres istæ separatim pictæ, cum præcedentes tabulæ eas non caperent, ex minimis sunt. Prior alis, corpore toto & anterioribus pedibus coloris cinerei, dorso viridis, pedibus postrema rubicundis; Altera per superna viridis, cætera cinerea.

Postrema tota purpurea.


ADMONITIO ad Bibliopegum quo quævis
Tabula loco suo fit inferenda.

<i>TABVLA</i>	I.	pag. 1.
	II.	p. 25.
	III.	p. 119.
	IV.	p. 41.
	V.	p. 46.
	VI.	p. 56.
	VII.	p. 56.
	VIII.	p. 56.
	IX.	p. 69.
	X.	p. 71.
	XI.	p. 85.
	XII.	p. 78.
	XIII.	p. 88.
	XIV.	p. 95.
	XV.	p. 90.
	XVI.	p. 100.
	XVII.	p. 114.
	XVIII.	p. 131.
	XIX.	p. 142.
	XX.	p. 145.
	XXI.	p. 147.
	XXII.	p. 153.
	XXIII.	p. 171.
	XXIV.	p. 175.
	XXV.	p. 195.
	XXVI.	p. 199.
	XXVII.	p. 188.
	XXVIII.	p. 194.



HISTORIÆ
NATURALIS
De
SERPENTI-
BUS
LIBRI DUO.

JOANNES JONSTONVS MEDICINÆ
DOCTOR CONCINNAVIT.



FRANCOFVRTI ad Mænum,
Ex Bibliopolio Hæredum Merianæorum.

ANNO MDC LIII.

STRENGTH
OF THE

GENERAL
RECORD
OF THE

RECORD
OF THE
GENERAL

PERILLVSTRI ET REVERENDISSIMO
DOMINO, DOMINO

ARNOLDO

DIVINA PROVIDENTIA MO-
NASTERII DVICALIS LIBVSIEN-
SIS ABBATI,

Domino & Patrono suo gratioso,

Hanc de SERPENTIBVS Historiam
Observantiæ ergo offert

*JOANNES JONSTONVS, Medi-
cina Doctör, Zibeniaci Dominus.*



HISTORIÆ NATVRALIS

De

SERPENTIBUS

Liber Primus.

De Serpentibus Vulgaribus, seu Minoribus.

TITVLVS I.

De Serpentibus in genere.

Nomen.
Ambros.
de Serpen-
tib. l. i. c. i.



Serpentis vocabulum, vel à ser-
pendo, quòd occultis accessi-
bus, non occultis passibus, ani-
mal hoc progrediatur; vel à
Græco ἐρπείδα, nisi Festus fallit,
descendit. In genere sumptum, omnia illa,
quæ vel citra usum pedum repunt, vel tam
exiguos habent ut reperere quàm incedere vi-
deantur, complectitur. Dicitur etiã priscis
Serpula, si Festo credendum; alijs *Coluber*, seu
quòd in lubricos tractus flexibus sinuosis
labatur: seu quòd umbras colat, ut apud Vir-
gilium legimus: quanquam alij pro serpente
domestico accipiant; alij pro serpente aque,
ut Theophrastus, Gaza, & Ponzettus su-
mant. Dicitur & *Angris*, quòd semper quasi
angulosus & plicatus conspiciatur: quan-
quam Servius, aquaticis duntaxat hoc no-
men tribuit, alij etiam terrestribus. *Thyrum*
Echydnam & *Draconem* vocari, passim apud au-
thores invenies. Græcis veteribus est ὄφις,
modernis ὄφιδ, sine dubio παραλόφω, seu
quòd acutum cernat; seu quòd oculis aper-
tis dormiat: Hesycho ἄργας, Argivorū Dia-
lecto. Unde Pausanias Mercurium *Argiphon-
tem* dixit, quòd sit ὄφιουλόφος, id est, serpenti-
cida.

Descriptio.

Lacertis valdè sunt similes. *Caput* qui-
busdam leve, grave alijs; quibusdam latum,
angustum, album, nigrum, nonnullis flavum
variegatum. Sunt qui illud tam velociter
in utramq; partem vertunt, ut intuenti bici-
pites vel amphicephali videantur. *Aures* etsi
habeant, non eminent tamen; rectè caver-
nas ad audiendum, Plinius vocavit. Sed nec
meatus narium, *nares* rectè appelles, quòd
non ita explanati sint. *Oculis* sunt duriori-
bus. *Palpebras* superiores non movent, infe-
riore tantùm connivent. *Collo* carent. *Dentes*
pèctinatim coeunt. *Cortice* tanquam pelle

teguntur. *Caudam*, ut in sequentib. agemus,
variã gerunt.

De *Internis partibus* & *Anatomicis* ita habet
Ambrosius. Primitus *caput* serpentis offe
unico tegitur coniretusi figurã, sicuti astruit
Cardanus. Imo in hoc offe oculorum fo-
ramina natura non inculpfit, quod ideò fa-
ctum est, ne facile læderentur, dum humi ser-
punt. *Dentes* habent ferratos, & acutos,
quemadmodum paulò ante in descriptione,
hujus animalis fuit exaratũ. Sed ut notat E-
doardus Wottonus duo sunt in supremã
parte, dextrã, levãque longissimi, tenui fistu-
lã, instar aculei Scorpionum perforati, per
quam postea venenum, datã occasione, eja-
culantur. *Lingua* serpentum tenuis, longa, a-
troque colore referta est; ideoque longius
protrahitur: In summitate verò est bifida, &
secundùm nonnullos pilosa, seu potius exilis
instar pili, ut in capite de lacertis fuit expli-
catum. Plinius linguam serpentum *triful-
cam* vocavit, quã tantã celeritate illam vi-
brant, ut triplicem linguam exerere videan-
tur. Sub linguã in quibusdam cuticula in-
venitur, quã tanquam *vesicula* dentes operit,
in qua venenum occultatur, quod postmo-
dum mordendo per cavitatem dentis com-
municant. *Cor* exiguum longum, & figu-
ram renum repræsens, postremã adhæ-
ret arteriã, & naturã valde calidum est: Ob
hanc causam tradebat Galenus Serpentes
inter cæteros animantes maximã audaciã
esse refertos. *Arteria* est admodum longa,
& juxta os suam trahit originem, ita, ut sub
linguã esse videatur. Imo linguæ quodam-
modo videtur præminere, quã ipsa contra-
hitur, neque eodem loco, ut in cæteris ani-
malibus, permanet. Hæc postea defertur
in *pulmonem* quo angues ad differentiam pi-
scium, utuntur: Quo circa notabat Plinius,
serpentum & piscium omnia esse similia,
præter pulmonem, quem natura serpenti-
bus & non piscibus largita est, cum pisces
loco pulmonis branchias adhibeant. Hic
pulmo

Lib. 2. re-
rum vari-
etat. c. 29.

Lib. 2. de
differ. Ani-
mal.

In libro de
Anatomiã
vivorum 2.

pulmo simplex est fibrosus fistulis divisus, prælongus, fungosus, & cordi non multum proximus. *Lingulam* verò quam Græci ἐμ-
 γλῶττιδα vocant, arteriæ superpositam angu-
 es non habent, sed ipsum meatum, adli-
 bitum, modò contrahunt, modo laxant, id-
 que præstant, ne aliquid in pulmonem dela-
 batur. *Ventriculum* habent serpentes veluti
 amplum intestinum canino similem, nempe
 angustum, & figuræ longæ. *Intestinum* verò
 spiris carens tenue, & longum ad meatum
 usque excrementorum protrahitur. Nam
 interanea serpentum partibus internis la-
 certorum similia sunt, sed viscera, pro-
 pter longitudinem, & angustiam cor-
 poris ita longa & arcta sunt, ut vix à se in-
 vicem dignosci possint. *Iecur* igitur longum
 est, & simplex, *lien* exiguus, & rotundus qua-
 lia viscera etiam in lacertis observavimus.
Fel præter natricem, in omnibus serpenti-
 bus, intestinis adhæret, & nigro quodam, li-
 quidoque excremento referum est, sicuti
 in vipera fœmina nuper conspicati sumus.
 Hoc excrementum, in comparatione ad
 corporaturam animalis, est valde copio-
 sum, Quare meritò tradebat Plinius, ser-
 pentes, nec non pisces copioso fellis excre-
 mento redundare. *Vesicâ*, & *renibus* serpentes
 carere norat Aristoteles, veluti, & alia, quæ
 pennis, squamis, & cortice integuntur,
 præter testudinem. Hoc autem inde nasci-
 tur, ut autore Vincentio in speculo naturali
 visum, quia humiditas anguim, sicut & avi-
 um pauca est; ideoque in squamas, quoad
 serpentes, & in pennas quoad aves degenerat.
 Amplius vim fœtificam natura his ani-
 malibus velut, & piscibus impertita est, cum
 pene, & testibus careant. Scripsit n. Aristo-
 teles, eos pene carere, cum non habeant crura,
 nã hic à cruribus originẽ habere dicitur. *Testes*
 verò propter corporis longitudinem non
 sunt sortiti, sed meatum, more piscium ob-
 tinerunt: quandoquidem propter longum
 iter genitura facile refrigeraretur, & infæ-
 cunda evaderet. Hoc sæpe iis contingere
 solet, qui longo pene à naturâ sunt donati,
 quamobrem infæcundi redduntur; cum se-
 men ob mentulæ longitudinem refrigeratum
 infæcunditatem pariat. Verum loco
 prædictarum partium genitalium, natura his
 animantibus *binos* communicavit *meatus*,
 qui à septo orientes latus spinæ ab utrâque
 parte perreptant, & utrinque superne juxta
 spinam junguntur, atque ita ad os excre-
 menti finiunt. Hi meatus, tempore con-
 gressus, humoris fœtifici pleni conspiciuntur,
 attrituque mutuo candidum semen effluit,
 quemadmodum in historijs piscium fuit
 memoratum. *Mamma* in anguibus non ob-
 servantur, quia lac non habent, cum in ovo
 lacteus ille cibus ingenuus contineatur.
Vulva seu uterus ex sententiâ Aristotelis in

omnibus serpentibus bifidus videtur proli-
 xior, ab uno inferiori meatu ad utrumque
 spinæ latus deductus, in quo ova generan-
 tur; indeque continuâ quadam serie exire
 solent. Circa ossa anguim docet Aristote-
 les hæc esse naturæ spinarum: quare spina
 dorsi illis, ritu piscium, inest. *Vertebrae* carti-
 laginosæ, & flexiles sunt, sicuti natura horum
 animalium exoptulabat; Nimirum ut quos-
 cunque motus, & corporis flexiones facilius
 exercere possent. Tot *costæ* insunt anguib⁹,
 quot dies mensem complere solent: Unde
 Plinius in singulis anguib⁹ costas tricenas
 enumerabat. Caterum in confirmationem
 eorum, quæ hætenus de anatome Serpen-
 tium explicata sunt, addemus illa, quæ de inspe-
 ctione anatomicâ hujus animalis observavit
 Io. Gregorius Macer, qui scribens ad Gesne-
 rum retulit, se in serpente interfecto primò
 inter cutem, & carnem, subtilem quandam
 & pingviusculam membranam invenisse,
 quæ tamen cum ipsa cute descendebat. Se-
 cundò dum scindens animal ad meatum ex-
 crementorum pervenisset, fæces gravissimo
 odore excrementa humana superantes in-
 vitus olfecit. Detectâ cute, membra inter-
 na partim avibus, partim piscibus commu-
 nia esse vidit. Nam trachea arteria longitu-
 dine quatuor digitorum, parvis, & gracili-
 bus circulis insignita ad pulmonem usque
 descendebat, cui cor, & cistis fellis adhære-
 bat. Postea *Iecur* ad instar hepatis Lucij pis-
 cis in longitudinem extendebatur. Deinde
 pinguedine candida intestina erant referta,
 quæ à faucibus usque ad podicem more in-
 testinorum piscium progrediebantur. Infra
 hepar utrinque juxta intestina vera nervosa
 longo ductu descendebat, cui ova pellicu-
 culis albis rectâ inhærebant, ut in gallinis
 videre licet, sed situ distincta, quia longo or-
 dine ducuntur. Numerus in quolibet la-
 tere erat triginta, & duorum ovorum, qua-
 mobrem ratione cordis, pulmonis, & asperæ
 arteriæ serpens avibus valde assimilatur.
 Ratione hepatis intestinorum & abdominis
 Serpens cum piscibus convenit. Verum
 postea ratione cistis fellis, & dispositionis
 ovorum, Serpens ab utrisque nempe tam
 ab avibus quàm à piscibus dissidet. Hacten-
 us Ambrosinus.

Nullos esse in Ebuso insula prodidit Pli-
 nius, in Creta Aristoteles & Solinus; in Bri-
 tannia Cardanus; in Laponia, alij. In Hi-
 berniam allatos interire, imò terrâ illius re-
 gni conspersos, exanimari, Angli prodidit.
 Navibus in Bugum fluvium delati, edito sibi
 loco aliò confugiunt, si scriptoribus Polonicis
 fides. Bellonius tamen nonnullas in Creta
 species observavit: rationes verò Cardani
 de Britannia, à Scaligero confutatae sunt.
 Frequentes sunt in Ophiusa, Melitæa, Thes-
 salia, Apulia, Arabia, Numidia, Æthiopiâ,
 Lib. 3. de part. An. cap. 9.
 Plin. H. N. l. 11. c. 37.
 Loc. Plin. H. N. l. 35. cap. 19.
 Cardan.
 Bellon. obs.
 Scalig.

Lib. 20. c. 3.

Lib. 1. de gen. Anim. cap. 5.

- Septentrionalibus regionibus, Helvetia, & Italia. *Ophiusam* seu Colubriam ob serpentum copiam inhabitabilem factam Plinius refert. *Melitam*, in qua terra *Gratia S. Pauli* dicta nascitur, eorundem fecundissimam notum. *Theffalia* in tantum abundat, ut nisi à Ciconijs vorarentur, incolas sedibus pellerent. Oppidi *S. viti* in monte *Apulia* Gargano cives, aliò migrare coegerunt, ut apud *Leandrum* legimus. In *Arabia* circa thuriferas arbores versantur: inde in *Ægyptum* avolant. In *Numidia* moribus eorum venenosis plurimi quotannis moriuntur. In *Æthiopia*, si *Pierio* credendum in gyrum invicem volvuntur, ut montis speciem intuentibus præsentent. In *Africa* agricolæ præaltas induunt ocreas, ne à serpentibus qui ibi copiosi appetantur. In *Indijs* sunt maximi. In *Septentrionalibus regionibus* per campos & sylvas vagantur. In *Lombardia* & agro *Ferrariensi* multas inveniri species, *Scaliger* auctor est. *Celsus* minus ibi venenatos tradit. Maximè verò caulas, casas rusticas, cavernas, prata, sylvas cæduas, & arbores amant. *Ælianus* sanè circa paludem sitam juxta *Ephesiam* metropolin, cavernam serpentibus plenam inveniri narrat. Apud *Septentrionales*, in cavatis betulæ radicibus resident, & hyematalem juxta radices calorem efflant, ut arbor folia non deponat. In terra etiam *trophæa* latibula parant. De *Vlmo* inter *Brachianum* & *Romam*, in qua serpentes stabulantur, ita *Kircherus*. Ab his montis spiraculis deorsum versus quindecim ferè passuum spatio descenditibus, occurrit ulmus, arbor sat eminus spectabilis, sub quâ specus, seu caverna quædam, vulgo *la Grotta delli Serpi*, duorum hominum capax, fistulosis quibusdam foraminibus in cribri formam perforata cernitur, ex quibus ingens quædam principio *Veris* diversicolorum serpentum, nulla tamen, ut dicitur, singulari veneni qualitate imbutorum, progenies quotannis pullulare solet. In hac spelunca *Elephantiacos*, *leprosos*, *paralyticos*, *arthriticos*, *podagricos*, similibusque desperatis membrorum affectionibus laborantes nudos exponere solent, qui mox halituum subterraneorum calore in sudorem resoluti, serpentum propullulantium totum corpus infirmi implicantium suctuque linctuque, ita omni vitioso virulentoque humore privari dicuntur, ut repetito hoc per aliquod tempus medicamento, tandè perfectæ sanitati restituantur. De hac spelunca cum varia à varijs inaudissem, & jam dudum ingens me rei tam prodigiosæ veritatem exactè & κατὰ τὴν ἀποψιδὸν examinandi invasisset desiderium, tandem cum hoc anno 1640. 8. die Decemb. eas oras in negotio quodam *Geodætico* pervagarer, tam insignem veritatis indagandæ occasionem minimè negligendâ ratus sum: conducto itaque non viarum duntaxat, sed & naturæ montis perito duce, speluncam per avia & devia non sine periculo adij, & quæ de situ montis, de spiraculis sive evaporario, de cavernâ & serpentibus inaudieram, omnia vera esse cognovi, speluncam ingressus, eam utcunque calidam inveni, at serpentes non vidi, ut pote eo tempore latitantes, spolijs tamen & exuvijs eorum ulmus paulo antè memorata ita onerabatur, ut *staphylo dendrum*, *coluteam*, seu *vesicariam* folliculis refertam dixisses, quæ serpentium, quorum mons scatet, geminimiluculentum præbebant testimonium, imo auribus ad meatuum orificia applicatis, nescio quod obtusum murmur, aut quis sibilosus strepitus, si non aëris cum halitibus inclusis luctæ certe latentium angvium manifestum signum percipiebatur, & c. πᾶμφαγοί, sunt *Aristoteli*, & herbis quoque victitant. Pulverem comedere ex sacris quidam *Vitæ* concludunt: nec negandum, dulci glebâ *Arist. H. A.* delectari. In *Africa* oniscis: in *Oriente*, teste *l. 8. c. 4.* *Vitriaco*, pipere albo nutriuntur. Exiguo interdum contentos cibo, & inediâ benè tolerare, vel circulatores norunt, qui angves in capsulis, modico furfure pastos circumferunt. Hyeme sub cervicali, vel ad ignem, ad ver usque vitam protrahunt. *Ambrosinus* in vasculo per sex menses sine cibo conservavit. *Aristoteles*, devorato aliquo animalculo, totam ab eo nutritivam substantiam extrahere, reliquum per secessum excutere scripsit. Dum vorant ex longis brevissimi, & extenuibus latissimi fiunt, ut quod deglutivere, melius in ventrem delabatur. Avibus devoratis, plumas & ossa evomunt. In regione *Senegæ* pullis psittacorum insidiantur. Vino, lacte, aquâ, & o- *Arist. H. A.* vorum vitellis delectantur. Hæc quidam ab *l. 8. c. 4.* ijs deglutiri tradunt, si faucibus capiunt, mox ab ipsis in semet convolutis frangi, & cortices per inferiora dejici. Juniores orbe spiræ perstringunt; & fracto putamine, liquorem hauriunt. Vini incontinentes esse *Aristoteli* proditum. Ideò quidam vino circa sepes apposito, viperas venantur. Temperamento quibusdam sunt frigidi, calidi quibusdam. Illis *Galenus* inprimis, his *Avicenna* favet.
- De *Generatione* serpentum duo occurrunt, Unde orti sint, & quomodo generent. De *Ortu* variæ sententiæ. Quidam Poëtæ ex sanguine *Titanum* à *Saturno* & *Opi* occisorum produisse fabulantur. Alij ex guttis *Ovid. Met.* capitis *Medusæ* sanguineis: Nonnulli ex putredine terræ, ex qua magnus ille serpens *Python* prodit. Nec absolum hoc. Nam *Metam. l. 1* & *Nervi* *Scythiæ* populi ob natos ex terra serpentes, paulò ante *Darij* expeditionem *Herodot.* solum mutare coacti sunt, *Herodoto* teste: *l. 4.* & *Amyclas*, *Italiæ* inter *Terracinam* & *Cajetam*

Plin. H. N. communem vitam degunt: cum *Cattis*, quia
l. 16. c. 34. aliquando secum colludere visi sunt. *Hederam* serpentum frigori gratissimā, ut mirum sit ullum honorem habitum ei. *Feniculo* degustato, senectutem facilius exuunt: & succo oculorum aciem, in latibulis ferè amissam, recipiunt. Circa *sabinam* semper observantur.

Natura & Mores. *Naturam & Mores* sequentia expriment. Terra serpentes homine percusso non amplius recipit, p̄nasque etiam inertium nomine exigit; venenum secundum quosdam, in cauda habent, quod in vesicam ori vicinam deducatur; quæ, priore etiam ejecto, intra diei naturalis spacium alio impleatur.

Arist. H. A. Quatuor frigidissimis mensibus latent, nec
l. 2. 8. c. 15. quicquam comedunt, imbecilli tum ad eò veneno, ut impunè tractentur: Urgente caniculā ad eò æstuant, ut nunquam ferè quiescant: Plinius, cum sol est in cancro, torqueri dixit. Vere, dum è latebris prodeunt, exuvias deponunt; quas quidam *syp̄har*, alij *senium*, *γῆρας*, nonnulli ad Plinij mentem, *l. 5. c. 17.* vernationem vocant. Incipiunt à capite ut *l. 8. c. 17.* quasi, à decidentibus obæcentur: diei naturalis spacio devolvuntur ad caudam, totūque aufertur spoliū, ut Aristoteles prodidit, prout factus membranarum involucris liberantur. Degustato feniculo in hominis conspectum prodeunt. Genuina ne hæc pellis, an ex mucō & sordibus per hyemem contractum spoliū, ad Disquisitionem causarum pertinet. Diuturnioris etiam sunt vitæ, seu quòd exuvias deponant, fuit quod parci sint cibi, seu in comparatione ad alias bestias. Diei noctem pervigilem conjungere, dum apertis oculis somnum capiunt, alij prodiderunt. Prudentia in eo notatur à quibusdam, quod totum corpus periculo exponant, ut caput illæsum fervent. Illud faciliè pristinæ sanitati vulneratum redditur; hoc attactō, moriuntur faciliè. Arundine percussi, mortuorum instar jacent: si frequenti ictu petieris totis viribus mordere conantur. Stercus serpentum benè olere, faciliè concedi potest, si verum est, inter Calcutum & Cranganon inventi, qui ab Ore suavissimum & mosci instar spirent odorem.

Venenum. Huc *veneni* consideratio spectat. In cythri fellis istud, secundum Plinium, residet; in vesicā quadam sub lingua, qua disrupta liquor quidam biliosus emanat & corpus inficit, secundum Grevinum. *Tot eorum venena quot genera, tot pernicies quot species, tot dolores quot colores*, Isidorus dixit. Diversa tamen operatio. Mares fæminis, senes junioribus, magni parvis, jejuni saturis, omnes, æstate quàm hyeme, sūt perniciosiores. Deposito senio magis formidolosi feruntur. An aliquando veneno careant, disquiritur. Præ dolore ob amissum disrupti, quæ Vin-

centij mens est, falsum. Breviore an diuturniore temporis spacio icti intereant, partim veneno, læso partim, adscribi debet. In Indiis Orientalibus fues vel canes à quibusdam admorsī, sex duntaxat horis supervivunt: homines diem naturalem: remedijs liberati, periculo vacant si postea admorsī fuerint. Alibi, vel ipse halitus prætereuntes interimit. Quendam interiisse, cum se in aqua lignis propè serpentis cavernam excalectis, lavasset, Ponzettus author est. Scaliger Parvicinum quendam, non procul Dertonâ, serpente, in venatione hasta occiso, mortuum, prodit. Mathiolus in agro Tridentino vaccarum custodem in periculo, & in ortu paratum, nisi theriacā & alijs refocillatis fuisset. Habet & locus aliquid. Ferociores ijs qui in plano montani, qui inter Arabica balsameta minus nocere creduntur. Vulnere inflicto, stupet primò æger; mox vulnere dolore afficitur, color mutatur, inflammatur, rubet, livet, nigricat, & æger totus ardet. De Remedijs multa habentur. Vulcani in Lemno antistes, Umbro de gente Marubiorum apud Virgilium, Atyr apud Silium Italicum, virtutem Serpentum morsus sanandi possidere credebantur. Mira de Psyllis Lybicis Ælianus. Non valdè si doluissent puncti, solâ Saliva sanasse: ubi dolore premebantur, colluto aquâ ore, bibendam tanquam salutarem dedisse: si nec hoc juvisset, aceubasse ægro, & corporis sui contactu, infregisse venenum. Certiora remedia sunt, quæ aliunde sumuntur. Laudatur, capræ nigra lac, si locum affectum eo foveris. Puella quædam caseo capræ recenti ulceri imposito sanata est. Medullâ cervi perlinitus, ab eodem optimè defenditur. Vegetius in jumentis demorsis, stercore suillo recente utitur. Dioscorides fimum bubulum vehementer commendat. Quid si ipsemet serpens suos ictus sanet? Herbarum huc facientium catalogū, apud Ambrosinum vide, Maphæum si sequimur, sunt in India arbores Copaiba dictæ, balsamum fundentes, quo læsi à serpentibus sanantur. Idem arbores ex nucum genere, si Plinio fides, faciunt: nec non in Græcia frutex, Epipactis nominatus, alij Embolinem vocarunt. Ex *Compositis*, Theriaca Andromachi intra, extra, Confectio Hermetis, Emplastrum Epigonum, Oleum scorpionum, & divinum, de quibus Ambrosinus, laudantur.

Vsu in Cibis. Vescabantur ijs olim, Troglodytæ, & Æthiopes, si Herodoto credimus; Candæi, qui & Ophiophagi inde, si Plinio; Arabes, si Solino. In Brasilia, carnem quorundam, qui brachij humani crassitudine, concidunt, & inter apparatus reponunt. In Cuba, inter regios apparatus censentur. Ova comesta per murænam redduntur innoxia. In Medicinâ magni sunt usus. Totum si spectes, Medicinâ.

Ambros. de Serpent.

P. 40.

Scalig. Exerc.

Mathiol. in Dioscorid.

VVotton de Diff. animal. l. 6.

Veneri remedia.

Ælians. H. A. l. 16. c. 28.

Maphæus Hist. Indic. l. 2.

Plin. H. N. l. 27. c. 11.

Vsu in Cibis Herodot. Hist. l. 4.

Ælian. H. A. l. 9. c. 44.

Plin. H. N. l. 6. c. 29.

Ælian. H. A. l. 11. c. 34.

Res, capite & caudâ trûcatis, interaneis abjectis, deglubiti, carne benè lotâ, & cû vino coctâ, jure aromatib. condito, in leprâ cõmendantur. Suffitu inveterati in mensib. provocandis Plinius utitur. Quidâ cû florib. herbæ paralyfis in oleo ad podagrâ decoquunt. Cinis cõbusti in fistulis sanandis vehementer cõmendatur. Baculus quo rana ab angve excussa est, parturiçtes adjuvat. Quantû *ad partes*, Oculû dextrû utiliter ad epiphoras alligari, dũmodo serpens dimittatur, Plinius alibi, author est. *Cor* si mordeatur aut alligetur, in odontalgia efficax perhibetur. *Iecur* qui degustaverit, si credere fas est, à nullo serpente tangetur. *Fel* tosti Paulo Veneto, demorsos, à cane rabido sanat; parturientes, degustatû, felicissimè juvat; & hæmorrhoidibus illitum opitulatur. De *sanguine*, ex lib. in nominati, prodit Ambrosinus, pallida prælabia rubicunda reddere, faciej inunctum ab omni macula servare; dentibus illitum gingivarum fætorem auferre. *Pinguedinem* alijs ad luem veneream curandam Matthiolus admiscet: eadè, cû butyro majalilento igne coctâ & percolata, ad paralyfin & podagrâ conservatur. Pessis ad sterilitatè tollendâ, cû felle tauri, Hippocrates miscet. *Carnes* ad extergendam cutim humanam valere, Porta perſuadere conatur. Abensina in lepra easdè inhumat donec vermes enascantur: mox cum his exsiccat, & drachmam pulverizatai ù cû syrupo de melle leprosis exhibet. Tagautius, strumis & elephantiasiijsdè medetur: Porta vulneribus & nervis incisiss quod dissecti brevi tēporis spaciõ coalescât. *Spoliũ* insigniũ virium esse credidere antiqui. Ad casum pilõrum cõducere, ait Galenus; ad claritatem oculorũ, si eodè fricentur, Plinius: ad odontalgiam in aceto decoctum, & dentes eradicandos ijdè. Aurium dolori, seu in vino seu in oleo, coctũ, prodesse Dioscorides & Theophrastus; cum capitib. papaveris Archigenes. *Sffumentum* partus difficultates solvit. Exsententia Plinij, lûbis parturientis alligari debet. Villanovanus suffitu ex eodè, cum opopanace, myrrha, galbano, Castoreo, stercore columbino vel accipitris factõ, fætum mortuum & vivum educit.

Olim ijsdem in puniendis parricidis utebantur. *Ægyptii* in foveam serpentib. plenã eos conjiciebant: Romani, culeo, cum simia, gallo gallinaceo & serpente insutos, in mare projiciebãt. In India, teste Linschotano, à circulatorib. circũferũtur, qui eosdè ad instrumenti musici sonum tripudiare cogunt. Annibal, injectâ magnâ vi serpentum fistilibus inclusorũ in Romanorũ classẽ, effecit, ut Antiochus victoriam reportaret. *A dipe* veterinarij ad equor. stranguriam utuntur: aucupes *carnib.* ut aves citius pennas mutant. Albertus multa ex partibus, sed nugatoria, cõficit, quæ apud Ambrosinum vide. *Ovum* quidam eques corã Claudio litigaturus, spe vin-

cendi gestabat: deprehensus, tanquam veneficus, interfectus fuit. *Senecam* tanquã amuletũ, in arinillis quidam ligare solebãt. Cardanus ad nescio quæ non, in certis constellationib. adhibet. Plinius cum sale, & serpillõ tritam bob. in fauces, uvâ maturescente injicit, ut per totũ anni curriculũ valeãt. Wottonus in armarijs & cistis reponit, ut vestes à tineis immunes servet. Alij ejus pulverem inspergunt, ut apes ad alvearia revertantur.

Differentiæ serpentum multæ sunt, *Primarias* ad sequens caput rejicimus, *secundarias*, à *quantitate, colore, loco, odore, noxa, aspectu, & aliiis accidentibus* sumuntur. De *quantitate* nota, Marem fæminâ semper minorem. In plagâ septentrionali, ineunte æstate, parvos reperiri, qui regem cristatum habeant, eodemq; occiso dissipentur. In Thessalia parvũ & *hirsutum*, si Belluacensi fides, quem *Incolæ sacrũ* vocent, aliũ, solâ voce animalia interimere. In India quoq; magnitudine alijs longè inferiores, *πικίλας ἢ χρῶαν versicolores*, & *ὠσπερὸν Φαρμάκων καὶ ἀγορᾶ Φένιαις*, quasi pigmentis distinctos. Alibi maximi sunt. Megalithones scribit, *verba sunt Plinij*, in India serpentes in tantam magnitudinem adolefcere, ut solidos hauriant cervostaurusq; Metrodorus, circa Rhyndacum amnem, in Ponto, ut supervolantes quamvis altè perniciterq; alites haustu raptas absorbeant. Nota est in Punicis bellis, ad flumen Bagra dam, (nunc Megerada) à Regulo Imperatore balistis, tormentisque ut oppidum aliquod, expugnata serpens, C. XX. pedum longitudinis. Pellis ejus maxillæq; usque ad bellum Numantinum duravere Romæ in templo. Huc *Seneca* respexit se videtur, dum scribit, Lenis & privata pernicies non solas urbes movet. Quod latè furere capit, & omnes appetit, undique configitur. Serpentes parvulæ fallunt, nec publicè consequuntur; ubi aliqua solitam mensuram transiit, & in monstrum excrevit, ubi fontes potu infecit, & si afflavit, deurit, obteritque, quacunq; incescit, balistis peritur. Circa mare rubrum longitudine XL. cubitorum, crassitie eidem proportionata olim observati sunt. In loco quodam Macra, visus, qui jugerilõgitudinem æquaret, crassitie, si credere fas est tantâ, ut equites ex utraque parte adstantes, seipsos intueri non possent. Posidonius id retulit. Porus Indorum Rex ad Augustum decem Cubitor. misit. In Malaber octonum pedum inveniuntur, puerorum amatores. Iacentes angvilinâ esse facie dicuntur; surgentes, eam adedò dilatant, ut ad humanam effigiem propius accedere videantur. Novem pedum pellem apud Clusium invenies. Tantam & Ambrosinus apud magnum Hetruriz Ducem vidit. Ideò non inepte forte Gillius scripsit, suum magnitudinem Calecuti æquare: cum præsertim edicto regio, ne occidantur cau-

M. Paulus Venetus l. 2. c. 40. Ambrosin. de serpent. l. 1. c. 1.

Porta Phytogn. l. 5. c. 12.

Tagaut. l. 1. Insit. Chirurg. Porta Phytogn. l. 5. c. 12. Galen. Euporist. l. 2. c. 1. II. de simpl. medic. Dioscor. M. M. l. 2. c. 17.

Plin. H. N. l. 28. c. 1. l. 29. c. 6. l. 30. c. 7. Vfus in varijs.

Egnat. ver. histor. l. 6.

Sueton. in Histor. l. 6.

Differentiæ.

Belluacens. Speculi. l. 20. c. 11. Elian. H. A. l. 17. c. 2. Plin. H. N. l. 8. c. 14.

Valer. Max. l. 1. c. ult.

Seneca de Clement. l. 1. c. 25.

Elian. H. A. l. 17. c. 1.

Strabo Geog. gr. l. 15.

tum sit. Circa fluvium Senegæ capras, alibi cervos devorare dicuntur. *Colorem* si spectes, in septentrionalibus regionibus variegati vagantur.

Elia. H. In India, si *Elia* num sequimur, vittis à capite

A. l. 17. c. 2. ad caudam pertinentibus, alijs greis, alijs aureis & argenteis conspicui sunt. Thevetus quosdam rubescetes, cum squamis versicoloribus, alios instar foliorum lauri virides facit. Hujus coloris & apud Valesianos inveniuntur.

Arist. H. A. Hefychius *Sauritas* vocat. A loco sunt aquatici,

l. 2. c. 14. terrestres, quorum alij montosis, alij planis, alij quercetis, alij latibulis circa fagos, & corylos delectantur, & amphibij. Observavit

Bellonius circa Abydenum portum genus quoddam, rubore in leucophæo refulgens,

quod interdum in mari vivebat, noctu continentem, quietis causam, petebat. *Olorus* ratione sunt quidam ex ijs molcati, ut serpens *Æsculapij*,

& *Cusso* cypriorum, capite magno, & corpore exoffe. Integrum agnū devorat; hoc

absumpto, ad arbore se tam diu fricat, donec ossa excusserit. *Noxam* si attendas, in Hispaniola innocui versantur; circa regiam Peruanam Cusco, incantationibus ligati, nihil damni,

postquam ferè integrum exercitum delevisent, inferunt. Inter hos Nicander *Moluros* reponit, *Aspectu* sunt vario. Alij habent oculos prægrandes, ut Lybici; alij parvos & locustis similes: nonnulli sanguineos & luteo colore suffusos. Ad *accidentia* pertinet, quod quidam sunt ore acuto, quidam vasto. Nonnulli cono tanquam crista in vertice superbiant: nonnulli cornua habeant; quidam denique alas. Huc pertinet monstrum, qualis unus biceps, in Musæo Bononiensi videndus, alter latissimi corporis, & compressam caudam, quorum icones damus.

Ambrosin. de serp. p. 6

TITVLVS II.

De Serpentibus in specie.

CAPVT I.

De Serpentibus terrestribus.

ARTICVLVS I.

De Vipera.

Primaria ferè Serpentum Differentia est, in quantum in *Terrestres* & *Aquaticos* & *Dubios* distinguuntur. *Terrestres* sunt, *Vipera*, *Ammodites*, *Cerastes*, *Hamorrhoeus*, *Seps*, *Aspis*, *Dipsas*, *Scytale* & *Amphisbæna*, *Cacilia* *Cæchrus*, *Acotia* *Dryinus*, *Elaps* & *Anguis* *Æsculapij*. His *Indicos* adde.

Ambrosin. de serpent. l. 1. c. 2. *Viperam* quidam ab eo quod vi pariat, nomen fortitam putant: quasi à fætu exeunte, alvus matris laceretur: alij, & quidem verissimè, quasi viviparam, & per contractionem *viparam* & *viperam*, quod ova intra alvum concipiat, deinde fætu vivum enitatur. Græcis est aliquando per excellentiam *ὄφις*, ut in Oppiano animal mad vertere est, communiter *ὄφις*, mas, & *ὄφιδνα* femina, *πύλα τὸ ἔχειν ἐν ἀλφίῳ γωνίῳ ἀγρίθαι*, quod ad interitum usque fætu contineat, cui fabulæ apud veteres fides data; vel *πύλα τὸ ἔχειν ἐν ἀλφίῳ ζῶον*, quod animal intra alvum contineat, quod verissimè. Hodierni Græci Echendras, teste Bellonio, nominant. Itali

Aristot. l. 1. de generat. Animal. c. 10.

Maraffos. An rectè, alibi disquiretur. Sveslanus *Scorzonem* vocat: Nicolaus Florentinus Scorzonem; quod vocabulū, apud Italos, omnibus serpentibus commune est. Arabes *Thyri* vocabulū ipsis imponunt. Unde Andromachus viperinos pastillos, ferinos appellavit, à Græco *θύρι* seu *θύριον*. *Nepam* non esse, certum.

Serpens est venenosus longitudine cubitali, sæpè prolixiore, colore subflavo, pluribus maculis consperso, *Mari* caput angustum & acutū, collum crassius, corpus tenuius. *Cauda* ritu aliorum serpentū gracilescit, non tam acervatim ut fæminæ. Squamis circa extremitatē asperioribus tegitur, quas ira percita erigit. *Meatus* excrementorum in cauda est ventri propinquior. Canini *dentes* duo, fæminis plures. *Galenus*, fæminas subflavi coloris, admodū agiles, collū maximè porrigentes, oculis subrubetibus, inverecūdis, & ferini intuitus facit. *Aëtius*, multis notis instar rotarū exornatas; magnitudine Cubitali caudam acervatim in tenuitatem desinente, alvo sinuosiore, & quæ caudæ innixa gradiatur. *Cardanū* si sequamur, erit præstantissimis viperis caput latum, erectum, & cavū, figuram rhombi, oculi vivaces, breve corpus, & ad motū alacre. *Amatus Lusitanus* in Hispaniâ cubitalē esse scribit, capite presso & acuto in quo verruca conspicitur, dorso veluti quadam catenam depicto.

Descriptio.

Anatomica ipsius Ambrosini verbis exquemur. Sic autè ille. In dissectione viperini capitis *cerebrum* subnigri coloris conspicitur, & ad eodè pusillum, ut vix quantitatē quatuor granorum milij adæquet. propterea hoc animal à quibusdam calidū, & siccū esse esse creditur: 117.

quod immodicus calor cordis à frigiditate cerebri temperari nequeat. *Auriculis* viperæ carēt, sed earum loco quasdam cavernas habet: Etenim Plinius tradidit animalibus fætu vivū parientibus, aures inesse eminetes, exceptis cartilagineis, vitulo marino, Delphino & viperis quæ quibusdam foraminibus pro auribus, utuntur. Quoad *dentes*, Gesnerus tradit quosdam viperinū caput secantes, quatuor oblongos dentes in superiori mandibulâ spectasse; cum alij dentes talem superioris quàm inferioris maxillæ, ob parvitatē, non appareant, sed maxillam acutè fricando asperitatem, & stridorem percipisse; Hos pusillos dentes, tam in vivis, quam in mortuis viperis, nisi auferatur *vescicula*, in qua conduntur, nemo unquam intueri poterit. Baldus Angelus Abbatius quatuor dentes caninos tam mari, quam fæminæ viperæ attribuit, cum hoc tamen discrimine, ut mas duos habeat deciduos. Ideoque non admirandum esse putat, si interdum maris dentes duos tantummodo esse conspiciamus. Quamobrem Authores Nicandrum secutos procul dubio hallucinari statuit, quando pronunciat, demorsos à viperâ mare, duo tantum ulcuscula, & à fæminâ quatuor reportare: cum duos dentes maribus, & quatuor fæminis semper inesse crediderint. Et tamen


Galen. de Theriaca ad Pisosic.

Anatomica Ambrosin. Histor.


Serpent. l. 1. c. 2. pag.

117.


Vipera Mas





Vipera Fæminina



Ammodytes



Serpens Biceps



men vipera mas, antequam illi duo dentes cadant, quatuor etiam vulneribus possit patientes afficere. Hæc autem sententia si sit vera nec ne, indiget animadversione; quandoquidem nostri circulatores viperas quotidie pertractantes, duos tantum dentes tam in mare, quam in sæminâ se observasse referunt. Nos igitur decocto viperæ capite, & carne diligenter à craneo separata, duplex dentium genus conspicati & sumus: unum, quo hæc bestia se tuetur, & mordendo venenat; alterum quo ad mordendum utitur. Hi autem sunt dentes quatuor supra triginta ab Antiquis non descripti: cum in gingivis occultati non appareant. Horum a. talis est ordo; nam præter quatuor caninos nominatos, duodecim in superioribus maxillis, nimirum sex in utroque latere conspiciuntur; suntque ad instar ferre versus gulam, & aliquanto majores dentibus armantibus. inferiores maxillas. Inferiores dentes sunt viginti duo, nempe undecim in quolibet latere, quo circa quando auctores memorant vulnera à dentibus viperinis inflata, eos de caninis dentibus verba facere opinamur; Cum cæteri dentes horum animalium illis ignoti fuerint. Quandoquidem veteres, harum ferarum caninos tantummodo dentes, descripserunt, quos vidimus perforatos, & vesicula veneno plena munitos, quæ novo toxico quotidie repletur, dum primum in ictu consumptum fuerit. Etenim quemadmodum in singulis animalibus aliqua semper generantur excrementa, quæ per partem determinatam extra corpus trudentur: Ita etiam viperæ venenosum excrementum per dentes evacuant, dum se defendentes, mordendo cætera animalia venenant. Hoc etiam præstat scorpio, qui in caudâ aculeum perforatum instar dentium anteriorum viperæ possidet, & sub aculeo habet vesicam veneno plenam, quod punctis animalibus communicat. Neque mirandum est viperas caninis dentibus ad tutelam tantum sibi met à naturâ comparasse: siquidem accidit idem pisci pistrici rostrum hinc inde dentatum possidenti, quos dentes huic animanti non nisi ad tutelam naturam impertita est. Quod autem nostri viperarum venatores pronunciant, se tam in mare, quam in sæminâ duos tantum dentes conspicatos fuisse, inde natum esse credimus: quoniam cæteri in gingivis latentes non videntur: deinde hoc genus hominum tanquam rude, & imperitum nunquam anatomen harum bestiarum exercuit. Pulmo in viperis veluti vesicula oblonga membranosa, varijsq; meatibus plena, & aëre turgens observatur. Item cor grandiusculum apparet, & mobile in pericardio; hocq; quando animal alexipharmaco necatur cõcitatus movetur, quâ si ferro interimeretur, ob repugnantiam alexipharmaci ad venenum. Iecur est oblongum venâ admodum crassa per medium per-

currente, quæ dimanans à corde ad extremâ usq; caudâ serpentis progreditur. Ibi etiam visuntur *vena* seu *arteria*, quæ à corde & hepate ad gingivas, s. vesiculas dentium ascendant; cum in *vesicâ felleâ* tanquam in propriâ lacuna contineatur hæc materia venenosa, quæ inde ad dentes defertur. Possumus a. necessariò attestari hanc venenosam materiam in cysti fellis residere, quoniam neq; hepar, neq; cor, neque sanguis viperæ venenû participât. *Ventriculus* sub jecore latitat, cui *oesophagus* adhæret cum asperâ arteriâ ad pulmones usque descendente. *Splen* colo intestino annectitur. *Colon* flexuosum est, & in latere sinistro terminatur. *Rectum* a. intestinum à fundo ventriculi dimanare videtur.

Et tantum de viperæ anatomiâ Ambrosii Severinus. *Severinus* in viperâ à se factâ sequentia ob- *Zootom.* ser vavit. Oblonga omnia viscera, item & ova. *part. 4.* Primum exerto spolio ad cervicem, aspera *pag. 359.* arteria per longum annexa pulmone eodem ductu. *Cordis* substantia alba tota, nisi quantum auriculæ rubent, quarum sinistra amplior. Aqua in pericardio; Cor triangulare complanatum. *Fellis vesicula* non hepatis affixa, sed Ecphysi. *Renes* oblongi duo ex multis quasi renibus conflati, inferiores hi visceribus omnibus, & propè anum. *Testes* oblongi, formæ æmulantes Pinæ semen. *Recepti* in utero tres *catuli* viperini, qui à matre biduo jam mortuâ superstites inventi sunt, caudis micantes. Ad hæc ova multa ad vasa spermatica utrinq;: hinc autem descendunt rectè per medios renes. Intra caudam vesiculæ duæ plene viru illo. *Intestina* rubra, carnosa præsertim supernè convoluta in quosdam veluti nodulos. In *ventriculo* & intestinis herbaceum alimentum. *Ventriculi* tunica internè rugosa, rugæ autem rectæ, quæ postea diductâ utraq; tunicâ facillè explicantur. Differentia sexus in hoc genere: Mari cauda longior; sæminæ brevior & latior. Mari sub caudam vasa quedam oblonga, interne spinosa; genitalia non dubito. In multis inveniuntur regionibus, *Locus* Italia, Hispania, India, Melita, Cypro, Chio, *Solin. in* circa Amyclas, ubi insanabilis earum morsus, *Polyhist.* & alibi. Aristoteles tamen in Creta nasci negat. *Aristor. in* Cordus in Germania nunquâ conspicatus est. In insula Syagro Arabiæ promontorio vicina, magnæ reperiuntur. *Mirabil.* Mari populi qui impunè viperas tractabant, alibi generari negare. Delectantur imprimis locis montanis; idè circa Haliacmon Macedoniæ fluvium, & in Euganeis Patavinis montibus inveniuntur; aquis, populæ arboribus, & *Martial.* locis, quarum carnes Galenus pro antidoto *Epigr. l. 4.* reprobatur, quod ægrotantibus sitim intolerabilem faciant. Hyeme latent, non tantum *Arist. H. A.* sub saxis, immotis fimo præsepibus, ut Aristoteles & Virgilius prodidere; sed etiam statuis *l. 10 c. 62.* lapideis, & terris. Rustici sanè Itali, dum *Virgil. Ge-* *org. l. 3.* gonibus profundiora terræ tentarent, simul *Martial. l.* glomeratas sæpissimè invenerunt. *3. Epigr. 16*

Victus. In montanâ Phœnicia parte herbis vesci, & quasdam radices vorare, Pausanias prodidit. Non tantû herbis, sed & erucis, buprestib⁹, Cātharidib⁹, phalangijs, mure araneo, Theriaca stellionibus, scarabeis, bufonibus, Galenus: ad Pisonem scorpionibus Aristoteles; picæ pullis, Albertus, Circulatores furfuribus in pyxidibus & capsis alunt. Venatores quidam decimo quinto quoque die potum cum herba quadem præbent. Vino delectari alijs visum: diu à potu abstinere, Bellonio. Frigiditas videtur Aristoteles facere, quòd hyeme latitent: calidas, Galenus, Dioscorides & alij. Hyeme minus tales esse, facile exinde colligas, quia non mordent: æstate, & præsertim sub ortum Caniculæ vehementer æstuant, quia fervorem quandam præferunt. Ex capite Cerberi natus, antiquitas olim fabulata est. Ex cinere vel putri materia oriri posse vel exinde colligitur, quòd Iulio Obsequente prodente, bello civili inter Augustum & Antonium durante, Pado effuso, ingens viperarum copia proruperit. Ex congressu maris & fœminæ progigni, tam certum, quam falsum, cum murena pisce congreddi, vel maris caput à faminâ post congressum morfu avelli, quòd apud Plinium *Æhan.H.A* legimus, cui Herodotus, Nicander, Plutarchus, Solinus, & alij ad stipulantur. *Ova* prius unius coloris & mollia, instar ovorum piscium concipiunt, & quidem supernè verus præcordia: tempore parturitionis, catuli sine ullis membranis quandoque quòd eas seindant, aliquando ijsdem obuoluti, prodeunt. Vere postquam concepere, fœtum ad mensẽ Augusti gestant. Viginti, unâ die, & quidem singulos parere, apud Aristotelem habemus. Tres supra viginti ab una in pyxide servata prodijisse, quarum quæ à matre separatae erant, inertes reddebantur, Iohannes de Savijs pharmacopæus author est.

Antipathia Cum multis occultam inimicitiam exercet vipera. *Sputo humano*, si hoc in ipsius ventrem penetret, interficitur. *Mulierì gravida* si occurrat, abortum inferre creditur. Solâ voce facit ut *mures* musculos suos aliò deportent. Cum *osifraga*, & testudine dimicat, Illa sibi herbâ soncho simili providet: hæc origano vel rutâ medetur. Cum *scorpione* congregari, & mutuo se conficere, Caspar Wolfius observavit. *Allij, scordij, & alliarie* odorem vitare, apud Theophrastum habetur. *Arum* radix manibus affricata morsus viperarum arcet, si Avicennæ credimus. *Sinapi* ijsdem adversari, idem affirmat. Ramulo *fagi* leviter contactæ obtupescunt, si *Lacuna* fides est. Inter folia *fraxini* & prunas constitutæ, igni se potius credunt. *Solani* succo Galenus manus contra easdem madefaciebat. *Rhafes* viperæ oculos *smaragdū* intuentes liquefieri, & mox à capite effluere, reliquit.

Ad *Naturam* spectat, quòd vere & autumnospolium deponunt: tempore vernali oculos fœniculo affricant, ut visus in cavernis contractam hebetudinem tollant; & quòd gravissimum odorem spirant. Fœminæ, quæ pingvior mare, acerbius mortuus est.

Venenatum animal esse, superius diximus: signa varia occurrunt. Aulicus quidam apud Rhodiginum in colorem porraceum incidit. Purpurascentem vel amethystinum aliquando contrahi apud Grevinum habemus. Excitatur aliquando singultus, quòd vetricul⁹ veneni acrimoniâ vellicetur. Semper ferè corpus intumescit, pustulæ ambustis similes erumpunt, sitis infestat, gingivæ cruore suffunduntur, jecur inflammatione vexatur, biliosi vomitus succedunt, vertigo, sopor, tremor, & urinæ difficultas, ut Dioscorides & Ægineta reliquit, oboriuntur. Ubi verò virus totum occupavit corpus, unguis ob caloris defectum livescunt & corpus grandinem congelantem sentit. *Remedia* varia habentur. Amatus Lusitanus partem ictam scarificari iussit: emplastrum ex alijs cum theriaca eidem imposuit, & drachmas tres theriacæ in vino meraco propinavit. Ex animalibus laudantur Caro viperina quæ interaneis abjectis cocta, virus ad cutem pellit; cervi maris genitale, mustelæ venter salitus; cancri fluviatiles vel marini; sanguis fulicæ cum oleo potus; testudinis marinæ cum aceto; patientis urina hausta; sterco caprinum in aceto decoctum, vel in vino tritum, butyrum denique vetus. Inter *plantas* plurima quoque occurrunt. Anchusa manducata & in fauces projecta eadem perimit. Abensina radicem, folia, & corticem Aristolochiæ laudat; Crollius, aconitum cum vino tepido: Alij bistortam, quæ contortis suis radicibus, convoluti serpenti figuram repræsentat: Matthiolus Bryoniæ radicem, Citri semen & succum Rhafis: Ferulam, Citri juniperi baccas Dioscorides. Plinius Tragoriganum: Claudius Imperator, taxum arborem: semen viticis Ægineta: acetum calefactum & potum Dorotheus Helius. Ex *Compositis* sunt plurima, inter quæ præcipua, Theriaca Andromachi, & Antiochi Philometoris; Antidotus Apollodori, rustici medici, Avicennæ & Galli, quæ ex Arabia redux Cæsari obtulit. Pulvis viperinus quem nobis Medici describunt, plurimum quoque prodest. *Extra* applicantur, humani dentes in pulverem redacti: urina humana calida: Caput viperæ amputatum, & impositum: emplastrum ex ranis: fimus caprinus in aceto dissolutus, & pellis recens ab eadem detracta: herba de Corso nuper apud Hispanos inventa, quam Cantabricam quidam autumant: radix ebuli in vino elixata: fraxini cinis cum succo foliorum permixtus: furfures cum aceto & rutâ decocti: lignum

Natura.
Arist. H. A.
l. 8. c. 17.

Venenum.

Remedia.
Amatus
Lusit. Curat. Cent. 1


Plin. H. N.
l. 22. c. 20.
& 21.
Crollius de
signaturis.

Dioscor. M.
M. l. 3.
Plin. H. N.
l. 20. c. 17.

Galen. de
simpl. medic. l. 6. c.
10.

- gnum colubrinum in Malabar nascens. Ideò ab incolis per arva decurrentibus, circumfertur. Laudantur etiam, melissæ folia eorumque succus: origanum viride contusum, radix perfonatæ in vino clixata: pix liquida cum sale: decoctum pulegij: serpillum cum aceto, & cætera, quæ in Ambrosino vide. Pareus theriacâ antiqua in aqua vitæ dissolutâ, usus est. Sunt qui cantustibicinum pro remedio ponunt. Amatus Lusitanus cujusdam fontis mentionem facit, in quo si ægri demergantur, evadunt. Fallopius observavit, (verba sunt Ambrosini) dum ruri versaretur, filium agricolæ à vipera in pede demorsum. Unde pater fenex ad clamorem filij accurrens, arcto vinculo pedis digitum vinxit: deinde digito scarificato cum nõ mediocri sanguinis effusione, jussit sibi locum ostendi, ubi à vipera filius percussus fuit: quo cognito, ut læsum pedem ibi natus figeret, imperavit; postea ducendo ferulam circa pedem, illius figuram obsignavit, & sumpto gladio, cretam intra vestigij lineam radens, in vino dissolutam, filio propinavit: quo præsidio juvenis, vomitione & alvi fluore correptus, tandem sanatus est. Virus quoque à vesiculis gingivarum exemtum & fel ejusdem inficere, Gesnerus author est, qui puellam quandam, quæ carnem cui viperina permixta erat, gustaverat, in opisthotonum & alia gravia symptomata incidisse scribit. Fel confestim animi deliquium generat. Semen ciri sacaro conditum, A. l. 4. c. 7. scordium, cornu cervi, lapis busonites, hyacinthus, sapphirus, smaragdus, inter præservativa recensentur. Et olim & nunc in mensis habuere locum. Ægyptij, Troglodytæ, & Arabes, passim eas conquirebant. Plin. H. N. 1. 7. c. 2. Cirmi, Indi ultra flumen, & qui montem Athon incolunt, Æthiopes, Macrobij, & Seres ejusdem alebantur, ideò ad centum quinquaginta annos vitam prorogabant. Athenæus ritu piscium conditas apponit. Nunc in Italia à mulieribus ob pulchritudinem expectantur.
- Vfus in Medicina* In Medicina multus earum usus, ex ejusque pulveres, sales, olea, extracta, tincturæ, & vina, parantur. *Caput* collo appensum contra gutturis affectus, & anginas celebratur. *Cerebrum* in pellicula ligatum dentitionem promovet. *Iecur* coctum à venenato morlu præservat. *Ossa* in purpurea sindone ligata, & portata, epilepsiani & vertiginem amoliuntur. *Spolium*, medicamentis ophthalmicis miscetur: ex sententia Hippocratis, in delenda impetigine commendatur. *Pellicis* ad facilitatem partus valet, si dextro parturientis femori alligetur. *Pinguedo*, si diligenter præparetur, ad oculor. suffusiones, *de Compos. Medic. f. loca.* ambusta, coercendum pilorum sub alis exortum, cutis eminentias, in paralyfi, commendatur. *Carnes* quidam ad vitam prorogandam facere scribunt, quibus Renodæus refragatur. Alij cum faniculo decoctæ jusculo, visum imbecillū firmant. Ejusdem esu, servus Cratetis Medici, cui caro ab ossibus in morbo abscesserat, sanatus est, si Porphyrio fides. Plurimum siccare, & excrementa ad cutim detrudere, ideò elephantiacis, & alijs qui cutaneis morbis laborant, summè proficuum, apud plurimos Medicos invenies. Galenus aliquot exempla protulit, qui cum vinum in quo vipera extincta bibissent, liberati sunt. Cardanus eadē phthiasicos curavit. Fuere qui Gallinas nutriebant, donec deplumarètur, quas postea ægris exhibebat. Matthæus de Gradib⁹, & Gattinariū id fecisse proditū. Alij ex tali pastu ova propagandæ vitæ idonea, sibi pollicentur. Pulveres & alia quomodo parentur, vide apud Ambrosinum, qui ex authoribus collegit. Pulverem sitim excitare, ipsi experti sumus. Ad aquas hydro picorum exsicandas adhiberi, apud Petræum invenies. Cinis inter caustica à Fallopio censetur. Aquam Gallelij pharmacopæi ibidem vide. Baldus Angelus in dolium vini injectas, corruptum pristino nitore restituere, idque in cella Cardinalis Ursini accidisse, scripsit. Ad theriacam singulari ratione præparantur. Primus Andromachus adhibuit, Antoninus Imperator revocavit. Galenus egregiè descripsit. Confulè si placet Ambrosinum, sed & nos ante non ita multos annos, in schedæ asma ad Theriacâ Andromachi, exposuimus, cū ejus Lesnæ in Polonia dispensationi præflessemus.
- Viperarum differentias, Color, & magnitudo* dabunt. Ratione *Coloris*, Pausanias in Æthiopia & Lybia nigras esse scribit. Porta pro ratione soli in quo vivunt, virides, rubras, rufas, albas, & nigras observavit. Cardanus rubræ crassæ & brevis, Milort ab Italis dictæ meminit: sed Mathiolum, innocentissimum animal esse, domibusque familiare, addit. *Magnitudinis* respectu, in Hispania, non nisi cubitales inveniuntur, si Amato Lusitano credimus. In regione Troglodytica, longitudinem decem & novem cubitorum exæquant si Æliano. In aurea Castella, viginti pedum sunt, si Cardano. Ægyptiaca, rû pelles tomèto repletæ duplo majores sunt nostris, si Bellonio. Alpinus in Illyrico unico in fronte cornu insignes, marem album gerere, fæminam duo tanquam acus in syncipite, capite latiore & compressiore esse, & à cæcatis differre, scripsit. Sumunt & veneno quidam differentiam, & serpentem illum, qui *Escurzo* Italis asferunt. Verum hic, quia est colore cinereo nigricante maculis distincto, longitudine sesquipalmari, capite crasso & quadrato, ore magno & hiante, lingvâ nigrâ & mucronatâ, & tardè incedit, in viperarum censum referri non poterit. De *Viperis Chiappæ* ita Nierenbergus. Genus 12. c. 3.

Genus viperarum Chiappa nutrit magnum, simile putrido ligno, pestilentem spiritum quatuor narium fenestris fundens. Quædam morsu equum intra diem occidunt, fuso per omnes juncturas sanguine. Sunt aliæ variegatæ, aliæ nigrae & prolixæ. Quemcumque momorderint, perimunt: crescente lunâ mitescunt, decrecente irriantur. Aliæ sunt pallidæ, nigris distinctæ lineis, interstinctæ maculis albis; morso ab ijs decidit per frustra caro. Alijs tanta pestis superest, ut si fuste contingantur, subeat virus usque ad brachium. Aliæ hujus sunt conditionis, ut si mordeant manem, morsus evomens sanguinem percat; sub vesperum, non sunt lethales. Visus ibi serpens, in cujus utero inventi triginta & unus factus.



ARTICVLVS II.

De Ammodyte.

Nomen.
Ambrosin.
l. 1. c. 3.

Refertur hic tum ratione figuræ tum partus ad viperarum genera. Vocatur à Latinis *Ammodytes* vocabulo à Græcis desumpto, qui & ἀμμοδύτην, ἰαμμοδύτην, ἀμμοδύτην, perypylon, & ἀμμοδύτην periota appellant: ibi ἀποτὴ ἀμμοῦ καὶ τῆ δύτην quoniã arenam subeat: hic ab ἀμμος & διορύττω perfodio. Aëtio est *Cenchrias* vel potius *Cerchnias* ab asperitate miliari, quòd cauda ipsius instar granorum milij dura sit. An ἀμμοβάτης apud Lexicographos sit ab eo diversus; vel ἀμμοβάτης apud Suidam difficile est dicere. Nonnulli Ammoditem, Centriam, aut Centritem, ob duritiem caudæ dici debere innuunt. Cum κέντρα quædam lignorum & lapidum vitia dicantur ut apud Theophrastum videre est: & Plinius, in quibusdam arboribus veluti in marmore, centra quædam, id est, durities clavis similes, & feris inimicas esse asseveravit. Ut ut sit, *cornutum* vocavi, quod eminentiam quandam cornu æmulantem supra nasum gerat; & *viperam Cornutam Illyricam*. quòd in illa regione frequens sit, *monoceron* denique, propter callum qui summam oris partem exornat, certum est.

Descriptio. De ejus forma & Descriptione ita Ambrosinus. Olaus Magnus scriptis mandavit quosdam esse serpentes arenacei coloris, longitudine cubitali, maculis nigris distinctos habentes supra dorsum linearum vestigia: Deinde inter hæc serpentium genera Ammoditem commemorat. Quamobrem Lucanus colorem arenaceum hujus serpentis contemplans canebat hunc in modum. Concolor exustis atque indiscretus arenis Ammodites. Est igitur fera hæc viperæ perquam similis, capite tamen ampliore, & ma-

xillis latioribus, & in superiore parte rostri, eminentiam quandam acutæ verrucæ similem gerens. Propterea vulgares, non injuria, cornutum serpentem vel cornutam viperam nuncuparunt. Aëtius quoque Ammoditem cubitalis magnitudinis, & arenacei coloris esse statuit. Immo pellem maculis nigris præditam, & caudam præduram ei assignavit: Has a conditiones lector in icone, quam exhibemus melius & commodius meditari poterit.

In Lybia teste Solino, in multis Italiæ & Illyriæ locis, comitatu inprimis Goritiensi stabulatur. Quadramius observavit in Circulatorum capsulis, catulos ritu viperarum eniti.


De Veneni signis & remedijs, ita idem Ambrosinus. Olaus Magnus describens signa veneni hujus serpentis ea esse protulit, quando particula demorsa non solum ingenti dolore & tumore afficitur, verum etiam quando virus à vulnere effluit, & propterea si patiens tertio die non perit, quandoque ad septimam usque diem vitam protrahit. At Inter cæteros Authores, clariora hujus veneni signa assignat Matthiolus, dum percussos ab Ammodite, festina mortè opprimi scribit, & à vulnere eorum, qui tam brevi tempore non obeunt, sanguinem primò dimanare, labiaque vulneris intumescere, deinceps paulò post saniem effluere, capitisque gravitatem, & animi deliquiū generari. Imo addit homines etiam robustos ab hoc serpente ictos triduo interire, & celerius qui à femina sauciantur. Quamvis observaverit nonnullos ab hoc serpente percussos ad septimam usque diem vitam protraxisse.

Præsidia hoc venenum castigantia, inprimis communia laudat Abensina; deinde tanquam Alexipharmaca, castoreum, cinnamomum, & radicem centaureæ cum vino exhibet. Item radicem Aristolochiæ longæ, & Gentianæ probat, postmodum pro emplastris parandis, mel exsiccatum, & tritum, radices gracatorum, centaureæ, semen lini, harmel, lactucæ, & volubilis præscribit. Verum Matthiolus admonet primo appositis cucurbitulis ambitum vulneris scarificandum esse, injectis tamen vinculis artificisimè partibus superioribus. deinde tanquam præsidium peculiare mentam ex aqua mulsa potam, castoreum, casiam, & succum artemisiæ, cum aqua commendat. Præterea theriacam in potu exhibet, eademque vulnus linit, & tandem emplastris attrahentibus utitur. Imò in hac affectione cataplamata nomis, & ulceribus serpentibus conferentia sum in opere celebrat.







Cerastes Greuini Aldrou. Gehörnichte Schlang




Cerastes ex Libija Aldrou.



Hemorrhoids Parei



Seps Parei



Vnum longa pedem , totoque gracillima tractu,

Igneâ quandoque est , quandoque est candida forma,

Constrictumque satis collum , & tenuissima caudâ

Bina super gelidos oculos frons cornua profert , Splendentum quædam radiorum albertia luce Sylvestres ut apes, populatricesque locusta.

Insuper horribile ac asprum caput horret , & instar

Ipsius obliqua sua parvula terga Cerastra Claudicat, ex medio videas appellere dorso,

Parvum navigium terit imam lubrica terram. Alvus & haud alio tacite trahit illa motu

Ac per arundineum si transeat illa grabatum.

Locus.

In Ægypto & illis locis quibus Thonis imperabat, vivere superius dictum. In India reperiri, ex Diodoro Siculo colligi potest. Is enim in eo tractu quo Alexander Porum persequatur, inventos fuisse serpentes, parvos equidem, sed quorum alij æreis virgis specie erant simillimi, alij densam & hirsutam cristam arrigebant, ad eorumque morsum toto corpore sanguineum sudorem dimanasse, scribit, Particularem locum si attendamus, saxorum cavernas incolere solent.

Ælian.H.

A.l. 9. c. 43

Natura.

De Natura hoc occurrit, segnem admodum in incessu & pigrum esse: naturaliter, non aliter ac navis dum mare sulcat, incedere; more undæ, quæ assurgit & deprimitur: & feminam à mari gressu ita distingvi, quod hæc eum internè circa caudam firmet, cum mas ventri tantummodò innitatur, & collum serpendo extendat. Quæ de obliqui incessus causa, & Canobo Menelai gubernatore veteres nugantur, apud Ælianum & Nicandrum vide. Nemo aliàs hujus fabulæ meminit.

Ælian.H.

A.l. 15. c.

13.

Nicander in Theriacis.

Venenum.

Mathiolus

ad Dioscor.

l. 6. c. 50.

In ejus morsu, (verba sunt Mathioli) color loci percussus fit cruentus, ex quo ab initio nihil præter aquosum quoddam, effluit: ventriculus dolore afficitur: deinde sanguis non solum ex foraminibus morsus, sed etiam ex naribus fluit: spirandi difficultas subsequitur, & si quæ in corpore obductæ fuerint cicatrices, recrudescunt. In morsu femina, anguli oculorum & radices unguium sanguinem fundunt: immò sanguis ab omnibus corporis meatibus manat, & tandem dentes, putrefactis gingivis excidunt. Eadem Nicander, Galenus, Lucanus, & Ælianus prodidere. Immedicabiles quibusdem ejus morsus, alij partem scarificatam candenti ferro inurunt: quidam statim præcidunt; deinde cataplasmatibus validè attrahentibus utuntur. Dioscorides ad sistendum sanguinem emplastrum ex folijs vitium coctis & cum melle tritis primò imponit, post portulacam cum polenta antequam sanguinea

Galen.de

Theriaca

ad Pisonè.

Lucan.

Pharsal.

l. 9.

Ælian.H.

A.l. 9. c. 43.

Nicander

in Theriacis.

actis.

urina prodire incipiat. Mathiolus alliurii & vinum dilutum, cum theriaca, exhibet: vulnus aquâ frigidâ abluit, & demum, regionem vesicæ spongijs calidis fovet. Plinius, flores & morarubi commendat.

Circa Differentias nihil ferè occurrit Differentia præter ea quæ Nierembergius de Indico hæmorrhoo, & Kokob scribit, Pifo & Marcgravius de Cucurucu, ille de Ibiracão habent. De Hæmorrhoo ita Nierembergius. Habet novus H. E. l. 12. orbis suum hæmorrhoom, Abucyatli dictum, similem teutlacotzuchqui, nisi quòd sonalib. careat, majorem hæmorrhoo antiqui mundi, sed ejusdem veneni. Per omnes corporis meatus & cicatrices profundunt sanguinem morsu. Est alius qui etiam per juncturas prodigè cruorem facit. De Kokob sic idem. Offenditur in agris Iucatanensibus, quidam serpens ad hæmorrhoi nostratis pertinens genus, quatuor longus dodran-

tes, fusco colore, sed cyaneis & rubrescentibus maculis consperso. Hujus ictus adeò pestilens est, ut intra horæ unius spatium cogat ictum hominem sanguinem rejectare, & intra diem unum ex omni corporis parte effundere, atque ita demum mori. Antidotum esse inquit siliquaatri succum liquori tabaci permixtum, ex quo alia contusa atque resoluta sint, epotumque. Saxorum colit cavernas, & in his cubilibus educat prolem. Egressus antrum, cum strepitum audit, impetum facit in obvios.

Cucurucu Marcgravius vocat, quem Pifo Cucurucu Brasilianis dici scripsit. Ille novem pedes longum facit, squamis flavescens, ac per dorsum maculis nigris grandibus variegatum. Nimirum, in toto flavo macula est grandis, in nigro duæ flavæ, in quibusdam nigris etiam unica flavæ, & sic continè.

Cl. Pifo, amicus & condiscipulus noster, qui per aliquot annos illas oras lustravit, ita describit. Cucurucu est angvis crassus, cineritij coloris interius flavus, externis maculis nigris distinctus, & iisdem ut Cascavel squamis vestitus; novem & interdum duodecim pedes longos. Maxime est venenatus, & plurimum metuendus, licet caro ejus præparata à Barbaris comedatur. Præcipuum illi venenum in capite, ideoque Brasiliani intercepto quantocius caput amputant & cooperiunt humo: Ab illo ictus, corripitur vertigine, tremoribus, torminibus, animi deliquijs, febribus ardentibus, quibus sudor frigidus ac ipsa denique mors, intradiem naturalem, aliquando & celèrius succedit. Præter enarratas qualitates, peculiare est huic serpenti, quòd morsu ejus virulento, venæ erodi videantur, tantamque inflammationem & ardorem efficiat, ut sanguis bulliens mox è naribus, auribusque, imò manuum & pedum unguibus promanet. Huic malo si quæ Medicina detur, ipsius serpentis, qui morsum

facit

cap. 2.

Nieremb. H. E. l. 12. cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.

cap. 49.


cap. 49.

cap. 49.


cap. 49.

cap. 49.

Seps Aetii ex Matthiolo .





Aspis Vulgaris




Aspidis species


Colore ferrugineo .




Aspidis species colore ferrugineo, Vipera parua Vulgo dicta



Dipsas Greuini .



Ibijara Serpens Margraf .



sum intulit, caput emplaftri forma, vulneri applicatū: Tum & Folia Tabaci recentia, leviter tantū ab ignis flammā tacta, mirabiliter profunt, cauterij loco. Idem præstat contra hujus, aliorumque Serpentium morsus radice *Caapia* decoctum. Deinde succedunt sudorifera, vel ipso statim initio convenienter exhibita, ut sunt radices Iusepæbæ, Urueu, Malvisco, Laborandi, &c.

Rifo loco citatop. 43.

De *Ibiracoa*, ita idem. *Ibiracoa* Brasiliensis serpens est variegati coloris, albis, nigris, rubrisque maculis insignis. Ejus morsus est admodum venenosus, & pessima symptomata infert, haud secus, quam Cucurucu, ut à Brasiliensibus accipi: quippe sanguis quanto cyus à morsu, ex auribus, naribus & oculis profluit, & nisi statim subventum fuerit, moritur vulneratus. Si virus nondum ad cor abierit, carne ipsius angvis cocta cum radice Iusepeba, laborandi, Malva Iseo, Caapeba, Capypuba, additis summitatibus Nhambi, ex vino interne exhibitis vulnerati restituntur. Addatur externum remedium, ex capite ipsius feræ contuso, & cum Ærva de Cobre, alijsque ejusmodi ante enarratis præparatum.

ARTICVLVS V.

De Sepe.

Ambros. de serp. l. i. c. 6 **S**Eps, quibusdam, non malè Sepes, Græcis *σείψ*, & quidem fæminino genere dicitur. Nomen. Sine dubio *παρά τὸ σήπειν τῆς πλυνέρας*, quod vulneratorum ab hoc serpente caro, statim putredinem concipiat. Idè nonnulli ex Scaligero, non malè *Putriam* vocare. Dicitur & *σπιδών*, quamvis Nicanter Sepis & Sepedonis diversis locis meminerit. Nec vel iste diversas Sepis & Sepedonis descriptiones habet; nec morsus Sepis symptomata ab Aëtio recitata, ab accidentibus Sepedonis ictus, quæ apud Nicandrum leguntur, differunt. Idè Gesnerus, & Grevinus pro synonymis sumere. Avicennas *Selsr* vocavit.

Descriptio. In Descriptione variatur. *Abensina* eum capite lato, collo parvo, caudâ brevi, ventre rotundo, tergore lineis diversi coloris variegato facit: *Ætius* duorum cubitorum longitudine, ore acuto, albis notis maculatum.

Ælian. H. A. l. 16. c. 14 Ælianus eidem quatuor dentes, quos Volaterranus, recurvos facit, qui tuniculis quibusdam occultantur, adscribit, *Pausanias* cinereum colorem, & macularum *ποικιλότητος*, alvum majorem. *Nicanter*, colorem hirsuti tapetis assignat, quem Scholiastes varium, *Grevinus*, pallidum interpretantur.

Pausan. in Elen. Invenitur in regionibus Syriæ & Arcadia. Legimus namque apud *Pausaniam*, Ægyptam Elati F. Arcadiæ Regem, incautum ab eo interemtum fuisse. Dum currit, brevior cauda videtur: quem tamen ob-

14.

liquo majorem tramite ducit. Colorem in eorum quæ attigit similitudinem mutat. Venenum, quod ad morsum illic d' tabe destruit, ex dentibus ejaculatur. Ossa cum corpore dissolvere, *Lucanus* scripsit. Dicitur *Nicandro* *δύσιος*, vel quod sit *ξηρός*, vel quod faciat *δύψιν τοῖς δακνυμένοις*; vel ob siccitatem, vel quod percussis sitim adterat. De signis veneni ita *Lucanus*:

Venenum.

Lucan. Pharsal. l. 9

Mors erat ante oculos, miserique in crure Sabelli

Seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem Avulsitque manu piloque affixit arenis.

Parva modo serpens, sed qua non ulla cruenta

Tantum mortis habet; nam plagæ proxima circum

Fugit rupta cutis pallentiaque ossa retexit: Iamque sinu laxo nudum est sine corpore vulnus.

Membræ natant sanie; suræ fluxere, sine ullo Tegmine poples erat, femorum quoque musculus omnis

Liquitur & nigra distillant inquinat abe.

Disiluit stringens uterum membrana, fluentque

Viscera, nec, quantum toto de corpore debet Effluit in terras, sævum sed membra venenum

Decoquit; in minimum mors contrahit omnia virus.

Vincula nervorum & laterum contexta, cavumque

Pectus, & abstrusum fibris vitæ libus omne Quidquid homo est, aperit pestis. natura profana

Morte patet; manant humeri, fortesque lacerti

Colla caputque fluunt; calido non oculus Austro

Nix resoluta cadit, nec solem cera sequetur, Parva loquor corpus sanie stillasse perustum, Huc & flamma potest, sed quis rogos abstulit ossa?

Hæc quoque discedunt, putresque secuta medullas,

Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.

Cyniphias inter pestes tibi palma nocendi est:

Eripiunt omnes animam, tu sola cadaver.

Inter remedia, portulaca & acetum mulsum à *Dioscoride*; à *Plinio*, cortex & baccæ lauri, oxymel, piscium salforum cibus, dum modò vesperi vomitu rejiciatur; ab Aëtio, l. 29. c. 5. spongia aceto calido imbuta, & morsui applicata, laudantur.

Inter Sepem & Sepedona, ut supra diximus, vix aliquid est discriminis, etsi Scholiastes *Nicandri*, Sepi colorem coccineum, Sepedoni varium assignet. Videntur tamen reperiri serpentes qui ad eundem referri poterunt. Meminit *Aristoteles*

c

stoteles

stoteles cujusdam pusilli, quem quidam *Sacrum* vocant, quæ & reliqui serpentes, etiam magni vitant. Hujus morfu omnia putrescunt. Legitur quoque apud Ælianum, virum quendam solo serpentis tactu periisse, & vestem ægripaulo post putruisse. Huc *Nierëberg.* & *Agvasen* pertinet, de quo ita *Nierembergius.* Subita pestis Agvasen serpens duas spithamas longus duntaxat, fusco colore, lato capite atque compresso: adeo verò lethali est ictu, ut intra dimidiæ horæ spacium interimat, decidente carne vulneri vicina, ac misere putrescente. Versatur montosis locis, editis, atque arenis. Alexiterium ejus *Pangagvasen*, nascitur in Philippicis.

ARTICVLVS VI.

De Aspide.

Ambrosin. S Erpenti quem Aspidem vocamus nomen, *de Serp. l.* vel ab aspergendo, quod venena morfu *1.c.7.* aspergat, ut Isidoro placet; vel ab asperitate *Nomen.* cutis, ut Arnolde; vel ab aspiciendo, quod acutum intueretur, nisi eorum oculi à quibusdam carunculis comprimentibus impedirentur, ut Abensinæ; vel à *απεισι*, quod est, more serpentis bestia sibilare, & se gyrare, propter acutum nempe sibilum, vel ejus corporis longitudinem, ut alij; impositum est. Quidam Serpentem Niliacam & Ægyptiã dixere, quod Ægypto sit peculiaris: Propertius *sacrum colubrum*, quod in simularchris Isidis adhiberetur, dixit, alij *Hypnalin* à somni inductione. Quatramius Marasum vocavit, quod viperarum instar, vivos catulos pariat.

Descriptio. Descriptionem apud Nicandrum habemus.

Nicand in Theriacis.

Tam procera, (inquit) extensa queunt quam brachia duci

Tant aq, crassities est, quantum missile telum, Quod faciens hastas docta faber exolit arte; Protrucium horri sona taurorum, & cæde leonum.

Squallidus interdum color albet, sæpè virenti Cum maculis sæpè est cineres imitante figura; Nonnumquam ardenti veluti succenditur igne Idque nigra æthiopum sub terra, quale refusus Nilus sæpè lutum vicinum in Nerea volvit. Præterea geminæ calli instar, fronte caruncle Herent sanguineis scintillant lumina flammis Turgida squallet item cervix, grave sibilat ipsa Bestia, dum certam vomit ira cancita mortem Quatuor hinc intra maxilla concava dentes Radices fixere suas quas juncta quibusdam Pelliculis tunica abducit, triste unde venenum Effundit, si forte suo hæc approximet hosti.

Belluacensis ei cæruleum colorem, dentes extra labia, ut in apro, exporrectos, adscribit. Agricola longitudinem & crassitu-

dinem mediocris angvillæ, Wottonus senum pedum, assignant. Plinius, duos *dentes* *Plin. H. N. l. 11. c. 37.* in supera parte dextera lævaque longissimos, *Ælian. H. A. l. 9. c. 4.* tenui fistulâ perforatos, ut scorpionum aculei, venenum infundentes. Ælianus tenuissimis quibusdam tunicis indui scribit, quibus inversis venenum effundatur, effuso, illæ ad pristinum statum redeant.

In Gallia nullas divagari Bellonius auctor *Locus.* est: plurimas in Hispaniæ insulis Christophorus Andreas. Calidiorè aère gaudente certum, idè Africam, & ripas Nili in primis incolunt. Olaus in septentrionalibus regionibus observavit, scabrosâ cute, cinereo colore, oculis scintillantibus, longitudine trium vel quatuor cubitorum.

Umbrosis locis delectantur. Idè Seneca *Sympathia* ca, ad umbram exurgere dixit. Abhorrent *& Antipathia.* ab Ichneumone, Argolis angvibus, ranarum fætibus, cimicibus, aro, & halicacabo. *Nicand in Theriac.* Ichneumon ova ejus conterit, & mordente dente laceffit. Bellum, quod & apud Ælianum invenies, Lucanus ita egregiè descripsit. *Ælian. H. A. l. 3. c. 22.*

Aspides ut Pharias cauda solertior hostis & 6. 38.
Ludit, & iratas incerta provocat umbra, & 10. 47.
Obliquasque caput vanas serpentis in auras Lucan.
Effuso tuto comprehendit guttura morfu, Pharsal. l.
Lethiferam citra saniam tunc irrita pestis 4.
Exprimitur, fauceq, fluunt pereunte veneno. Arist. H. A. l. 9. c. 5.

Argoli serpentes aspides interimunt, idè iussu Suidas.
Alexandri M. Alexadriã deportati fuere. Ra- Agricola narû fetus caudâ insignes persequuntur. Gal. de anim. linæ eâ die quâ cimices comedere, ab ijs non subter. tanguntur. Fumo ari ita inebriantur, ut tor- Porta Physida evadant. De Halicacabo ita Plinius. Nec togn. l. 7. illud præteribo aspidum naturæ Halicacabum in tantum adversam, ut radice ejus Plin. H. N. propius admotâ, soporetur, illo sopore encans visearum. Ergò trita ex oleo percussis Athen. H. auxiliatur. De amore aspidis maris erga antiferum custodem pnerum, & fæminæ rivalitate commotæ erga eundem odio, vide Athenæum. 54.

Ad Naturã pertinet, quod Isidorus scribit, *Natura.* ad incãtatoris vocẽ alterã auriũ premere, al- *Isidor. Orig. l. 12.* terã caudâ obruere: nũquã marẽ nisi comite fæminã è spelunca egredi; alterntum ab aliquo occisum, occisorem etiam in turba querere, quod aliqui affirmant; visum imbecillum ob carunculam, de quã superius, seu tubercula fronti adhærentia habere; & levissimo strepitu audito, quasi ex somno excitas sese erigere, quod apud Nicadrũ legimus. In iracundia præcipitib. tumet collũ. *Nicand in Theriacis.* De ovorũ natura prodit Bartholomæus Anglicus, parva, *Anglic. l. 19. c. 88.* rotunda, livida, viscosa, fætida, summè venenosa, & filamentis quibusdam conglobata esse, quæ si à Rubeta vel alio venenoso animali foveatur, vermẽ procreari, qui visu & halitu more Basilisci, primò foventem, deinde alios etiam animantes perimat. Mansuefieri,

Ælian.H. fieri, apud *Ælianum* legimus. Cicurantur
A.l.17.c.5. cibo; cum infantibus vivunt, & crepitu digi-
 torum vocatæ ex cavis prodeunt. Men-
 sam etiam, in qua temperatæ vino & melle
 farinæ ipsis apponuntur, circumstant, ac re-
 liquâ omni spirâ in terra relictâ, caput alle-
 vantes circumlâbunt, sensimque explentur.
Plin. H.N. Egregiè de illo *Plinius*. Unicus huic tam pesti-
l.8.c.23. fero animali sensus vel potius affectus est.
 Coniuga fermè vagantur: nec nisi cum cõ-
 pare vita est, itaque alterutra interemta, in-
 credibilis alteri ultionis cura. Persequi-
 tur interfectorem, unumq; cum in quanto-
 libet agmine populi, notitia quadam infe-
 stat, perrumpit omnes difficultates, permeat
 spacia, nec nisi ab omnibus arceatur, aut præ-
 celeri fuga.

Venenum.
Nicand. in Ictus Aspidis tam subtilis est, ut visum ef-
Iberica. fugiat: ideò mors *Cleopatrz* difficilis erat
 cognitum. Tumor circa vulnus nullum; post
 ietum statim sopor insurgit, oculi caligine
 suffūduntur, facies pallet, frons refrigeratur;
 ieti assiduo hiant, & tandem convelluntur.
 Actuarius ægri colorem in viridem & her-
 baceum permutari asserit. Inter remedia,
Aristoteles & alij solam partis mutilatio-
 nem ponunt. Visum haud paucis, si centaurium
 in vino tritum æger evomuerit, perituru-
 rum certò; victurum, sin secus. Mercurialis
 plagæ exultionem suadet; *Pareus*, quòd
 sanguinem in venis & arterijs congelari pu-
 tet, tenuiorum partium, medicamèta, si pars
 nigricet amputandam censet. Tentari tam-
 en remedia tam *simplicia* quàm composita
 possunt. In illis sunt, origanum virens cum
 vino tritum; allia cum *Zytho*; *aristolochia*
 cum rosis; apium cum mero. De aceto ita
Plinius. Nuper cù ab aspide calcata percussus,
l.23.c.1. utrem aceti ferens deposuisset, sentiebat i-
 etum aliàs illa so similis. Intellectum ibi re-
 medium est, potuque succursum. De Citris
 videri *Ælianus* poterit. Objecti aspidibus
 rei, evasere quod id pomum comedissent.
Ælian.H. Huc urina impubium, quam *Plinius* laudat,
A.l.3.c.5. fel mustelarum, stomachus ciconiæ, urina &
Plin. H.N. sanguis testudinum, lapis *Malacensis* & hi-
l.28.c.6. stricis pertinent. Ex *Compositis* sunt, *Theriac*
 magna *Andromachi*, *Antidotus Antipatri*, &
 alia. Quidâ compositione ex folijs tap-
 si barbati, *caryophyllatæ*, *leucoij rubri*, pari
 pondere sumptis, quæ in aceto acerrimo & ur-
 ina hominis sani decocta, parti extra appli-
 catur: Aëtius pro fomento aquam marinam
 adhibebat; quandoque post scarificatas cu-
 curbitulas, centaurium cum myrrha & mo-
 dico opio apponebat.

Vfus.
Galen.ad *Maris in Cibis* inservire, capite abscisso, &
Glauc. l.2. caudâ ad digitos quatuor, interaneisque ex-
 emptis, cute detractâ, & corpore aquâ ablu-
 to, *Galenus* prodidit. *Medicinam* si spectes,
cap.10. *Plinius* ad visum clarificandum ejus mem-
Galen.de branâ cù adipe alterius animalis permiscet.
Composit. *Galenus* emplastri *Andromachi* meminit;

ad discutiendas strumas & podagras, & ex medic. sig.
 aspidib. vocatur, quòd cinerè ipsarû recipiat. *l.6.c.14.*

Differentia Aspidum apud authores sunt *Differètia*.
 varia. Apud *Galenum* est *χερσαία*, *terrestris*,
 quæ loca mediterranea incolit, *χελιδών*, *hi-*
rudinaria, quæ hirundinè colore æmulatur,
 & circa Nili ripas excubat: *πυάς*, *sputatrix*, *Galen. l. de*
 quæ sputo animalia interficit. Prioris longi- *Theriacâ*
 tudinem quinq; cubitorum æquant. *Cheli-*
ad Pisonè. doniæ colore albo & nigro refertæ sunt;
Ptyades cinereo ad aureum inclinante asper-
 guntur. Illæ quatuor horarum spacio in ani-
 malium perniciem operantur. Illæ, instinctu
 quodam naturali, cum flumè debet crescere
 per dies triginta alta petunt, & momento in-
 terimût. Hæ cineræ & virides præter mor-
 sum salivam habent venenosam, & ad cõ ten-
 nuem, ut angustissimos etiam cutis poros
 penetrare possit. *Galenus*, ex porrectâ cervi-
 ce, & certâ intervalli longitudine venenum
 expuere scripsit: quod & apud *Porphyrium* *Porphyr. de*
 invenitur. Ab his admorsî, motu privantur, *abstinen-*
 post continuos saltus soporantur, & cù tor- *tia &c.*
 sione colli, spasmò, pulsu inordinato, & absq;
 dolore vitâ privantur. *Bellonius* in Italia a *Bellon. obs.*
 pud *Brutios* serpentè callum in fronte tuber- *l.3.c.51.*
 culi instar gestantem vidit, quem aspidem
 veterum esse putat. *Dioscorides* unam tantû
 aspidem describit. *Strabo* duas *Ægyptiar.* spe-
 cies facit, quarum una, *spithamalis* sit longi-
 tudinis, & *Οξυθανατωπέρα*, *chelidonia* forte;
 altera, unius orgyæ, sub qua *ptyas* & terre-
 stris sine dubio continetur. Apud *Ponzettû*
 tres sunt, *Sicca* nempe, & longior quæ oculos
 carbonis instar micâtes habet. *Caput elevans*,
 & constrictis dentibus sputum ejaculans: &
Hirundinaria quarum icones exhibemus. His
 addere placuit, *parvam*, coloris ferruginei; &
 alteram colore subviridi maculoso insignita,
 quæ *Italica aspidi tormento* quæ moisu tormen-
 tum adferat. In *America* quoq; inveniuntur,
 quæ caudæ aculeo feriunt. Propè *Bononiam*
 ejusq; villam *Malalbergo* dictam, habentur
 varij coloris, quæ dentibus vulnerant, & ob-
 longo caudæ aculeo ferire nituntur. *Rustici*
 faucij partem tumefactam ligant, & adhibi-
 tis præsidijstridui spacio liberantur.

ARTICVLVS VII.

De Dipsadè.

Aspidem sequitur *Dipsas*, quam *Solinus* *Ambros. l.*
 inter species aspidum numeravit. Nomen *l.c.8.*
 à siti quâ ietum suo infert promeruit. Unde *Ili-*
Nomen. *dorus* *Situlam* vocavit. Dicitur etiâ *μελάνα*. *Isidor. Orig.*
l.12. *Isidor.* à nigra cauda; *ἀμμοβλήης*, quòd per arenâ
 incedat; *πενήσις* quæ ietum ejus veluti flamma a- *Ælian.H.*
 durat; *κάνσος*, ob eandem rationem. Videtur *A.l.6.c.51.*
 tamen inter *Presterem* & *Dipsadem* aliqua *Agricola de*
 esse *Differentia*, ut *Agricola* prodidit. *Præ-*
Animal. *ster* percussum immobilem veluti quadâ sy- *subterrâ-*
 deratione, menteque alienum reddit: mox *neis.*
 pilis defluentibus, & urgente pruritu, alvi-
 que fluxu, patientem absument: quod de
 c 2 *Dipsa-*

Diplade scriptum non invenias. Dioscorides solam nominum causam Differentiam ponere credit.

Descriptio. Isidorus tantæ exiguitatis esse credit, ut *Ælian. H. A. l. 6. c. 51.* non videatur, dum calcatur. At Aëtius longitudinem cubitalem, quæ paulatim ex crassâ in tenuem definit, corpus albicans, sed simul maculis rufescentibus partim nigris variegatum, ei assignat. Sosstratus caudam duabus lineis nigricantibus insignitam: Abensinacollum magnum, & tergum ad extremitatem nigricans, & caudam valdè tenuem.

Locus. Nascentur in Africa & Arabia, ut *Ælian. Galen. l. II. de simpl. medic. facult.* Galenus prodidit: in Lybia & Syria vagari apud Garamâtas Pfallis finitimos inveniri, Galenus autor est.

Natura. De *Natura* hoc occurrit, inter ova Struthionum in arenis condita stabulari: sic Garamantas, qui illis fictilium & pileorum loco utuntur, adoriri. Acri quoque ardere siti & ferè inextinguibili. Ideo os siccum habere fertur: & veneno suo totum in corpore humorem absumere. Aulus Tuscus Catonis miles nullo aquæ potu, nec etiam proprio sanguine satiari potuit.

Lucan. Pharsal. l. 9. Venenum. De *Signis* veneni, nimia in primis & inextinguibili siti non est quod multa dicamus, quia jam de ea egimus. Aqua nec per lotium, nec per sudorem exit, sed intus detenta, abdomen ita tumidum reddit, ut hydropem mentiatur. Reliqua symptomata cum iis quæ à morfu viperæ conveniunt. Lucanus eleganter de iis:

*Ecce subit facies letho diversa fluenti,
Nasidium Marfi cultorem torridus agri
Percussit Prester: illi rubor igneus ora
Succendit, tenditq; cutem, pereunte figura,
Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior,
Humanumque egressa modum super omnia
membra,*

*Efflatur sanies latè torrente veneno.
Ipse later penitus congesto corpore morsus,
Nec lorica tenet distenti corporis auctum.
Spumeus accenso non sic exundat aheno
Vndarum cumulus, nec tanto carbasia Coro
Curvare sinus, tumidos iam non capit artus
Informis globus & confuso pondere truncus:
Intactum volucrum rostris, epulasque datu-
rum*

*Haud impunè feris non ausi tradere busto,
Nondum stante modo crescens fugere cadaver.*

Morsum immedicabilem esse, Dioscorides prodidit: posse tamen ad inuulsionem partis affectæ & scarificationem procedi. Galenus Theriacam Andromachi vehementer laudat. Abensina vomitum provocat, & diuretica commendat; exterius verò, emplastrum ex sale, calce, & oleo com-

ponit. Plinius decoctum ex folijs lauri *Plin. H. N. laudat; nec non balsamentorum cibum me- 23. c. 8.* ro subinde hausto, ita ut circa vesperam, vomitu subinde reddatur.

De *Differentijs* nihil ferè occurrit. Soli *Differètia. Grevin. de venè. c. 14.* nus aspidis speciem esse putat, Dioscorides toto genere differre existimat. Aëtius ad illud viperarum genus reducit, quod in maritimis locis stabulatur. Grevinus à viperamaculis parvis in cauda, & quod citius mortem inferat distinguit. At Marfi *Galen. l. II. de simpl. medicam.* puli Aëtio accedunt, & degentes in solo uliginoso viperas; in falso, Dipladas nominant.

ARTICVLVS VIII.

De Scytale.

Serpens Latinis Scytale dictus, Græcis *Nomen.* quoque *σκυτάλη, σκυταλῆς, aut τὸ σκυτάλιον Ambrosi. l. c. 9.* seu à forma *τῆς σκυταλῆς*, quæ vox baculum significat, seu à longa & terete figurâ, quod *σκυτάλην* lorum coriaceum aut baculum æquet; dicitur. Quidam *Caciliam* vocant, quod ineunte vere ex antro egressus, fœniculum fugiat, ne visum recuperet.

Forma est tereti & ita æquali, ut ubi caput vel caudâ sit, discerni vix possit. Magnitudinem ligoni terrestri Nicander comparat, Quidam in tergo variâ macularum *πικιλότησι* distingvi tradunt. Unde pictum serpentem Mantuanus vocavit. De ipsius & *Nicand. in Theriac.* Amphibæne discrimine ita Nicander:

Bifronti similem reperis scytalem Amphibæne,

Pingvior est tamen, & cauda quæ nulla ferè exit,

Crassior, ut quantum solita est comprehendere lignum,

Curva manus strictum, quoties tenet ipsa ligenem,


Tam proluxa, vagans, pluvio quàm reptile cælo,

Quod sacunda genus sua gignit viscera tellus.

In descriptione ejus errat Lucanus, & Solinus forte ex eo. De *Natura* hoc duntaxat habemus, tergo fulgere, forte, ut quia tardè *Natura.* progreditur, spectatores alliciat: primum, nondum dissipato brumæ rigore egredi, & spoliū deponere: ne visum recipiat, à fœniculo abstinere: (Gillius tamen oppositum scribit) nec ictu mortem inferre. Inflammationem duntaxat infert, qualis ab apum & vesparum aculeis prodire solet.

De *Differentijs* nihil occurrit. Olus M. cum Amphibæna confundit.


Scytale .



Ambisbæna Greuini




Cæcilia Blindſchleich




Cæcilia Vulgaris




Cenchrus Veterum Belloni



Acontias Iaculus . Angelfchlang



Acontias Alter



ARTICVLVS IX.

De Amphibæna.

Nomen. Amphibæna nomen ab ἀμφὶ & βῆνα, ἢ
Ambrosin. **A**geminum ut caput ita incessum habeat,
l. 1. c. 10. venit. Dicitur alias Amphicæphalos. Hef-
 fychio ἀμφισμαῖνα Ethymologo ἀμφισθημα-
 να, Alberto Amphiselene & Armena, Latinis
 quibusdam Utrinqvegrada.

Descriptionem apud Nicandrum habemus.

Post hanc exiguam tibi subdimus Amphibænam

Duplicem conspicuam (monstrum mirabile) vultu,

Cujus perpetua cæcum caligine lumen

Quod latas ærinque genas, porrectaque menta

Plus aliis alto serpentibus agere tendat;

Tærens est illi color, & densissima pellis,

Plurima quam variè distinctam signa figurant.

Exiguam dicit, quia parvus & imbecillus serpens est. Hefychius cubitalem & decurtatam caudam habere scripsit. De duplici vultu ingens est controversia, Ælianus, Plinius, Lucanus & Mantuanus affirmant, Matthioli negat, Hefychius dubitari ait. Dari tamen bicipites serpentes in Differentijs dicemus. Color terreus illi est, quem Græci φάτιον, Latini pullum appellant. Cæcum addit, quia tam latas habet genas, ut oculos quodammodo premant. Notis in tergore pictam, nemo classicorum auctorum dixit; & in Nicandri textu, pro περιστερῆς, περιστερῆς legendum est, quod idem est quod περιστερῆς, Circulatis enim tractibus serpit.

Locus. Reperitur in Lemno, sed in Lybia maximè, si Luciano credimus. Germaniæ ignotam Agricola fecit.

Natura. De Natura hoc occurrit, mulierem gravidam si Amphibænam transferit abortire: & ante cuculi cantum egredi, & sibilo etiam interficere. Quidam ore eniti fabulati sunt. Ælianus, caudæ loco alterum adhibere scripsit.

Venenum. Morsum ejus ea quæ à punctura apum proficiscuntur, insequi Aëtius; quæ à viperæ ictu, Dioscorides prodidit. Id forte in principio fieri solet; hoc, temporis successu. Remedia ex capite de vipera peti possunt. A vite citissimè interim, apud Rhodiginum habemus. Alij semen papaveris & Castoreum laudant.

De Ufu egregiè scripsit Nicander.

Hæc ubi jam crevit cædentes ligna coloni

Scētam deglabrant oleastri ex arbore virgam

Quale pedum strictis præbenti pellibus angvis

Insertam obvolvunt, quas certis deinde diebus Exarere sinunt, cantantes ante cicadas

*Vtilis hic baculus frigentibus artubus esse
 Fertur, ubi ex animis digitos torpedo fatigat.
 Tunc quia constrictos & eorum vincula nervos
 Calfacit immisso fovet, extenditque calore.*

Quod de nervis scribit, proditum est e- Ælian. H. tiam Plinio. Ælianus verò habet, corium fu- A. l. 8. c. 8. gaudis serpentibus & venenatis inservire. Dantur quædam in India Occidentali, quas *Differētia.* incolæ *Maqviz coatl*, & *Tezauh coatl* vocant, quasi angyes abusus, quòd rarò conspiciantur, sesqui digitum longi, & minimi digiti crassitudinem æquant. Coloris sunt ar- *Nieremb.* gentei, nitidi, ac veluti translucidi. Gradi- *H. E. l. 12.* untur in utramque partem. In Brasilia *cap. 10.* quoque est serpens *Ibyara* Brasiliensibus, *Bodty* Tapuyis, dictus. Vulgo fertur duo *Marcgr.* habere capita sed falso: inde autem error *Hist. Brasil.* promanavit: quia tam caudâ quam ore *l. 6. c. 13.* rit & inficit suo veneno: nec facile caudâ à capite discerni potest, quia ejusdem sunt figuræ & magnitudinis: Minimi digiti crassitiem æquat, & longitudine unum pedem & duos digitos circiter. *Color* est albus splendens instar vitri, & annulis & elegantibus lineis notatur, coloris brunni aut ærei. *Oculos* habet minimos & vix conspicuos, hærent in cute, instar punctuli acu facti. Non procul ab extremitate *caudæ* anum habet, instar reliquorum serpentum. Contra venenum illius nullum dari remedium affirmant Lusitani. Sub terra vivit & illam fodiendo eruitur, victitat formicis.

Huc spectant tria hæc quæ apponimus ser- *Ambrosi.* pentû genera. *Primum* Brasilianum, quod bi- *l. c.* ceps est, & cancri modo incedit. Alterum caput tam est amplum ut toti corpori adæquetur; alterum proportioni corporis respondet, ut Iosephus Acoffa prodidit. *Alterum* Taprobanense apud Ramusium, quadrangulari formâ, s. quatuor capitibus instructum, ut unum orientem, alterum occidentem, tertium meridiem, quartum septentrionem spectet. Unicuique oculus inest, & quo se unum gradiendo convertit, eò & alia feruntur. Animal est multipedum, sanguis vulnera citissimè consolidat. *Tertium* in Hungaria reperitur, breve, duorum palmorum longitudine, nulla cauda, & æquali per totum corpus crassitie, ut olim Vitus Hungarus Gesnero narravit. De *Amphibæna marina* in mari Anglico capta, refert idem, bina capita, geminis ornata oculis habuisse, quorum unum ab altero vix distingui poterat. Quatuor, addit, lineæ coloris æmethistini totum corpus exornabant: quæ quidem lineæ, undiquaque flosculis quibusdam erant decoratæ pulcherrimis, instar florum pseudosycomori.



ARTICVLVS X.

De Cæcilia.

Ambros. l. 1. c. 11. **N**omen *Cæcilia* à cæcitate inditum est. Albertus & Isidorus Cæculam vocant. *Nomen.* Niphus Cæriallam. Græcis dicitur $\tau\upsilon\phi\lambda\omega\psi$ & $\tau\upsilon\phi\lambda\iota\nu\omicron\varsigma$, Hesychio $\kappa\omega\phi\iota\alpha\varsigma$, quasi furdaster, quòd hebetis sit auditus. Nicander $\alpha\pi\eta\mu\alpha\iota\sigma\iota\omicron\nu$ vocavit, quòd nullam noxam inferat. Germanis est *Blindschleiche*, modernis Græcis *Tephloti*, *Tephleti*, & *Tephlini*, pro ut annotavit Bellonius.

Descriptio. Fusci & obscure maculosi est coloris, cum subrufo exiguo vix notabili. Color hic ad latera magis varius est, cum nigricantibus maculis dilutâ purpurâ distinctis, tanquam in marmore porphyrite obscuriore. Totus *Gesner. de* *venter* atro colore saturo nigricat. *Serpentib.* Sub collo & parte proxima color est glaucus, maculis quibusdam nigris variegatus. *Dentes* minimi, asperi, & qui vix apparent, in inferiori mandibula plures & magis conspicui. *Lingva* bifida. *Oculus* an absolutos habeat, explorare in mortua non potuit Gesnerus; observavit tamen, totum oculum ab inferiore palpebra tegi, cujus foramen in comparatione ad reliquû corpus, erat per exiguum. *Ælianus* *Caput* murænæ simile habere scripsit. *Femina*, aliquando capta ex Gesneri descriptione, erat dodrantalis, crassitudine scyralis, cute admodum nitida. Meatus in medio ventris apparebat, quo compresso, ova velut immatura exibant. Infra ad caudam meatus erat excrementi: Oculorum cavitates magis quàm oculi conspiciantur. Deinde squamæ majusculæ magis caput quàm reliquum corpus tegebant.

Natura. Tam velociter repit ac lacerta *Chalcidica*. *Arist. H. A. ca. 1.6. c. 13.* Fætus vivos more viperarum enititur. Percussâ unâ à Gesneri uxore, fætus vivi *Columella.* ejecti sunt. Præ multitudine fætuum, uterum ipsis aliquando dehiscere, *Plinius & Aristoteles* prodidere. Virus bubus esse lethale apud *Columellam* legimus, Remedio caro ciconiarum, quæ Cæciliâs vorant.

Vfus In Medicina adhibuit *Osvaldus*. *Theriac.* *Gesner. in Epist.* in cam namque ex Cæcilijs & aqua theriacali paratam, pro sudorifero in pestilentia exhibebat.

Differētia. Bellonius in *Terrestrem* & *Aquaticam*, sed nullo argumento nixus distingvit. Potest in *Vulgarem* & *Crassiores* dividi, quarum icones damus. Lusitani *Cegæ* nomen, serpenti indiderunt, quem Brasilienses *Ibyara*, Tapuyiæ *Bodty* vocant, Crassitiem minimi digiti æquat, longitudine unum pedem & duos digitos circiter. Color est albus splendens instar vitri, & annulis & elegantibus lineis notatur, coloris brunni aut ærei. *Oculos* habet minimos & vix conspicuos, hærent in cute, instar punctuli acuti. Non pro-

cul ab extremitate caudæ anum habet, instar reliquor. serpentum. Non facilè caudâ à capite discerni potest, quod ejusdem sint & figuræ & magnitudinis. Tam cauda quàm ore ferit. Sub terra vivit, & eam fodiendo eruitur. Vicitat formicis. Contra venenum illius nullum remedium dari, affirmant Lusitani. Videtur mihi inter Cæciliam & Amphibænam ambigere.

ARTICVLVS XI.

De Cenchro.

Cenchri nomen Latini à Græcis desump- *Amrosin.* *Clere.* Dicitur enim his $\kappa\acute{\epsilon}\gamma\chi\epsilon\omicron\varsigma$, $\kappa\epsilon\gamma\chi\epsilon\iota$ *de serpent.* $\delta\iota\alpha\varsigma\ \omicron\phi\iota\varsigma$, ut apud Dioscoridem legitur, $\kappa\epsilon\gamma\chi\epsilon\iota$ *l. 1. c. 12.* $\chi\epsilon\iota\nu\epsilon$, & $\kappa\acute{\epsilon}\gamma\chi\epsilon\iota\varsigma$, ut apud Nicandrum: $\kappa\epsilon\gamma\chi\epsilon\iota$ *Nomen.* $\chi\epsilon\iota\nu\eta$ apud Varinum: $\kappa\epsilon\gamma\chi\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, & $\kappa\epsilon\gamma\chi\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, ut apud Lexicographos. Dicitur verò ita à milio, seu quod quibusdam notis milij instar exornetur: seu quòd tempore tantum milij appareat, ut Ethymologus reliquit: seu quod florente milio sit perniciosior, ut Aëtio placet: seu quòd calorem milij plantæ referat, ut Avicennæ & Olao Magno placuit. Idè ab aliquibus *Miliaris* appellatur. Nobis prima derivatio placet. Nicander eum $\lambda\acute{\epsilon}\omicron\nu$ & vocat, vel quòd squammæ ejus instar *Nicand in Theriac.* Leonis Lybici sint varijs notis distinctæ: vel quòd caudâ erectâ, more leonino se ad pugnam parat: vel quòd more leonis sanguinem humanum exorbeat. Quidam laculum dixere, sed perperam, ut in sequentibus apparebit. Avicennæ est *Famusus Aracis*, & *Aspis diversicolor*. Alberto, *Arachis*, *Centris*, *Miliaris*, & *Falvisus*, An *Serpa Serena* serpens Siculus, subalbidus, longitudine humanum corpus, brachium circa carpum crassitudine æquans, venenosus ut Massariæ ad Gesnerum scripsit, referri ad eum possit, difficile est dictu, cum nullas notas apposuerit.

Longitudine est duor. cubitorum figurâ *Descriptio.* crassâ in tenuem abeunte, & colore viridi, *Lucan.* ad luteum tendente, qui maximè juxta alvum *Pharsal.* apparet. Lucanus marmor serpentinum Thebis advectum pluribus maculis æmulari scribit. Nicander quoad crassitiem & longitudinem nihil determinat, quòd & grandior & minor reperitur: totum verò maculosum esse ait.

Inveniuntur in Lemno, & Samo, in quibus mons Mosychlus. Hinc Nicander: *Locus.* *Nicander in Theriacis.*

*At qui cum rapidis fervescens solibus æstus
Ardet in horrida se sylvarum devia confert,
Imbellisque rapax venatur Prado bibentes:
Percellit Sai juga, frondosive Mosychli,
Sub viridis quando frigentibus abietis umbris,
Securi recubant, grege circum errante magistri.*

Morsum

Venenū & Remedia. Morsum Cenchri symptomata quæ in morsu viperæ occurrunt, excipiunt: sed in primis aquæ in ventre inferiore, qualis in hydropo generari solet collectio, ut Nicander notavit: ut Dioscorides & Ægineta, putridum primò ulcus, post partium tumor, tandem lethargus. Erasistratus jecur, intestinum colon, & jejunum ingenti putredine corripit credit. Remedia ex illor. Censu sunt, quæ viperino morsui adversantur.

Plin.H. N. l.20.c.22. Commendantur præterea, satureja sylvestris, radix menthæ faracenicæ, gentianæ, & aristolochiæ: maximè verò Ciconiæ caro, & reliqua membra.

Natura. Maximo æstu per montes vagatur: rubos & spinas fugiens per rectum tramitem incedit: & animalia caudâ implicat, a pertisque jugularibus venis sanguinem sorbet.

ARTICVLVS XII.

De Acontia seu Iaculo.

Ambrosin. l.1.c.13. Nomen. Serpens hic ἀκονίτις Græcis ἀπὸ τοῦ ἀκόνιτος quod jaculi instar se vibret. Hesychio est ἀκόνιτις, Nicandro ἀκονίτην, Varino ἀκονίτις. Latini iaculum vocare; Author libri de Natura, serpentem volatē ob celerem motum; Aëtius Cenchritem, Cenchrinam, & Aspidem acontiam; quidam Chersydrum: Sylvaticus Acoran; Abensina Cofezati & Altararat. Lemni incolæ Sagittarium.

Descriptio. Bellonius Observ. l.2. cap.16. Is quem Bellonius vidit, erat tres palmos longus, & digitum crassus. Colore cinereo, sub ventre albo, juxta dorsum squamatus, juxta ventrem laminis munitus. A cervice nigra duæ albæ lineæ per longitudinem dorfi ad caudam usque percurrerant: deinde, maculis nigris oculi figuram æmulantibus distinguebatur, ut benè lenticularis à quibusdam dictus sit. De eo cujus icon in Musæo Senatus Bononiensis habetur ita Ambrosinus. Est crassitudinis baculi, longitudinis trium circiter pedum. Caput habet magnum coloris cinerei, reliquo corpore fusco præter ventrem, qui ad colorem minus obscurum vergit.

Locus. Lucan. in Dialogo de Dipfadib. Non inveniuntur in Germania, ut Agricola prodidit. In Ægypto & Lybia reperiri, Lucianus & Marcellinus prodidere. Visi & in Norvegia ab Olao Magno, à Bellonio in Lemno & Rhodo. An in Calabria & Sicilia occurrant, quod Matthiolo relatum, dubium. Qui inde à circulatoribus deferuntur, & Boæ ac Serperigenæ nominantur, pinnas longas & acutas à capite ad medium usque corpus gerunt, quibus sese in altum attollere possunt.

Venenum. Morsum majora quam viperinum ictum symptomata insequuntur; putredo in pri-

mis & carniū defluxus. Remedia ex capite de vipera peti possunt.

De Natura hoc duntaxat constat, tam in Natura. locis viar. publicar. abditis, quàm in arboribus, capite intra frondes occultato, degere: *Ælian.H. l.8. c.13.* jaculi in modò serpendo ruere, & quidem tam validè, ut spaciū viginti cubitorum transfiliat; & humi jacentem, antequam insiliat, primò sese contorquere.

Fel ejus habet in Medicina usum. *Æ. Vfus.* tius ex eo cum lapide scythico trito collyrium parat, contra diurnas suffusiones.

Albertus duplicis generis esse scribit. *A. Differētia.* Alios mortem sine sensu inferre. Alios diurno dolore fatigare. Ut verò hoc incertum, nec cujusquam autoritate probatum; sic certum est, non unius generis esse. *Tex. Nieremb. mineni enim, quem & Micoatl vocant, serpens H.E.l. 12. est apud Quahuacenses, prælongus & tenuis, cujusmodi etiam caput cernitur, ventre livido, dorso fusco. Vibrat se ex arboribus in homines & hominum oculos. Virulentus est, nec ultra cænum assurgit. Rectà incedit, corpus minime in spiras convolvens. Ille quoque qui in agro Tigrino rustici brachium ita læserat, ut carne nudaretur, baculi crassitudine, & trium vel quatuor pedum longitudine ex genere iaculorum erat. Bononiensium etiam Acontias à jaculo Bellonij differt, Ambrosinus alterum vocat. In Hungaria quoque qui Decurtati vocantur, de quibus superius quædam, in homines eminus, jaculi modo insiliunt. Apud Indos in campis & locis subterraneis inveniuntur, qui velocissimis saltibus serpunt, & homines eo potissimū tempore, quo prolem educant, aggrediuntur. In Hispaniola habentur perexigui, coloris viridis, qui sola cauda arbor. ramis hærent, reliquo corpore propendentes, prætereuntos lædunt. Apud Sabæos versantur coloris rubicundi, longitudine palmi, qui in homines insiliunt, nec tantum ictu, sed & tactu nocent. Scholiastes denique Nicandri sub nomine jaculor. non tantum hos de quibus egimus venire scribit: sed & illos, qui celerrimi & innoxij sunt. Huc pertinet serpens Polpoch, de quo ita Nierembergius. In agris provinciæ Iucatanensis offenditur monstrificum quoddam serpentium genus, tres dodrantes cum maximè longum, brachium crassum, aut fusco ex saturatoque tinctum colore, sed à capite ad quinque unciarum longitudinem nigro & candenti varium, lato & compresso capite, oculis magnis & splendentibus, & caudâ quæ reliquo corpori crassitudine non cedit, non dissimilis scorpionis, nec ungvium terrore ælurorum magnitudini cedit. Nec vero uno tantum modo maleficum est animal, sed caudâ pungens, & ore mordens. Visuntur magna ex parte hi serpentes arbores amplexi: cum verò*

Ælian. l.c.

Nieremb. H.E.l. 12. cap. 48.

Bellon. Obs. culosi: seu quodd celeri cursu ferantur. Bello-
l. 2. c. 51. nius cuiusdā serpentis in insula Lemni me-
Fallop. de minit, quam *Laphiati* vocant, eundemq; cum
tumorib. eo qui veteribus *Elaphis* arbitratur. Facit &
14. & 22. Fallopius cuiusdam quem *Cervonis anguem*
 vocat mentionem; ut & *Cerveri angvis*: sed
 cū illum *Caprimulgum*, hūc *Anzam*, quo no-
 mine apud *Patavinos* angvis *Æsculapij* venit,
 vocet, diversos ab isto concludendum est.

Descriptio. De Descriptione ita *Ambrosinus*. Mona-
 chi qui commentati sunt in *Mesuem* pro-
 mulgarunt serpentes quosdam cervinos si-
 miles esse nigris illis, qui multis in regioni-
 bus, & potissimum in *Apuliā* sunt no-
 tissimi, neque multum veneni participant:
 quapropter per hos fortè *Boas* intelligere
 voluerunt. Nos in *Musæo Illustrissimi* *Se-
 natus Bononiensis*, quod olim fuit doctissi-
 mi *Ulyssis Aldrovandi*, invenimus coloratā
 iconem serpentis, longitudinis trium pedum
 circiter, cujus venter lutei est coloris, & ter-
 gus coloris *Leucophæi*, cum tribus lineis ni-
 gris à capite ad caudam usque percurrenti-
 bus: sub icone hæc nomina extant scripta.
Elope, vel *Elape*, forte *Nicandri*, *Elaphis*
 quorundam, *Laphiati*, incolis *Lemni* insulæ
 apud *Bellonium*. *Elephantias*, forte & *Cer-
 vone*. Quamobrè ut lectores hujus animalis
 figuram contemplari possint, illam hoc in
 loco exhibemus.

Plin. H. N. Morsum ejus volvolosa tormina sequuntur,
l. 32. c. 5. si *Aëtij Elaps*, cū nostro idem est. Contra
 eum, cōmunia auxilia, illa in primis quæ urinā
 cient, profunt. Nec non *salsamentorū* cibus.

ARTICVLVS XV.

De Angve Æsculapij.

Ambrosin. **A** Ngvi Æsculapij nomen à tutelari Æscu-
H. S. l. i. c. lapij nomine inditum est. Dicitur &
16. *Angvis* simpliciter & quasi per excellentiam:
Nomen. quod fortè solus inter serpentes beneficus &
Ælian. H. innocuus sit. *Æliano* est *Pareas*, *Græci* *παρεια*
A. l. 8. c. 12. α & *παρεια* scribunt, seu *παρεια* *πεφωρωμέ-
 νας καὶ μεγάλας παρείας ἔχειν*, quod maxillas
 quodammodo turgidas habeat seu à *παρεια*,
 quæ vox aliquanto *παρεια* mitem & mansuetum
 significat. *Lucanus* *Phariam* vocat:
 nonnulli *Pagerinam*. Apud *Hesychium* &
Varinum legitur *πυρρίας*, à colore sic dictus,
 quæ cum hoc eundē esse vehementer dubito.

Descriptio. *Descriptionem* si spectes, oblongus est sub-
 lutei aut potius porracei obscurioris coloris,
 sed magis circa tergus nigricantis, Pars in-
 ferior albescit pauld in se subviridis. In qui-
 busdam nota quædam formâ crucis ex squa-
 marum ordine apparet, si aliquibus credi-
 mus. *Ælianus* lato ore esse dixit; *Ovidius* illū
Ælian. l. c. qui *Romæ* pestilentix tempore cristis in-
Ovid. Me- signitum, poëticâ forte licentia. *Maxillæ* den-
tam. l. 15. tibus utrinq; multis valdè acutis armantur.
 In cervice duæ parvæ eminentiæ conspiciun-
 tur, inter quas locus vacuus. *Skeleton* hic ex-
 hibemus. In eo sequentia *M. Aurelio* *Seve-*

rino observata. *Larynx* nulla, sed *arteriæ asperæ* *Zootom.*
 caput teres, & tonsum, ut fistula, ubi linguæ *Democrit.*
 radix inde inchoans, in cōfinio scilicet ter-
 minantis maxillæ inferioris. In tunicâ peri-
 tonæide, veliculæ plurimæ oviculorum in-
 star. *Hepar* multo superius ventriculo. Huic
 quidem finietur non illi adhæret *vesicula fellis* è
 vena cavâ descendens. Alterno latere splen
 pusillus, pisum referēs, ruber. *Ventriculi* fun-
 dus corpus universū determinat ferè. *Renes*
 infimi utero proximi, his cava quinque; binos
 insignes ramos mittit. *Intestinum* ferè unū,
 quamvis *Baldus Angelus Abbatius* colon
 distinguit. *Vteri* cornu cavæ applicitum. *Glā-
 dula* oviformis suppostaliceni, fundo ventri-
 culi adhærens; glandulæ autem *cholido-
 chus*, perforans ipsam ad intestinum.

Invenitur plerisq; in locis, *Germaniæ*, *Ita-
 le*, *Hispaniæ*, *Poloniæ*, &c. in *Asia* etiam *A-
 frica* & *America*. In *Italia* tam familiariter
 cum hominib. vivunt, ut & in lectis inveni-
 antur. Idem sæpè & in *Lemno* insula accidit,
 ut apud *Leonem Allatum* habetur.

De *Natura* dici potest, benignum quidem
 esse, & mitem, sed qui irritatus feriret. *Pli-
 nius* per mensem lunā instigari scribit, *Ambro-
 sinus* juvenis cuiusdā exemplum adfert,
 qui cum eum complicare in nodum conare-
 tur, ita admorsus est, ut copiosus sãgvis pro-
 flueret. Excrementa ejus moschi odorē spi-
 rant: vix tamen omnium, aut omni tempore.
Romæ in domibus olim pascebatur. *Nisi in-
 cendijs femina exurerentur, non esset fecunditati
 eorum resistere* inquit *Plinius*.

De *Vsu* ita *Plinius*. Prodest vivus cōprehensus, *Vsus.*
 & in aqua cōtusus, si foveatur ita morsus. *Quin & Plin. l. c.*
 inesse ei remedia multa creduntur, & ideo *Æscula-
 pio* dicatur. *Democritus* quidē ex his monstra quæ-
 dam consicit, ut possint avium sermones intelligi.

Duplicis sunt generis. Alij pallidiores; alij, *Differētia.*
nigredine perfusi quorum icones *damus*. *Wot-
 tonus* totidem *Syriacorum* facit. Alij æris re-
 ferunt colorē; nigricant alij. Morsum tumor
 duntaxat & levis inflammatio excipit. In *A-
 frica*, ejusq; in *Mauritania* monte *Ziz* qui va-
 gantur, prandij tempore micæ de mēsis ca-
 dentes legūt. Tales & apud *Pyrenæos* *Bige-
 rones* haberi, testatur *Scaliger*. In *Norvegia* *Scalig.*
 vaccino aut ovino lacte aluntur, & plærum-
 q; in infantū cunis, fidi ipforū custodes dor-
 miunt: verum si quando incendio domus de-
 leantur, aut pestilentia incolę pereant, in an-
 tris conditi ita se propagant, ut incolis gra-
 ves sint. Hujus generis ille fuit, quem *Marfus*
 quidam *Venetijs* circū ferebat, à *Gesnero* de-
 scriptus. Capite erat eleganti & subflavo, corpo-
 re nigricante maculis purpureis distincto. In
 laterib. linea quædā secundū longitudinē cō-
 spicua erat, quæ paulo supra caudā termina-
 bat, & infra caput, per spacium palmi incipi-
 bat. *Lōgus* erat dodrātes quatuor cū dimi-
 dio, ex plaga orientali delatus. Venenatū non
 fuisse inde patet, q̄ circulator, caput ejus ori-
 d nderæ

indere solet. In Angue super omnestenuis-
simo quem propter innocentiam Neapolita-
ni dicunt *Angioleta*, Bononienses *Bisognola*
sunt hæc singularia. Cor cum cæco quodam
Sever. Zoo- angulo ad basin affurgens, qui cum toto
rō. Demo- corpore & alligato vase figuram refert cal-
crit. p. 368. ceï. *Hepar* bifidum, tum in longum, tum in la-
tum. Uteri cornua sicut & in caprimulgo
angue; talis etiã vulva & vesiculæ duæ sper-
maticæ hinc atque hinc ad eam formam.

ARTICVLVS XVII.

*De serpentibus terrestribus Exoticis,
Indicis imprimis.*

PVNCTVM I.

De Boicininga, seu Teutlacocauhqui.

Exotici serpentes varij sunt, quos hic sub
sex punctis trademus. Sub primo po-
nimus *Boiciningam*, quæ & *Boicinininga* &
Boiquira, Brasiliensibus, *Ayug Tapuyis*, Lusi-
tanis *Cascavela*, & *Tangedor*, Belgis *Raëtel*
schlange, Mexicanis *Teutlacocauhqui* dicitur.
Tres ipsius descriptiones dabo, quia Icones
variant, *Marcgravi*, *Pisonis*, & *Nierembergij*.
Marcgravi est serpens quatuor pedes & tres
digitos longus, *Corpore* in medio crassiori,
versus utramque extremitatem verò attenu-
ato; in medio a. ubi crassissimus, brachium
humanum prope cubitum crassitie æquat.
Venter illius est planus: *Caput* cōpressū, selqui-
digitū lōgū & latū. *Oculi* parvi: *lingua* teres &
bifida. Inter cæteros *dentes*, quatuor habet
reliquis longiores, falcatos, albos, acutos
instar spinæ, quos retrò condere & gingivã
occultare potest. In pelle *squamas* habet, verū
haud talis duritiei. Totum *dorsum* insignitur
catenã pallide flava, hamulis illius figura cu-
bica constantibus, sūmbriatis nigro: *patium*
a. intermedium inter quemlibet hamulum
fufcescit. *Latera* corporis flavescencia cubis
nigris ordine positis variegantur: nimirum
duplex ordo cuborum nigrorum in quolibet
lateri, & cuilibet angulo hamuli catenæ
dorsalis, respondet cubus unus lateralis uni-
us serici, alter alterius seriei respondet, inter-
stitio duorum hamulorum catenæ dorſi. *Ven-*
ter *squamas* habet grandiores reliquis, quasi
parallelogrammas, pallidè flavescentes.
Caudæ a. in extremitate adnatum est corpus
parallelogrammum, paululum compres-
sum, constans quasi hamulis catenarijs
singulari modo invicem aptatis, ut
cymbali modò serpens sonum eo edat, & è
longinquo audiri possit. Quot annorū ser-
pens, tot partes habet crepitaculum hoc.
Serpens decem annorum habet crepitaculū
hoc longum duos digitos aut paulò plus, la-
tum quoq; plus quã semidigitum. Substantia
constat lævi, glabrã, pellucida, sicca, coloris
ex albo & cinereo subfufcescentis. Serpens
est apprimè venenatus, nec Antidotum cog-
nitum contra illud virns.


Piso de Med
Bras. l. 3.

De eodem serpente ita *Piso*. Primo serpens
ille *Boicinininga*, quem *Cascavel* & *Tangedor*


Hispani nominant, propterea quod sonitū
instar tintinnabuli caudã edat, in trivijis juxta
ac devijs locis cernitur, tãque celeriter pro-
reptans, ut volare videatur. Huic tam pern-
cioso colubro, benigna natura, cautionis
quasi gratiã, nolam addidisse, ut illius sonitu,
admonitus quilibet tempeſtively sibi caveat
à vicino hoste. *Brachij* est crassitie, longitu-
dine interdum quinque pedum, *lingvã biful-*
ca, dentibus longis & acutis, colore fulco, & ad
flavum vergente. Quotannis articulus, quo
inſtare solet, in cauda crescit, cujus extre-
mitate in anū hominis immiſſa, mortem in-
fert confestim; venenum a. quod ore vel dē-
tibus infert, multo lētius vitam tollit. Ex vul-
nere mox sanies cruenta effluit, caro livet,
ulcuſq; paulatim serpit. Ad remedia extrahē-
tia, vulnus dilatantia, scarificationes, cucur-
bitulas, & si pars læsa intercipi possit, ad vin-
cula festinandū, idq; junco lacape cui reme-
dio maximè fidunt Brasiliani; sin minus, cau-
terio utendum est. Interim dum veneni qua-
litas ad cor penetrat, curandum ut interius
præmuniatur *Tipiocæ* haustu, sudoresque e-
vocantibus infiltrandum. Præsentissimū præ-
cæteris remedium, quod *Barbaris*, cōtra hu-
jus aut qualiscunq; serpentis morsus restat,
est ipsius nocentis caput, quod contundunt,
contusū emplastri forma vulnere calens ap-
plicant: cui remedio simul addunt, in omni
fere morſu. salivam hominis jejuni, qua per-
petuo partem affectam demulcent. (*Plinius*
l. 7. c. 2. *Galen.* l. 10. *simplic.* *Scaliger* in *Histor.*
Animal. l. 11. c. 18. hanc salivæ vim quoque a-
gnoscunt) A deo q; his duobus Antidotis ni-
tuntur, ut desperent, si in illis voti compotes
non fiant. Ego hæc & similia remedia, quæ
longa illis experientia dictavit, jubente ne-
cessitate, lubēter sum imitatus. Nō intermit-
tendo tamen ea quæ à venerãda antiquitate
& authoribus nobis sunt relicta. Ne nimium
temere hisce novitijs, aut pertinacius veteri-
bus viderer ad harere.

Nieremberg *Dominam Serpentū* vocat, *Nieremb.*
& hæc de ea habet. Non sine naturæ usu rep-
Hist. Exot.
tilia sunt: nec minus majestaté creatoris hu-
l. 12. c. 1. militate suã exaggerant, non minus bonitatē
peſte suã. Scit pessimis Deus juvare, scit vene-
no mederi: liberalem medicina opē è noxijs
istis usurpat. Ex ordium occupet atrox serpē-
tum genus, *Teutlacocauhqui*, seu *dominã ser-*
pentum *Barbari* vocant, *viperam* Hispani, sive
ob similitudinē capitis sive pestis. Anvis hic
quaternos pedes aut amplius longus, & hu-
manū, ubi mediocriter crassus est, latus: *dorso*
eminēti, *viperino capite, vërre* ex albo palleſ-
cēte, *laterib.* opertis, cãdentib. *squamis*, fascijs
tamen pullis per intervalla intermixtis, *dorsū*
fufcū est, luteis tamen lineis sese in ipsã spi-
nã secantib. insigne. Multę sunt ejus serpētis
differētia, nō plurimū inter se distantes, & ictu
mortē inferētes, nisi celerrime præſidijs oc-
curratur. In spiras, irritatus, aut cōrectatus
ac in-

Boicuniga .




Boicinininga aliter .




Boiguacu .




Ibiboboca .



Iararaca .



Amore pinima .










Serpens Indicus . Nieremb .

Tab.vii




Domina

*Serpentum
Nieremb .*



Mater Formicarum Clus .

*Serpens Peregrinus ampu-
tato Capite
Clus .*



æ inæqualiter caput contorquet, sed ita si-
bi undique cavet, ut nullâ non parte se vindicet ab injuriâ. Excogitatum est ic̄ta humare mēbra terrâq; obuerē, & ita manere donec omninò cesset dolor, aut morbus sit curatus: prospero magnâ ex parte eventu. Per saxa fertur celeri cursu, at per terrestria plana que (quod mirum videtur) non aded: Ob quod Mexicanorum quidam à *vento* nomen indidere, vocantes *Hoacoati*. Quot annos natus est, tot accedunt caudæ perstreptentia sonalia, posteriore in parte caudæ vertebrarum instar connexæ. *Oculi* sunt nigri, mediocris magnitudinis. *Dentes* habet supernâ maxilla caninos, quib. jaculatur venenum; utroque a latere oris quinque parvi dentes supernæ maxillæ insunt, sed qui faciliè conspici à quolibet aperto ore queant. Et sinuosè graditur, ictus, toto corpore hiantibus rimis fatiscit, & viginti quatuor horis transactis à morfu animam dicitur agere. Apprehensos caudâ, Indi, qui eos venantur, tuto tenent appendentes: tamen torquentes collum, perstreptentes sonalibus, corpus illuc hucque jactantes, ac nihil non molientes, ut pœnas de venatore sumant. Narrant multi, qui eum serpentes domi alere solent atque educare, annum integrum durare atque cibo ullo potuque, abscisumque caput decem aut amplius dies ferunt apud Panucenses in femoris crassitudinem, & longitudinem incredibiliter adolefcere. Norunt cicurari posse permulti, qui eos domi alentes habent in delicijs. Venenum jaculatur caninorum tubulis; cavi n. sunt. Nec desunt, qui affirmant, vivum parere etsi falsò, quemadmodum ex aliorum narratione constat. Cum læsus irascitur, sonalibus concussis vehementer perstreptit, erigitque collum non sine adstantium timore, nec tamen mordet, nisi compressus aut incitatus. Caninis in usus medicos servatis, pungunt Mexicani Medici collum cervicemque, doloris capitis placandi gratiâ, pinguedineque animalis omnium ferè nocentissimi, lumbos perungunt, sedando illorum dolori, aliasque corporis partes dolore infestatas, ac discutunt præter naturam tumores. *Edunt* Indi eorum carnes, ac verissimum esse statuunt, corticalium carnibus, esse præstantiores, ac gustu gratiores. In teo cõvoluta quantum velis, tenui raroque, ita tepescit illa feritas, ut vel à puero quolibet circa formidinem, aut noxam ullâ deferrî possit. Ajunt *caput* hujus serpentis alligatum collo, instar viperini, gutturi morbidò ferre suppetias; Febrientibusq; medentur puncturę serpentium omnium, quibus natura appendet sonalia, humano stercore duarum unciarum pondere, ex quâ congruenti propinato, aut commanso, *picietl*, & admoto vulnere, item corniculis cujusdam arboris vulgaris novi orbis tuis, atque applicatis. Est etiam

huic malo cõvenientissima Chipato ac provenit in calidis locis Novæ Hispaniæ ubique ferè. Est & alius serpens, *teutlacoutraubqui* quoque nuncupatus, quinq; dodrautes interdum longitudinem superans, & humerũ crassitudine, nec dissimilis alteri ejusdē nominis tum formâ, tũ veneni atrocitate, præterea etiam & sonalibus, in quæ finitur cauda: sed hujus color pullus est, vergens in luteum, pallidis maculis (quod alteri quoque contigit) oblique sese interfecantibus. Ajunt eam esse veneni hujus vim, ut non ictu tantum, verum contactu quoque officiat: unde sortitum nomen.

PUNCTVM II.

De Ibiboboca & Boigvacu.

IBibobocam & *Piso* & *Marcgravius* describunt. Ille ita de ea. *Ibiboboca* Brasiliensibus, angvis pulcher, Lusitanis *Cobre de Corais* appellatur, *Marcg. hist. Brasil. l. 6. cap. 13. Piso Med. Brasil. 4.* duos pedes longus, pollicem autem crassus, colore niveo, & nigris, rubrisque maculis variegatus. Morfus illius venenatissimus, non extēplò vitam depascitur, sed tardè se promovet. Sanatur emplastro è capite serpentis cõcinnato, & efficaciter appositò. Pulvis plâtae *Nhambi*, tũ & succus foliorũ *Caapeba*, & *Cajatia*, vulnere instillatus, extrahit virus.

Exactius paulo *Marcgravius* suum depinxit. Ita n. de eo. *Ibiboca* Brasiliensibus; *Cobra de Coral* Lusitanis: serpens duos pedes longus & pollicem humanum ferè crassus, ubi crassissimus; nam uersus posteriorem partem teres est, & acutus, instar subulæ. Totus venter est albus & splendens: *dorsum* & latera tineta. *Caput* habet squamulas albas cubicas, ad oras nigras, hinc cinnabria sequitur macula, cujus squamæ per oras nigra, & ita semper rubra macula est, hinc sequitur nigra, hinc alba, iterũ nigra hinc rubra & sic deinceps. Rubra macula plus uno digito est longa, duę albæ & tres nigrae simul sumptæ sesquidigitum longæ, æquales inter se: nigra a maculæ totaliter sunt nigrae, albarum autem oræ nigrae, venenatus est serpens.

Boigvacu aliquot species habet *Marcgravius*, quas ejusdē verbis exhibemus. *Boigvacu* Brasilianis *Cobra de Veado* Lusitanis. Erat pel- *Marcg. Hist. Brasil. l. 6. cap. 13.* lis septem, & semis pedes *Rhyndicos* lōga, in medio corpore undecim digitos lata, sensim uersus caput & caudâ in angustiorē latitudinem vergens, ita ut eo loco quo caput abscisum, tantum circiter quatuor digitorũ latitudinem haberet, & in caudæ extremitate paulo minorē. Tota autē pelis squamis erat tecta certa serie dispositis in ventre majorib. in dorso minorib. ut in omnib. serpentibus: Elegantissime autē erat variegata; nēpe per mediũ dorsũ secundum longitudinē maculis nigris, q̄ cathenę cujusdã majorib. partib. cõstatis figurâ quasi referebāt, ad latera autē utrinq; palmũ inter se distates maculę nigre rotundæ sere, in quarũ centro albo macula itidē

rotunda, magnitudinem autem hæ macule habebant majorem imperiali: inter hæsc, attamen extrailarum ordinem, versus ventrem iterum utrinque duæ series minorum macularum nigrarum discurrebant. Ejusdem coloris & similibus maculis accipiebam Septimo Augusti 1638. Sed majorem priori, crassities n. corporis medij erat tredecim digitorum, longitudo a. octo pedum & supra. Eiusdem speciei unum accepi vivum tertio Augusti 1638. similibus maculis; longum quinque pedes & quatuor digitos; crassum vero, ubi crassissimus, semipedem. Carnem habebat albam angvillæ similem. Cor exemptum è corpore per quadrantem horæ subsilicbat. In postica parte corporis, septem digitorum intervallo ab extremitate caudæ duos breves ungues habebat quasi avium, circa anum nimirum. Duplicem ordinem dentium acutissimorum, in utraque maxilla. Caput latum & supra oculos in duo tubera elatum.

Eiusdem speciei ingentem accepi sexto Octobris 1638. inquit *Marcgravius*, cujus longitudo erat octo pedum & semis; crassities ubi maxima, quindecim digitorum: eratque valde nigro & albo variegatus. Carnem habebat albissimam & pinguem. Carnem sepelivi, & ossa post quadrimestre spatium exemi pro sceletio. Pellem tomento replevi. Spina a. dorsi ossibus constat, & costæ dura spina. Duplicem ordinem habebat dentium in utraque maxilla, quæ itidem duplex erat. Dentes sunt acutissimi, paulum incurvi, acus pectinum referentes, splendide albi coloris, instar matris perlarum politæ: serpens hic vocatur à Brasiliensibus *Boaguacu*, i. e. magnus; nam vidi qui integram capream deglutiverat. Non sunt venenati & caro illorum comeditur.

Alterius speciei mihi allatus decimo quinto Novembris 1639. cujus longitudo erat quatuor pedum & unius digiti crassities, ubi maxima, quinque digitorum. Squamis in ventre argentei coloris splendidissimi, reliquo corpore, nigro & albo variegati. Cauda quasi è sex annulis composita erat argenteis. Sex acutos dentes habebat in utraque maxilla.

Habuit etiam ferrei plane coloris & in ventre albi, longitudine trium pedum aut circiter, crassitie ubi maxima, duorum digitorum. Habitat in ædibus & ova gallinarum exforbent. Sæpius inveni in ædibus & extra planè virides, duos aut tres pedes longos, crassitie digiti articularis. Amplum his os & nigra lingua: suntque admodum venenosi, vocantur à Brasiliensibus *Bor obi*.

Piso eundem serpentem paucis nobis ita exhibet. *Boiguacu* sive *Iiboya*. serpentium omnium facile maximus, peccus ferè hominis crassus, Lusitanis *Cobre de*

Veado dictus, quod Dorcades integras devoret, idque sugendo potius, quam masticando. Ex horum genere quidam octodecim vel quatuor & viginti pedes reperiuntur longi: Cineritio, spadiceo variegato sunt colore. Non æque veneno, ut multi alij, turgent. Carne eorum non solum Indigenæ & Nigritæ, sed & nostrates vescuntur. Famicus hic angvis vel ex dumetis profilit, caudæque suæ nitens, horrende se erigit & strenue cum feris & hominibus luctatur, & sibilat irritatus, vel ex arbore insidiosè in viatorem defilit, eumque validissimis cingit amplexibus, ita ut vel sola complexione incrimat: nec minus validi atque feroces existunt duo ingentes illi *Arabo* & *Cucuraciu*, hominibus æquè ac capreis insidiantur. Quippe omnes hujus generis solidis vertebrais & costis præditos ex Anatome animadverti. Ictus eorum vix censetur venenatus, & per se aliquando, etiam si nullo vel leviori saltem adhibito remedio, curatur. Ita ut hi inter non venenatos serpentes, de quibus passim auctores multa testantur, debeant numerari: quibus Caninana, Macina, & Vicia annumerare licet, quod nihil vel parum saltem hominibus noceant.

His similes sunt serpentes in Regno *Nierëb. H. negæ*, si *Aloysio Cadamusto* credendum est. *E. l. 12. c. 43* Duorum n. pedum mensuram excedunt: alas, nec pedes habent ut serpentes, alioquin immensi, & tantæ quidem vastitatis, ut integras capras hauriant, nec lancinent, solidè devorent. Ferunt incolæ, serpentes hujusmodi congregari statis anni diebus, & migrare in loca quædam, ubi formicarum est vis magna, quibus & color albicans quæ suapte natura humiles quasdam casasinstar specus serpentibus extruunt.

Nam ore terram portant, & ferruminant absque calce. Diceret *clibanos* aliquos vel *ruscula* in ordine disposita. nam ex hujusmodi casis videbis centum & quinquaginta continenter subordinatas, ut alteram sequatur altera, miro naturæ ordine. Sed & contumax viribus serpens quidam est *Thema*, cui *cabuilia* enim idem est, atq; cum *Nieremb. H. Ex. l. 12. cap. 41.* quinque pugnans; in obvios n. impetum facit, eaque vi opprimit, ut si collo semet se advolverit, strangulet interimatque, aut salvo homine ipse coluber dirumpatur suo obnixu. Qui hujus naturam novere, eum deludunt, opposcentes arborem aut aliud cujus nexu dirumpatur, putans comprimere hominem, ut ita tandem convulsus intereat.



Piso Med:
Bras. l. 3.

PUNCTVM III.

De Boitiapo, & Iraraca.

Marçg.H.
Bras.l.VI.
cap.14.

Boitiapo Brasiliensibus; Lusitanis *Cobra de cipo* serpens septem aut octo pedes longus, brachium humanum crassius: Teres ac in postica parte instar subulæ acuminatus; coloris olivæcei, in ventre flavescens. Vestitur squamulis elegantibus quasi triangulatis. Vicinat ranis; Est venenatus. *Iraraca* brevis est hic serpens raroque semicubiti longitudinem excedit, venis quibusdam in capite prominentibus instar viperarum, & haud aliter quam ille stridens: rubris & nigris maculis insignis, cæterum terreo colore: Ejus morsus venenatus non minora adfert symptomata, quam vel reliquorum serpentum, exceptis ijs qui lentè & clam vitam depascuntur. Ipsa fera postquam vulnus infligit, à cute, cauda, capite & intraneis repurgata, & in aquâ radicis Iurepeba, cum sale, oleo, porro, anetho & similibus cocta, à vulneratis comeditur, magnoque illis solet esse præsidio. Convenit denique præ cæteris, *Caatia*, quæ merito *Herva de Cobras* dicitur, quod foris & intus exhibita, hujus aliorumque serpentum morsus facile restituat. Idem feliciter præstant acini arboris Suibira, contusi & morsibus applicati.

PUNCTVM IV.

De Caninana, Serpente mansuetissimo, Apochycoatl, & Alatis.

lifo Medi.
ras.l.3.

Caninana Serpens, ventre est flavo, dorso autem viridi, octo circiter palmos longus, inter minus venenatos habetur: ovis vicinat & volucris: Capite & cauda resectis, ab Afris & Americanis comeditur. De peculiari illius Antidoto, nihil adhuc certi affirmare possum. Vulgaribus alexipharmacis sive Europæis, sive indigenis supra enarratis, malum si quod infert facile expugnatur. Familiare autem illud decoctum antidotale, ex radice Iurepeba, cû paxillo salis huic alijsque morsibus vel puncturis venenatis sæpe applicandum est, nec non fructus Ananas viridis, isque in cataplasmatis modum contusus. Denique si necessitas ulterius urgeat, pars læsa scarificetur, moxque vivus gallinaceus pullus imponatur.

Nieremb.
H.E.l.12.
cap.40.

Alii vidimus ab Indis, ait Franciscus Hernandez deliciarum gratiâ, *colubros* quosdam virides, qui allati ab agris, pollicari tantum magnitudine, in femoris crassitudinem amplentur & adolescant. Ubi pro antro est illis dolium stramento indulgentiæ gratiâ

emollitum, ubi magnâ ex parte quiescunt, vivuntq;, nisi cum edendi est tempus. Tunc n. egressi cubile, aut humeros heri amice conscendunt, benevolè terrifici animalis amplexus tolerantis, aut è pistillis, in medio contracti in spiras, rotamque magnam æquant, innocentissimi vescuntur oblati, atque quiescunt.

Serpens quidam est apud Pamerenscs *Nieremb.* quinos prolixus cubitos, & quattuor digitos latus, Squamis nitidis, albo nigroque variantibus colore: *Apachycoatl* vocatur, & morfu minime exitiali.

Alati serpentes in Floridâ reperti alis eatenus instructi, ut posse tolli è terrâ & volare demissè viderentur. Americus Vesputius quoque invenit Indos piscatores, qui serpentem alatum craticulæ lignæ impositum assabant. In tugurijs complures ejusmodi serpentes vivos habebant, quorum pedes vinculis alligati, faucesque funibus constrictæ erant, ne quid hominibus noxæ inferrent.

PUNCTVM V.

De Bojobi, Tetrauchcoatl, Tleoa seu igneo, sanguineis & Trinhutli.

Bojobi Brasiliensibus, Lusitanis *Cobre Verde*, ulnæ est longitudine & pollicis crassitie, coloris porracei & pulchre micantis. *Piso. Med. Bras.l.3.* Edificijs gaudet, neque ulli nocet nisi irritanti: morsus tamen illius venenatus, remedio quamvis eximio vix cedit. Radix a. illa nodosa herbæ Caapia contusa & ex aqua pota, summopere prodest, cæterisq; herbis Antidotibus, facile palmam in hoc casu præripit. Miles quidam gregarius anguem hunc inter arbuscula latitantem, dum pede forte conterit, ab eo in femore demorsus, paucis post diebus, toto corpore tumefacto & livescente, deficiente radice Caapia, cæterisque remedijs frustra adhibitis, præsentibus commilitonibus, quam miserimè expiravit. Idem videtur cum illis de quibus supra ex Hernando.

Tetrauchcoatl serpens est tres dodrantes longus, ac digitum crassus, cujus ictus pestilens est; *dorsum* nigrum, *venter* candescens ex pallido, & rubescens infernâ caudâ, *venter* a. & cauda punctis nigris conspersa, *caput* nigrum, ac torque circumcinctû luteo. Remedium morsus est, ictum locum sugere, sed commanso prius picetl, ne venenum nocet at præsidium adferentibus, quod etiam velut egregium antidotum admovere expedit vulnere: nec solum adversans illatæ noxæ, sed ipsis quoque serpentibus infensum & inimicum.

Tleoa s. igneus coluber angvis est sesquidodrantem longus, ac digitum crassius squamis albis, nigris, fulvis, fuscisque distinctus. Caput est viperæ nostratis capiti simile, caudaque juxta finem subito attenuata, intervalloque binum tantum digitorum, quæ definit in sonalia. Leihalem infert morsum, urentemque unde evenit ei nomen. Cum incedit, in latera utrimque se convolvit, ac lento procedit gressu. Contra ejus morsum ajunt conferre tusam radicem herbæ, quam vocant ancota. Idem auctor scribit de thecoat, s. ignito serpente: Coluber est sex dodrantum mensuram adolescens, triumque digitorum crassitudinem. Vivit montanis locis, & lethalem infert morsum: color est fulvus, sed dilutior circa ventrem, ac vergens in cinereum sinuosè incedit, in utraque sese latera contorquens, vivit in montibus Teportlanicis.

Nieremb.
H.E.l. 12.
cap. 31.

Sunt tamen *alij serpentes*, qui aspectu referant ignem, octo pedibus longi, colore sanguinei, qui noctu inflammati apparent, ut ignis aliquis videatur, quemadmodum Antonius Herrera prodidit. Scribit quoque Franciscus Hernandus vocari *cumcoat* colubrum, qui nocturnis tenebris splendeat, qui & letifer morsu, quatuor longus cubitos, & brachium crassus.

Serpens est Panucinus, longus ac latus, albis & nigris distinctus maculis, trinitulili vocatus, quod caudâ, quæ præacuta est, lethaler pungat.

Nieremb.
H.E.l. 12.
cap. 46.

PUNCTVM VI.

De quibusdam Veterum serpentibus.

PRÆter hæc quæ jam enumeravimus serpentum genera, sunt & alia apud veteres obvia, quæ difficulter ad jam explicatâ referri possunt. Facit Ælianus cujusdam *Hyane* dicti mentionem, quem utriusque sexus participem esse narrat. Altero anno marem, altero faminam observari. Ad stipulatur eidem Orus. Nicander quosdam *Libyas* angves inter innoxios recensuit. Suidas scribit de *Argolis* serpentibus, quos Alexander Argo Pelasgico Alexandriam deferri, & in flumen pro extingvendis Aspidibus conjici curavit. Gesnerus *Mergolos* e iam nominat, ex Africa delatos; sed qui & qualis sint, non addit. A Hefychio & Varino *τοξικος ειδος φεος* nominatur.

Nicand. in
Iberiacis.

Clitarchus etiam, referente Æliano, serpentes in India sedecem cubitor. generari scribit: alios etiam multò minores pigmentis distinctos. Virtus enim à capite ad caudam pertinentes habere, alias æreas, alias argenteas, nonnullos rubras, alias aureas,

Ælian. H.
A.l. 17. c. 2.

easdemque celerrimè pestifero ictu interire. Meminit & alterius, puniceo coloris, quem forte *Porphyrum* Ælianus vocat, Strabo, apud Indos dodrantali magnitudine, capite candido, dentibus nullis, quem venatores in montibus meridiei obversis, ex quibus Sardius eruitur, indagant. Non mordet, sed vomitu ejus conspersus locus subitam contrahit putredinem. Quapropter, caudâ suspensus, duplex veneni genus eruat; alterum nigrum & speciem electri referens, quod à vivo ejicitur: alterum simpliciter nigrum, de ore animantis prodit. Illud grano sesami exhibitum, cerebrum per nares excutit: hoc tabem inducit.



CAPVT II.

De Serpentibus Aquaticis.

ARTICVLVS I.

De Hydro seu Natrice.

Tantum de Terrestribus serpentibus, sequuntur *Aquatici*, nempe *Hydrus* seu *Natrix*, *Natrix torquata*, *Natrix rubetaria*, *Boa*, *Hydrus marinus*, *Scolopendra marina*, & quidam *Exotici*. *Hydrum* ἀπὸ τῆς ὕδατος ab aqua nempedici, clarum est. Cretensibus est *καρογὸς*; alijs *ἐνυδρος*, quod nomen generale est de illis quæ in aquis vivunt; Nicandri interpreti *χέρεστρος*, quod in aquis & terrâ divagetur. Latini vocant *Hydrum*, masculum, *Hydrum Athen.* H. A. feminam, cujus nomen Ælianus Dryino im-
l. 8. c. 13.
posuisse videtur, dum ait Hydras in Cercyra genitas, maligno flatu hominem persequentem reprimere; *Natricem* à nandi peritia; *Colubrum aquaticum*, quem tamen Plinius, dum jecur colubri aquatici & hydri tritum lithiasi subvenire scribit, ab Hydro; distingvit; *Lutricem*, denique, quod apud Gazam legitur. Belluacensis & author libri de natura rerum, Naderæ serpentis Germanici meminit, crassitudine brachij, colore ventris luteo, & dorso virèti, halitu adè noxio, ut in cortice virgæ recenter cassæ, & ori admotæ, vesicæ fellæ excitentur; imò fulgens gladius lingua veneno inficiatur, quod ad summitatem usque gladij deferatur. Pede hominis vulnerato, venenum statim in totum corpus penetrat. Ideo ictus confestim suspenditur, ne ascendere possit.

Ambros. l.
1. c. 17.
Nomen.

Pulcherrimos serpentum in orbe terrarum Plinius facit; sed nullis serpentium inferiores veneno. Nicander caput planum & humile adscribit, & dum terrestrem squalidum prodit & decolorem, videtur aquatico pulchritudinè vindicare. Alioquin aspi-

Descriptio.
Plin. H. N.
l. 29. c. 4.

aspidem formâ referūt; cervicem si excipias, quæ non ita lata conspicitur. Cinereo quoque sunt colore, & quibusdam maculis spectabiles, *Lingvam* bifidam habere, (falsoduas ponunt) commune illi cum alijs serpentibus.

Locus. Stabulantur in Cercyra teste *Æliano*, in lacu Mycleo, circa Terracinam in Italia: in palude Agnani inter Puteolos, & Neapolim, quos ipsi vidimus; in aquis calidis & Thermalibus. Idem redemptores balnearum ad Limagum lacum; laminas ferreas crebris foraminibus pervias emissariis obdunt, ne alveos subeant. In aquis etiam corruptis plerumque reperiuntur. Adventante hyeme subterraneas cavernas eligunt, in ijsque ad vernum tempus latent. In aquis autem precipuè versantur; exsiccatas terram petunt, victus conquirendi gratiâ. Extra aquas etiam ova parere, *Aristoteles* prodidit.

Gesner. de serpent. De victu hoc tradit *Virgilius*, piscibus & ranis vesci, gulososque esse. Unde *Nican- der* λήχης vocavit. *Virgilij* verba sunt.

Virgil. Georg. l. 3. Est etiam ille malus Calabus in saltibus anguis,
Squamea convolvens sublato pectore terga,
*Atque notis longam maculosus grandibus al-
 vum.*
*Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, &
 dum*
Vere madent udo terra ac pluvialibus Austris,
*Stagna colit, ripisque habitans hic piscibus a-
 tram*
*Improbis ingluviem, ranisque loquacibus ex-
 plet.*
*Postquam exhausta palus, terraque ardore de-
 hiscunt*
*Exilit in siccum, & flammantia lumina tor-
 quens*
Savit agris, asperque siti, atque exterritus
astu.

Aratus in Phenom. Rectè ergò *Aratus*, ranas hydrorum cibum dixit. Fallitur tamen sæpe ab *Ægyptiaca*, quæ *Chersydrum* eminens conspicata, frustum arundinis transversum arripit & gestat ne deglutiri possit: nec ille tam aperto ore ut utrumque absorbeat.

Natura. Ad Naturam duo spectant, venenum, & lapis quem in capite gestat. De veneno abeunt in diversa auctores. *Cardano* nihil venenati habent, si per vipersas undam inco- lentes, *Chersydros* intellexit *Cælius Rhodiginus* in terra sæviorem, minus in aqua fa- cit. At *Ælianus* ex *Apollodoro* tam perniciosum scribit, ut & cadaveris ejus contactus perimat. *Plinius* nulli hac in parte serpentum generi inferiorem dicit, ut supra allatum. *Columella* denique, exsiccata u- liginè, in qua Natrices morabantur, cæcos

sæpe morbos contrahi, quor. causas Medici perscrutari minimè possint, addit. Ut ut sit, *Dædalus* & *Euridice* Orphei uxor, icu *Chersydri* perijsse traduntur. *Lapis* à deglu- bito evomi creditur. *Quidam* eum caudâ suspensum folijs lauri suffiunt, & per Deum ut lapidem eiciat, orant, quod non minus superstitiosum quàm blasphemum est. *Hollerius* vas aqua plenum suspensum subijcit; lapis ejectus totam absomit. Sed de eo a- libi.

De veneni signis ita *Nican- der*.

Pessima quas fecit plagas hæc signa sequun-
 tur.

Arida tota cutis circum putret horribilem-
 que

Elevat aspectum, magni ignitique dolores
 Tandem hominem interimunt, mox plurima
 pustula surgit,

Ac alia ex alia bullæ se parte rependunt

Et miserum diris turbant affectibus agrum.

Adde his, vomitum cholerae fatidæ, quem vel tertiâ horâ, vel tertio die mors ex- cipit: vulneris dilatatio & nigredo, ex qua nigra & fatida sanies extillat, quod apud *Ætium* & *Abensinam* habetur. *Morsui* *Diofcorides* origano trito & eum aqua subactò, vel *Cortice Aristolochiæ*, radiceve quernâ, occurrit: *Ægineta*, nasturtio sylvestri, aut *asphodeli* fructu, vel semine *fæniculi*; *Plinius* ipsorum hydrorum jecore & *eryugio*: *Apulejus* verbenacæ: *Actius* theriacâ, *mithridatio*, & *drachma* nucum cupressi, cum aqua portione baccarum myrti, & melle aut vino: *Celsus*, panace, prasio, & *atureja*: *Abensina*, emplastro ex calce, *calamintha montana*, *Cortice radice quercus* & oleo parato. *Parus* in quodam admorso, qui cum manu ori admota, vulnus luxisset, in tumorem quoque linguæ, & brachij, cum dolore ingenti & *syncope* inciderat, *theriaca* ad sudores, & vulneris elotionem feliciter usus est.

Magni est in Medicina *usus*, si veteribus, & recentioribus credimus. Ex dente *denticalcium* odontalgiam sedat, si eo scalpentur. Duo superiores superiorum, totidem inferiores inferiorum dolorum mitigant, alligati. *Adipe* *Niliaci* peruncti à *Crocodilis* non tanguntur. *Iecur* lithiasi medetur. *Spolum* suffitum uteri prolapsui & sedis prodest; quod ab *Encelio* proditum. *Cinis* in olla luto probè circumlita, igne sarmentor. vitis cremati, cum oleo permixtus ad strumas à *Sylviola* laudatur. *Lapis* *hydropi* vehementer conducit, si genuinus est. Talem esse scribit *Gesnerus*, si *conchæ* æneæ aqua plenæ circumligatus, quotidie cotylas duas, seu uncias decem ejusdem absumserit. *Venenatos* vermes fugare, *Camillus Leonhardus* *Pisaurensis* prodidit. *Sumptum* lapidem vesicæ perfringere fabulantur quidam.

Veneri signa & me-
 dela.

Usus in Me-
 dicina.

Plin. H.N.
 l. 29. c. 4.

Camillus
 Leonhar. l.
 3. de lapi-
 dibus.

Pauca

Differētia. Pauca de Differentijs occurrunt ; Alij sunt *Vulgares*, quales sunt illi qui circa thermas Porrectanas versantur, & interdum ab ore fontis cum aqua exeunt. Aut sunt planè innocui; aut si nocent levem dūtaxat tumorem aut inflāmationem morfu inferunt. Alij sunt *Venenati*, & magnitudine pro ratione locorum differentes. In flumine enim Argade ad Perficam Sittacem sitō, copiosi sunt, capite albo, reliquo corpore nigro, quatuor cubitorum longitudine inveniuntur, qui interdum sub aquā latent, noctu aquantibus exitio esse solent. In lacu infano, qui ter singulis diebus saporem mutat, primò amarus, mox falsus, tandem dulcis evadit, vicenū cubitorū conspiciūtur. Anno M. CCC. XCIX. die vigesima quinta Maij, sub Ponte Ursæ amnis vicenum cubitorum visum, Gesnerus ex chronicis Tigurinorum M. SS. author est. In lacum Anianum mense Iunio multi invicem permixtorum globi, se præcipitant. In Lybiæ desertis tam perniciosus est hydus, brevis ille, caudā tenui, circa collum gracilis, ut omnino partis læsæ amputationem requirat. Agricola Boam, domesticam natricem appellavit.

Agricola de Animal. subterrā.

ARTICVLVS II.

De Natrice torquata, & Rubetaria.

Ambros. H. S. l. c. c. 18. **N**atrix torquata nomen à circulis quibus tanquam torquibus superior animalis pars circumdatur, invenit. Scholiastes Nicandri πολυσεφείας vocat, seu multis coronis insignes: alij & μυάγρης seu μούθηρας, quòd muribus vescantur, & ὄροφίης, quòd circa domorum tecta versentur, vocant. Apud Aristophanem, Φεισὸι κρηροί, domuū custodes dicuntur. *Nerophis* est modernorum Græcorum vocabulum, *Serpens niger* à Matthiolo impositum nomen. In Italia aliqui *Carbonarium* vocant.

Descriptio. Descriptionem ex Ambrosino dabimus, de qua ille ita. Aëtius Myagrū veterum describere videtur, dum inquit, hunc angvem ex crasso in tenuem caudam abire, lato capite esse præditum, & mures comedere, neque morfu necare, sed inflammationem tantum inducere. Hujus natricis iconem ad vivum expressam servamus in Musæo Illustrissimi senatus Bononiensis, ubi tenuis conspicitur circa collum & caput, crassior penes circa ventrem, qui postea in caudam admodum exilem finit. Color tergi nigricat, circa alvum, color inter luteum, & viridem est medius lineis nigris virgatus, hujus a. nota insignis est in collo; nam maculæ candicantes è pallido, instar torquis, circulum tamen non absolventis apparent. Inter utraq; maculas in

summo cervicis angustū est interstitium duarum formā squamularum, ubi maculæ utrinque quasi triangulari figurā in acutum desinunt. Deinde maculæ nigræ splendide utrinque etiam post torquem singulæ conspiciuntur.

Natura. De Loco & Natura & alijs pauca occurrunt. In pratis uliginosis, aquis, & sterquilinijs stabulari solent. Muribus vicitant, & ideò circa Lucarnum atque Verbanum lacum non interimuntur, quòd iisdem vineas purgent. Vaccarum ubera sugere, & postea sanguinem sequi, Flandri prodidere, quod veteres Boæ tribuunt. In fimetis quandoque pariunt. Gesnerus quandam mense Majo quatuordecem peperisse vidit; constitutione anni pluviosā, & ijs gignendis commoda. Per ora dormientium irrepere, vapore lactis fervidi illectos, iterum egredi, quorundam traditio est. An verum sit, homines in quorum os intrarunt suaviter canere, penes lectorem sit iudicium.

Huc *Natrix Rubetaria* spectat, quæ vocem *Differentia* sonoram & rubetarum æmulantem edit. Maculosa est valdè, & venustate admiranda, sibiloque à rusticis agnoscitur. Poloni *Padalica* vocant. Ictus remedium patientis pedem, in terræ humidæ scrobe per diem naturalem sepelire. Iconem & sceleton exhibemus.

ARTICVLVS III.


De Boa.

DE Boa serpente paucissima occurrunt. *Ambros. H. S. l. c. 19.* Nomen accepit, non tam ab effectu, S. l. c. 19. quod bovem integrum deglutire possit: quam quòd armentorum greges sequatur, & rigua] vaccar. ubera fugat: & ita lacte bubulo alatur. Salmasius à voce δῶης, quæ Ægoliobus Bæoticis βῶης deducit. δῶτης verò urinator est.

In ingentem excrescit molem, ita ut sub Imperatore Claudio ex sententia Solini, occisa fuerit, quæ integrum infantem in alvo gestabat. In Calabria in eam magnitudinem crescere posse, verisimile. Nam & M. Antonius Cuccinus Episcopus Anglonensis ad Thomasinum scribit, quadraginta & Thomasini sex ab hinc annis, in agro oppidi S. Archangelii, Anglonensis diæceseos, à pastore scolo-pii ictu interfectum; qui armenta & greges depascebat, cujus mandibulæ, duorum ferè palmorum longitudinis, in templo Dei paræ de Urfeolo appensæ exhibeantur. Morfu inflammationem duntaxat inducere, communis est opinio.


Huc *Angvem Caprimulgum*, quem *Cervo-Severi* ne vocant de quo duplex est M. Aurelij Zoot. De Severini quantum ad Anatomica, illa sin-gularis, observatio, quàm cum iconibus 36.

addo,






*Serpens Marinus flauui Coloris
Maris Suedici Aldro.*



*Scolopendra Marina
Aldro.*




Scolopendra Marina amethystini Coloris Aldr.



Serpens American,

Indicus



addo, referre libet. Prior se ita habet. *Larynx* exerta atque conspicua quacunque cordis diductione: sub larynge *lingua* per meatum ultro citroque excurrens. Quod sibilum ergo edit, ne quidem mirum. Hæc n. velut fistula coniecta in infernam genam mediam recto ductu videtur. *Dentium* ordo supernè quadruplex, infernè duplex. *Oculi* veluti vitrei. *Aspera arteria* parte anteriori circulis cartilagineis, posteriori membranâ tenui & ampla satis constructa. *Oesophagus* latissimus pro corporis ratione. *Ventriculus* item amplus, in quo reperitæ aviculæ tres nidacæ. *Cor* viscerum omnium primum & supremum apparet: Nam sunt & inferiores eo *pulmones*, qui cavi & fistulosi sunt, ductu eodem quo *aspera arteria*. *Magna arteria* descendens reversivi duo rami, alter ad *oesophagû*, alter ad *pulmones*. *Vena cava* in parte hepatis cava; *porta* verò in gibba. Hæc postquâ fines hepatis excesserint, committuntur, & non ante distinguuntur quam ad *testium* confinia pervenerint: ubi primum *spermatica* vasâ prominentur: *Fellis vesica* longe infra hepar, duplicem ductum habet; alter à portâ insertus τῆ ἐκφύσει per mediam quandam glandulam, forma & figura tonillæ humanæ; cujus & à latere *splen* visitur parviculus satis & ex rubro candicans. Alter verò vesiculæ fellis tampus, ab eadem glandulâ ad basin dictæ vesiculæ procedit, mediâ membranâ cum corpore vesicæ adalligatus. *Testes* situ dispares; nam dexter superior, ad quem mittit aorta *spermaticum* & varicosum ramum, colore albidum unum; minores deinde alios huic oblique mittit infernè. Idem in sinistro. Sed ramus *spermaticus* à vena cava simplex est participatus ab utroque teste. *Renes* infra testes consistunt, ex multis quasi renibus conflati.

Ab arteria magna rami conspicui descendentes oblique ad testes utrosque. *Vterus* hac figura tibialium vestimentorum instar. *Cerebri* forma eadem est, quam observavimus. In alio *Caprimulgo angue*, hæc observata. *Pulmo* internè cavus, oblongus, veluti faccus ubi primum inchoat hepar, definens mox per vesiculâ ad renes usq; descendens. *Fel* sub stomacho, convolutus gyris: huic adhæret *splen* (verius n. credo, quam glandula) ex albo rubescens, parvus terefque, velut exile pisum. *Vesica* oblonga, flatu plena, sub visceribus naturalibus piscium modo, continuo ductu descendens à pulmonibus ad renes. Causam afferebat F. Thomas Campanella nostras, quod cum certis quibusdâ motibus assurgat hic serpens, copia spiritus egebat, in longinquo aliquo corpore, quatenus attollere & sustinere se sursum posset. *Omentum* à fine hepatis ad usque anum. Inter nervosam & car-

neam ventriculi membranam *glandulæ* militares. *Vterus* non intestino, sed huic intestinum incumbit quâ cervicis medium. *Venæ* renis ramus in principium uteri, intra cujus membranas miro quodam artificio vesica latitat parva. *Masculorum* nota, cauda prolixior, crassior, solidior; maribus penes duo spinosi, quemadmodum viperæ. *Vterusque* item spinosus duplici cornu. Quorum utrorumque fines in acutum definentes cum caudâ finiunt, & pari ejusdem gracilitate. Aspritudinis finis delectatio. *Larynx* è faucibus exerta; credo equidem, eo naturæ consilio, ne per amplos deglutitus præfocaretur animal.

ARTICVLVS IV.

De Hydro marino, & Scolopendra marina.

DE Hydro seu serpente marino in Tomo *Ambrosii H.* de Piscibus libro primo, Titulo primo, *S. l. i. c. 20.* capitis secundi articulo quinto dictum est: *Hydrus marinus*, hic pauca duntaxat ibi omissa adiciemus. Et de *Loco* quidem addi potest, nusquam in aquis dulcibus inveniri, & ab illis quos Aristoteles ibi reperiri ait diversos esse: tum quod illos parum ab aspide distingvi dicat: hi veri congruo corpore & colore sint similes: tum quod illi veneno noceant, hi innoxij sint: tum denique, quod illi pulmones habeant, hi branchias. De *Natura* hoc duntaxat occurrit, captum, si dimittatur, arenam rostro quam primum adacto terebrare, subireque totum. Quantum ad *Differentias*, dantur qui & è mari in terram egrediuntur, qualem circa Abydum in parvis quibusdam alveis seu canalibus falsis Bellonius invenit. Ejus qui in Balthico seu Suetico mari flavi coloris, teste Olao Magno versatur, iconem hic apponimus. Cum radice lilij adhibitum Plinius contra urinæ incontinentiam commendat.

Scolopendra marina propter similitudinem *Scolopendrum* terrestri nomen obtinuit, quasi ἐχέσα δρα. *σκόλοπα ἐν ἡδρα*, quod in extremo, quod *Ambrosii H.* caudæ loco est, corniculum quasi radius at *S. l. i. c. 21.* que impactus aculeus superemineat. *Mari-* *Arist. H. A.* num anguem æmulatur; & terrestri secundum *Aristotelem* minor est, coloreque magis rubens; nisi in loco mendum cubet, quod *Vottonus* suspicatur, sic enim ne minorem quidem hamum deglutire posset, quod tamen facit. Gillius digiti longitudine se vidisse asserit. Alberto animal quadraginta quatuor vocatur, cum tot pedes habere videatur. De *Natura* hoc duntaxat occurrit, quod apud *Aristo-*

Plin.H.N. Aristotelem & Plinium extat, hamo devorato omnia interanea evomere, donec hamum egerat, deinde resorbere. Addit Gillius, *l.9.c.43.* Arist. *H.A.* *l.9.c.37.* ob tetrum odorem piscatoribus infestissimum esse; quod hamum ab ea actum, *Ælian. H.* pisces vitent. Morsu urticæ instar urit, ut *A.l.7.c.30.* *Ælianus* prodidit: qui etiam adjecit, sputo *Ælian.H.* hominis interire, & rumpi. Duarum hic *A.l.4.c.22.* exhibemus icones, ad cubitum fere accedentes; quarum altera est *nuda* instar angvis, altera pedibus hirtis & coloris amethystini.

ARTICVLVS V.


De serpentibus Exoticis Acoatl & Maripetis.

Nieremb. berg.H. *Exot. l.12. cap.7.* **A**Coatl dicitur serpens aquatilis (alij *Mioccoatl*, quod imitetur colore spicam Maizij) qui etiam vivum parere fertur. *Dentibus* parvis est, & innocenti morsu: longus quinque dodrantes, pollicem crassus; tænijs nigris & cyaneis alternis distinctus supernè; in ferne verò cyaneus est, capitis superna nigra, inferna lutea, latera cyanea. In paludibus regionum temperatarum invenitur.

Nieremb. H.Exot. l.12.c.44. *De Maripetis* ita idem. In Orientali India nonnulli angves, ut fallant instans senium aut fatum, post certum tempus petunt mare: ubi concussâ in undas caudâ, & velut flagellante, scinduntur in multos ramos velut pedes: quâ astutiâ miro naturæ miraculo evadunt in genus quoddam polypi, tam simile illis quos Lusitani vocant *poluos*, ut fallant ignaros. P. Christophorus Borrus enarravit mihi (*verba sūt Nierēbergij*) se vidisse quosdâ Lusitanos, cepisse in India aliquos, rati *poluos* esse, ut ijs sedarent famem: incolas tamen admonuisse ne facerent, noxios esse, nec *poluos* suos esse, & distingvi pedum numero, nam angves illi impares illos habent.

Bembus Venet. Hist. l.6. Huc ponemustum illos qui sesquipedales, eximij coloris, in Cuba insula vivunt, & *Boquatrara* vocantur: tum eum cujus iconem à Pellicerio observati Rondeletius exhibet. Terrestris angvis specie est, colore rubro, cum lineis obliquis & sinuosis à dorso ad ventrem ductis, eamque lineam à capite ad caudam secantibus. Scissura oris non admodum grandis, dentes acuti & ferrati, branchiæ opertæ, squamosi piscis instar. In dorso à capite ad caudam ferè, quædam veluti capillamenta tenuia, pariterque in alvo. Claudant agmen illi qui in flumine Americano Urquaja, quatuordecem passuum longitudine, duarum ulnarum latitudine, capitibus super undas eminentibus natant, & homines natandi vel bibendi cau-

sa flumen accedentes caudâ involutos in eundem trahunt.



Historiæ Naturalis

De Serpentibus

LIBER II.

De Draconibus.

TITVLVS I.

De Draconibus in genere.

DRaconis nomen non tam *παρά το δῶν* *Ambros. A.* *ἄχος*, quod magnam hominibus molestiam creet, ijs intensissimus; quàm *παρά το δέξεν*, quod visione valeat, venit. Græci *Δράκοντα* vocant. Syrenas alibi dictos apud Isidorum extat, & in Arabia alatis tale nomen.

In *Descriptione* non benè convenit authoribus. Abensina & Aëtius asperrimis *squamis* obfitos, magnis *oculis*, pelle *superciliorum* loco eminenti, cum pelle *barba* instar sub mento, amplo *ricu*, *linguâ* exerta, *dentibus* magnis instructos faciunt. At Solinus a deò parva ora habere scripsit, ut mordere non possint: id est, non dehiscencia ad morsum: *Dentium* quoque numerus in controverso est. Claudius Minos sedecem ponit. Nicander triplici ordine dispositos. Eidem Draco est colore nigro, ventre subviridi cum palearibus sunt mento rufi coloris. Philostratum si sequimur, montanorum juvenes modicam gerent cristam, ætate provecti grandiosem, & crocei coloris barbam: palustres cristis carere. Plinius verò expressè. *Id modò mirum, unde cristatos l.8.c.13.* *luba crediderit.* Circa Atlantem mediâ corporis parte crassescunt, cauda & collo gracilimi. *Leo African. l.9.*

In Africa in primis & India reperiuntur. Nam Plinius apud Æthiopes Azachæos, Strabo apud Hesperios; Leo Africanus in specubus Atlantis; Solinus in montibus Æthiopiæ ardentibus meridici obversis; Philostratus circa Gangem flumen; Abensina in partibus Nubiæ; in provincia Caraja Paulus Venetus; prodidit. In Calecut multos adolescere, alij authores sunt. Bellonius ex quadam Arabiæ parte in Ægyptum alatos deferrî scribit. Nicander in Pelethronijs ad Pelium in Thessalia montem, vallibus quendâ olim stabulatum. Fuisse & ad Cracoviam, in historia Polonica legimus.

Famè diutissimè ferre possunt. Semel cibû aggressi, difficillime satiantur, ita ut reb. venenatis, herbis, pomis in primis, quor. succo alyum

Victus.

Arist. H. A. alyum laxant, vescantur : nausea ex illis vexati, lactuca sylvestri sibi medentur. Ova serpentum spectanda arte sorbent. Aut enim

Plin. H. N. solida hauriunt, si jam fauces capiunt, quæ deinde in semet convoluti frangunt intus, atque ita putamina excutiant : aut si tenerior est, & catuli adhuc ætas, orbe apprehensa spiræ, ita sensim vehementesque præstringunt, ut amputata parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur sorbeant. Simili modo avibus devoratis solidis (dicuntur hos spiritu copioso de stabulis egressi attrahere) contentione plumas & ossa revomunt. Aristoteles sumptum ovum iterum atq; iterum sibi admoveere, quoad summam partem rectam statuunt, & tum, parum contractos se colligere, ut distento corpore, haustum ovum deorsum labatur, dixit.

Ælian. H. A. l. 2. c. 21. *Phile in Lambis.* Herodotus capite maris in fæminæ os infero coire fabulatur : mutuo complexu congregi verisimile est. Afri ex lupæ cum aquila congressu, Draconem erumpere, rostro & alis patri, caudâ matris similem, corio serpentino, multisque maculis versicolore, nugantur. Quidam fætus vivos parere docent ; alij ova, quod de Ternatensibus Balthasar Diaz scripsit. Utrumque faciliè concederem.

Arist. H. A. l. 8. c. 4. De Generatione vix habeo quod scribam, quia & apud authores nihil ferè occurrit.

Generatio. Herodot. in Thalia. Herodotus capite maris in fæminæ os infero coire fabulatur : mutuo complexu congregi verisimile est. Afri ex lupæ cum aquila congressu, Draconem erumpere, rostro & alis patri, caudâ matris similem, corio serpentino, multisque maculis versicolore, nugantur. Quidam fætus vivos parere docent ; alij ova, quod de Ternatensibus Balthasar Diaz scripsit. Utrumque faciliè concederem.

Antipathia Geopon. l. 9. c. 5. *Arist. H. A. l. 9. c. 1.* Inimicitias cum Aquila & Elephante gerit ; aded ut Geoponicorum author prodiderit, non stabulari ibi Draconem ubi sterces aquilæ inveniretur, auditoque alarum ejus strepitu, in antrum aufugere, Ælianus scripsit. Dimicationem cum ea ita Nicander describit.

Hunc petit invisum, magni Iovis armiger hostem,
 Cumque genis parat acre suis ex æthere bellum,
 Pascens in sylvis quam primum viderit illum
 Quod totos serus is nidos cum mitibus ovis
 Et simul ipsa terens, & vastans pignora perdit.
 Non timet hoc serpens, immò quodam impete durus,
 Profiliens, ipsamque Aquilam, leporemque tellum
 Extrahit ex rapidis, vi fraudeque fortior unus.
 Cautam malum declinat avis, sit ibi aspera pugna ;
 Vt queat extortam victor sibi tollere prædam,
 Sed frustra elapsam, & volitantem hinc inde volucrem
 Insequitur, longos sinuum contractus in orbem,
 Obliquoque levans forsum sua lumina visu.
 Quomodo cum Elephantibus dimicent,

Plin. H. N.

in horum historia scripsimus. Quæ de Gryphibus apud Philostratum habentur, fabulosa sunt.

Venenum habere nonnulli negant : solo inficere halitu, cuius exemplum apud Aristotelem legitur. Tempore Philippi Regis Macedonum inaccessa ideò montis cujusdam Armeniæ via, extinctis demum Draconibus patuit. At Gesnerus & Stumpfius venenatos probant. Propè Niderburgum oppidum, cum se Dracones in quodam fonte abluissent, quicumque post ex eo bibere, alvo tumefactâ moriebantur. Is qui Helvetiam à Dracone supra pagum Wilverstabulantem purgavit, sanguine ejusdem conspersus, occubuit. Morsum dolor partis & fætor excipiunt, vulnusque paucum fundit sanguinem. Laudat Plinius gramen ; Aëtius remedia quæ in aliorum ictibus adhibentur, præscribit. Ponzello caput abscissum, pelle nudatum & impositum placet.


Circa Mores observa, vigilantes esse, & ided non tantum auditus exquisiti, sed & visus acutissimi. Aurimicis si quas invenerint, incubare, Philostratus prodidit. Rem aliquam aggressuri ingentem sibilum edunt. Vernam nauseam lactucæ sylvestris succo adstringunt. In Æthiopia quaterni & quinque inter se cratium modo implexi erectis capitibus velificantes, ad meliora pabula Arabiæ, fluctibus vehuntur. Indies majorem adipiscuntur vigorem, & ad extremam senectam perveniunt. Homines adoraturi mortiferas radices comedunt. Cicuri denique solent. Heraclides Philosophus exarmatum habuit, qui gradienti & quiescenti canis instar adistere solebat.

Æthiopes eis vescuntur, quod vitrei sint eorum carnes coloris & maximè refrigerent. Vesputius etiam, cum extra fortunatas insulas navigaret, populos quosdam similibus draconi animalibus demptis alis in cibo uti vidit. Ægyptij serpentibus vescuntur, ut Galenus scripsit. Quantum ad Medicinam, commendat ad fugandas venenatas bestias adipe Plinius : eadem in ulceribus illatis utitur : Cum melle commisto, inchoantes caligines sanat. Caput si gestetur, à lippitudine præservare scribit. Os ex spina dentium dolores sedat. Reliqua nugatoria sunt. De lapide alibi agemus.

Differentiæ Draconum à magnitudine, loco, colore, figurâ & venesica qualitate sumi possunt. Magnitudo pro ratione natalis soli variat. Marcus Paulus Venetus decem cubitorum in provinciâ Carazon stabulari dixit. Tempore Philadelphi duo quatuordecim cubitorum ex Æthiopia Alexandriam delati fuere. Hieronymus unius XV. cubitorum meminuit. Ælianus in Æthiopia XL. Octavianus Augustus L. cubitorum Romæ aluit, &

Ælian. H. A. l. 15. c. 21 populo ostentavit. Tempore Alexandri vilius in India LXX. longus. Apolyfares LXXX. cubitorum nutrit. Strabo, centum reperiri, scripsit: jugeri in Macra juxta Iordanem longitudine, & tam altum, ut duo equites hinc indelocati se conspiciere non possent. Taceo Posidonium qui de quodam propè Damascum, centum quadraginta pedum scribit: Gellium, apud quem de illo, qui M. Attilij Reguli exercitum infestavit: Egnatium, qui de cujusdam intestino centum viginti pedes longo prodidit. *Loci* ratione sunt alij *montani* qui grandiores, & acriores, cristis insigniuntur: alij *palustres* qui tardi motus, caput vix attollunt, & cristis carent. *Color* si spectes, sunt Aërio, nigri, rufi, cinerei; Nicandro ventre subviridi: Philostrato tergo nigri; Homero rubicundi: Pausanix fulvi; Lucano aurati.

Philost. l. 3. de vita Apollonij. c. 2. Homer. Iliad. l. 12. Lucan. Pharsal. l. 9. *Figura* sunt variæ. Sunt auctori libri de natura rerum Draconcopades, facie humana, vultu venusto, reliquo corpore tortuoso: inter quos & ille qui primos parentes seduxit, censetur. Sunt subus similes, corpore graciliore, rostro validissimo, dentibus aprinis, ut apud Aëtium legimus. Sunt in Congo arietis magnitudine, alati, fulvi, oblongi rostri, crudis carnibus victitantes. Sunt ad Gangem, si Philostrato credimus, quorum oculi, lapidis preciosi instar, coruscant. Sunt apud Plinium, pedibus anserinis: apud Thebanos cornu munitissimi, in regione Carajam quidam qui tantum anteriores pedes habent: alij qui pedum loco duabus unguis armantur, ventre enormi, rictu amplo. Dari *Alatos* nullum dubium; eosque membrana ab anterioribus ad posteriores instructos, quam in volando expandunt, dum quiescunt ad alvum colligunt. Sanè tales Aristoteles in Æthiopia, Lucianus in Lybia, Iovius in Georgiana, Bellovius qui & cadaver conditum habuit in Ægypto, ponunt. Cardanus duos Lutetix bipedes vidit. Solinus, circa Arabix paludes versari observavit. Visus & in Florida tam exiguis alis, ut vix se à terra attollere possit. De iisdem quoque apud Pomponium Melam, Ciceronem, & Herodotum habetur: qui ab Ibdibus in Ægypto perimi addunt. De *Venenorum* differentiis habet. In monte Atlante solo contactu interimere, capite & caudâ graciles, sed ventre adeò immanes, ut vix sint ad rependum idonei. In monte regni Narvingæ, qui in arboribus versantur, obruit perimunt. Unde quidam in *arboreos* & *Chamodracones* distinxere.



TITVLVS II.

De Draconibus in specie.

CAPVT I.

De Draconibus non alatis.

ARTICVLVS I.

De Draconibus non alatis apodibus.


PVNCTVM I.

De Basilisco.

DRacones optimè in *non alatos* & *alatos*: illos in *apodes* & *pedatos* distingvemus. *Apodes* sunt *Basiliscus*, *Draco Pythius*, & quidam *Exotici*. *Basiliscus* Latinis *Regulus* vel quod *Nomen* terrori alijs Draconibus sit, vel quod diadema in capite gerat, ut Festus, habet, dicitur. Sibilo ejus reliquos terreri, & prædam *Ælian. H. A. l. 2. c. 7.* derelinquere, apud Ælianum legimus. *Descriptiones* ejus variæ habentur. Galenus *Galen. l. de Theriaca ad Pisonem Plin. H. N. l. 8. c. 21.* facit flavum, triplici apice frontis decorum. *Abensina*, ad flavedinem & nigredinem vergentem, capite valdè acuto, oculis admodum rubentibus. Plinius XII. non amplius digitorum magnitudine, candida in capite maculâ, ut quodam diademate insignem. *Grevinus* ex Nicandro III. palmos longum, corpore flavo, tribus eminentijs superbum. Alas nonnulli tribuunt, sed exiguas & absque usu. Ille qui in Marchia, in Abbatis Zinnenensis ditone propè Lucken Waldam interfectus est, erat acuti capitis, flavi coloris, tres palmos longus, & valdè crassus, caudâ in latus turbinata, alvo notis candidis distincta, ore magno, tergo ad cyaneum tendente, prout eum Encelius descripsit. Addit pastor, circa paludes divagari, ranis, serpibus & alijs animantibus vesci, vaccas sæpè interimere, & lacte delectari. Formatur & ex Raja, prout exicone videre est. Servantur in Musæo Bononiensi. In Cyrenaica nasci prodidit Plinius; Africæ proprium *Ælian. H. A. l. 3. c. 31.* *Generatio*.


De *Generatione* vix quicquam compertum. Ex ovis Ibdum prodire posse, Ægyptijs creditum: ex ovo galli in lutamine sepulto Alberto: figurâ, gallo, caudâ exceptâ, futurum scribit: ex ovo galli decrepiti, vulgata sententia; ex sylvestris Encelio proditum. Quid sentiendum sit alibi dicemus. Quomodo formari à gallo intra ovum possit, cum utero destituatur non video. Incubasse à gallinis posita,

*Basiliscus, siue regulus Greuini .
Aldro .*




Ouum galli putatum Aldro.


Ouum galli natum Regii anno 1628 Aldr.




*Draco Apicios Greuini
Aldro .*



Hydra septiceps Ges. Aldro .



*Hydra septiceps
Aldro .*






*Draco ex Raia effictus
Aldrou .*




Draco alter ex Raia


*exsiccata concinnatus .
Aldro .*



*Basiliscus in solitudine Africae vivens
Aldro .*



*Basiliscus ex Raia effictus prone' et supine' pictus
Aldro .*



Antipathia posita, non diffitcor. Inimicitias gerit cum *mustela gallo, insectis* & alijs *Serpentibus*. De

Plin. l. c. *Mustela* ita Plinius. Huic tali monstro (sæpè enim enectum concupivere Reges videre) *mustelarum virus exitio est*: adeò naturæ nihil placuit esse sine pari. Iniiciunt eas cavernis facile cognitis soli tabe, necant illæ simul odore, moriunturque, & naturæ pugna conficitur. *Mustelis tantum vinci dixit Solinus*,

Solin. c. 27 quas illinc homines inferciunt cavernis in quibus delitescit. Vistamen ne defuncto quidem deest. *Ælianus galli præsentiam pertimescere dixit*: ideo iterantibus per

Ælian. H. A. l. 3. c. 31. *Africam comes*. Mori quoque sic anentem audivit, addit. De *insectis Solinus*. *Basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni comparaverunt*. Ut ædem Apellis manu insignem, nec araneæ intexerent, nec alites involarent, cadaver ejus reticulo aurea suspensum ibidem locarunt. De *Gressu* habet Plinius, nec flexu multiplici ut reliquos corpus impellere, sed celsum & erectum in medio incedere. Cum movetur, mediâ corporis parte serpere, mediâ arduum & excelsum esse, scripsit Solinus.

Venenum. Necat frutices, inquit *Plinius*, non contactos modò, verum & afflatos: exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum quondam ex equo occiso hastâ & per

Plin. H. N. l. 8. c. 21. cum subeunte vi, non equitem modo sed equum quoque absumptum. *Solinus* verò tradit, non hominis tantum vel aliorum animalium exitijs datum, sed terræ quoque ipsius, quam polluit & exurit, ubicunque ferale fortitur receptaculum, Denique extingvit

Solin. c. 27 herbas, necat arbores, ipsas etiam corrumpit auras, ita ut aëra nulla alitum impunè transvolet infectum spiritu pestilenti. Intuitu interimere, vix crederem, quis enim primus vidisset. Halitus pestilens interitus causa, qui per aërem diffusus, homini se insinuat. Ideò *Nicander*.

Tam teter vacuas odor hinc exhalat in auras,

Atque propinquant penetrant non segniter artus.

Lucan. Phars. l. 9. *Venenum etiam per tela currere, & manum invadere apud Lucanum habetur*.

Dioscor. l. 6. c. 55. *Morsus ex inflammatione, vulneris flavedine, & capillorum defluvio colligitur*. Id *Dioscorides*, ex *Erasistrato*; hoc *Aëtius* prodidit, Remedio est colubrinum lignum, quod ex insula *Zeilan* adfertur. Adhiberi

Clus. Exot. l. c. 44. ibi contra serpentem coronatum, qui *Hispanis Cobras de capolo* dicitur, & sine ducio *Basiliscus* est, *Carolus Clusius* prodidit. Animalculum etiam quod ibi cum eodem pugnât, eo sese munire observatum.

Differètia. Quidam tria *Basiliscorum* genera constituit, *Helyochryson*, qui quæ vidit accedit, & in-

flamat, aurei coloris; *Chrysocephalon*, capitis aurei qui quod videt perterrefacit & occidit: & *Hematiten*, sanguinei coloris, ad cuius ictu carne animal nudatur. Sed has ego fabulas esse puto. *Encelius* in *Sylvestres* & *Domesticos* distingvit. De reliquis ita ex *Cardano* *Ambros. de Ambrosinus*. Recitat *Cardanus* quod circumulator quidam Serpentem, in macerij cap. 2. domus dirutæ *Mediolani* inventum servabat, qui caput ovi magnitudine, & pro ratione corporis prægrande habebat, dentes in utraque mandibulâ viperinos, corpore & formâ stellioni simili. *Pedes* illi inerant duo, cruraque breviora: unde constabat non satis proportionatum animal à naturâ fuisse fabricatum, cum longitudini corporeæ quatuor pedes necessarij fuissent. Tales pedes erant magni: Et *ungulis* veluti folium muniti, *cauda* longitudinem totius animalis adæquabat, cujus extremitas capiti stellionis æquali erat prædita. *Cardanus* ex genere *Basilisci* hunc fuisse credidit: Siquidem dum stabat, gallo similis esse videbatur, nisi quod corio, & non plumis tegebatur, alisque carebat. Denique in volumine de ostentis observatur icon cujusdam *Basilisci* in solitudinibus *Africæ* stabulantis; quæ quoniam est figura animadversione digna, diciturque animal, sibilo, halitu cæteras animantes necare herbasque exsiccare: libuit ante legentium oculos talem iconem repræsentare.

PUNCTVM II.

De Exoticis, nempe Dracone
Pythio, & Serpentibus
Bambæ.

DE Dracone *Pythio* pauca occurrunt. Putatur ita dictus, quod post *Deucalionis* diluvium ex putredine terræ natus fuisset. *Suidas* *Delphinem* etiam fuisse dictum testatur, quod ex *Apollonij Argonauticis* habet. Ratio nominis à *Delphici* oraculi custodia sumpta est. Dicitur habuisse os triplicidentium ordine armatum, oculos magnos, & visum acutum, magna sub mento palearia, & corpus ex flavo rutilans. Fuere tamen & virides & cærulei, ut apud *Statium* videre est; *Cyanei*, quod *Claudianus* reliquit. *E. l. c.* eminentibus fulgidis & duris squamis tegebatur. Iconem ex *Grevino* damus. Ex terra post *Deucalionis* diluvium genitum *Poëtæ* fabulati sunt. Ideò *Deucalionæus* dicebatur. De *serpentibus Bambæ* ita *Nierembergius*. *Serpentes* sunt magnitudinis horrendæ, si conferantur cum nostratibus, & præcipuè *palustres*, quorum aliqui longitudine 25. & in latitudine 5. *spithamas* excedunt, ventre tam capaci, ut totum cervum,

aut aliud ejus magnitudinis animal unâ vice devorent. Ex aquis egrediuntur & partim eò redeunt; unde & ab incolis *magna natrices* appellâtur. Ascendunt qualvis altissimas arbores, in quibus vagabunda animalia, quasi è specula contuentur: & ubi ea visum quærentia accesserunt, summâ vi se in ea demittunt, atque ita & morsu, & mole occisa, in solitudinem aliquam vicinam tracta, tota cum pelle ossibus & carnibus deglutiunt. Et sæpius etiam accidit, ut cibo nimium repleti, quasi ebrij reddantur, & in somnum maximum incidant; ita ut puer etiam illos occidat; durat hæc satietas ac somnolentia per quinque aut sex dies continuos, post quos demum experrecti, ad consuetas suas venationes redeunt. Pellem statim temporibus mutant. Aliquando etiam nimiam dilatione ex cibo nimio rugosam ante tempus exuunt, quæ inuenta, homines in admirationem, quæ inuenta, homines in admirationem, belluæ magnitudinem inde cognoscentes, rapit. Magni ejus carnes tostas faciunt Æthiopes, & gallinarum habentur multum delicatioris, sed vix eas adipisci possunt, nisi cum aliquando nimio calore incenduntur sylvæ, & tum omnes, quæ à suis lacubus, aliquando fuerunt remota, semitostæ inveniuntur, & in magnis habentur delicijs. Viperæ præterea inveniuntur ibi ad eò venenatæ, ut moysi ab ijs, post 24. horas summo cum dolore moriantur. Incolæ itaque diligenter se muniunt herbâ, quam ejus antidotum esse norunt.

Idem de illis & Iaricus prodit. Quod autem addit, esse quoddam genus, in cauda rotundam lagenulam, quæ dum se movet, strepitum edit habens, ad illum quem Teuhtlacacahuqui vocari diximus, referendum est.

PUNCTVM III.

De Bitin, & serpentibus Senegæ.

Nieremb.
H.E. l. 12.
cap. 18.

AD Exoticos quoque spectant *Bitin* & *Serpentes Senegæ*, Incola montanorum locorum *Bitin* est, aspectu serpens terrifico, nigris punctis, rubeis ac candidis, vitulino capite, amplâ fronte ad usque oculos, qui nigri sunt lucidique, sed virenti circumdati iride, rictu oris magno, munito multis & acutis dentibus, caninis quaternis, digitum prolixis, sese mutuo invicem excipientibus, quatuor ulnarum longitudine & crassitudine hominis. Conscendit arbores, unde se vibrat appensus caudâ: Rapit boves & apros, & alia hujus generis animalia, devorans ea quandoque integra, ex hoc venatu vivens. Amat in lulam Cubu, visusque est in Insulâ Lutaij à militibus Hispanis, cum vellent na-

ves exonerare. De *Serpentibus Senegæ* superius diximus.

ARTICVLVS II.

De Draconibus non alatis pedatis.

PUNCTVM I.

De Hydra.

DRacones non alati pedati, sunt *Hydra* Nomen. & *Draco bipes Bononiensis*. *Hydra* nomen Plantus in à πὸ ἴδραλος accepit. Virgilius belluam *Lerna* Perseo. à lacu *Lernæo*, in quo à Hercule interfecta Eurip. in dicitur: *Plautus Excedram*, seu ut *Isidorus* Hercule *Excedram*, quòd uno capite detruncato, duo furente. vel tria excrescerent vocavit. *Euripides* νύνα dixit.

Plurimum capitum esse, Poetæ fabulantur. Descriptio. *Enνεακέφαλον Alcæus*, *Πενήκοντακέφαλον*, *Simonides*. Unum habere *Pausanias* prodidit, quod verisimile: magnitudine à reliquis hydris discerni. Quarum Icones appolimus, arti ortum debent. *Vna* visa *Venetijs* in thesauro *Principis*, incredibilis ob raritatem pretij, ut *Gesnerus* ex amico accepit, septiceps. *Altera* est *Equitis* de *Corneto*. *Allatam* A. C. 1530. mense *Januario*, *Venetias* ex *Turcia* totidem capitum, *Regique Gallorum* oblatam, icon testis est. *Visa* ibidem non multis ab hinc annis *bipes*, sex ungvibus armata, ut *Ambrosinus* reliquit. *Lato* valdè corpori, septem artificio singula- Ambros. *ri* formata capita, annexerant. *Cardani* Hist. serpēt. illa, quam *Meona Pisanus* fictitiam sectione *l. 2. c. 4.* comperit; medium *Caput* longius & crassius Cardan. gerebat, viperar. omnia æmulabatur. *Oculi* de subt. l. 9. post aures, hiatus maximus, dentes canini; lingua lati, *Colla* maculosa erant. *Cauda* toto corpore dimidio longior; pedes ungvibus parvis armati. Magnitudine cuniculum æquabat. Color sub ventre candidus, circa dorsum flavus, seu viridi dilutus.

Apud inferos stabulari Poetæ dixerunt, *Virgilius* in primis. *Pausanias* sub *Platano* quadam ad fontem *Amydone* altam scribit. *In lacu Lernæo* *Argivis* & *Mycenis* contermino vixisse, vulgaris est opinio.

Hesiodus *Echidæ* ex *Typhone* filiam fecit. *Ex sordibus* in *Lernam* coniectis, ibidemque putrescentibus, extitisse verisimile est.

Vel ipso afflatu exitium attulisse, multi Venenum. tradiderunt: sanguine infecta *Herculis*, qui eam superavit tela, exitialia fuisse, passim apud Poetas occurrit. Toxicum veterum, quod quidam napellum, alij taxum, nonnulli venenum *Scythicum* esse volunt, non facile dixerim. Linguam, si in illud incurras, inflammat, tussim siccam, phrenitidem, & tremo-

Locus.

Virgil. Æneid. l. 6.

Pausan.

Corinth.

l. 2.

Ortus.



*Draco bipes apteros captus in
Agro Bononiensi .*



*Draco alatus Apes
ex Greuino Aldro .*





figura ex Pareo .



Draco Æthiopicus



tremorem cordis excitat. Cutis adusta quasi, Corij flammę admoti instar, facilè rumpitur. Æger in ululatus & vociferationes solvitur, quas stricium in se videns ensem excitare consuevit. Remedium à Colocasia, panace Asclepio, Carne inprimis cydoniorum, & sanguine hircino, quod apud Dioscoridem habemus, petitur.

PUNCTVM II.

De Dracone Bononiensi bipede.

DRaco hic Anno Christi 1572. III. Idus Martij primum in loco Malavolta sibi-illum edidit: post diem Ascensionis verò, juxta sepem apparuit, & à rustico currum & boves, qui eo viso ulterius progredi non audebat, hasta iectus & interfectus est.

Ambros.
Hist. Ser-
pent. l. 2.
cap. 5.

Descriptionem ejus, verbis *Ambrosini* apponam. Admirabilis hic Draco, inquit ille, à capite ad extremitatem usque caudæ erat duorum cubitorum: ab ore ad initium usque latitudinis corporæ dodrans inter corporis latitudinem & caudæ principium observatur. Deinde ad extremitatem usque caudæ longitudo cubitalis, nempe duorum dodrantum, hujusmodi partem adæquabat. Propè collum erat latitudinis duorum digitorum, & à capite ad primum usque & anteriorem pedem dodrantalis longitudinis & à primo pede ad eam usque partem, viperę assimilabatur. Et corpus in eâ parte latitudinis sesquipalmaris, nimirum sex digitorum visibatur. Posteriolem colli partem torques albus exornabat, ad instar Natricis torquatæ, vel instar Anatis sylvestris torquatæ, quæ Italis vulgò *Cesone* nuncupatur, vel tandè instar merulæ alpestris torquatæ, quę vulgò *Merla della collana* cognominabatur. Cæterum in hoc dracone torques non erat mutilus, ut in multis alijs animantibus observatur, sed absoluti circuli torquem integrabant. Supra dorsum squamæ latæ apparebant, æmulantes squamas Cyprini piscis Aristotelis, qui vulgò *Raina* appellatur. Major pars harum squamarum ad viriditatem tendebat: imò aliquæ erant subrubræ, sed inter has quædam nigrescebant: hinc deprehensum est hoc animal ad genus Draconum referendum esse: Propterea quod Dracones, ut plurimum, virides effigiari soleant. Pars alij Draconem propriè representans squamis viridibus erat exornata. Si pedes contemplerur. Primum advertendum est, quod femur junctum tibiæ erat latitudinis pollicis; & digiti suis articulationibus connectebantur ut in lacertorum digitis observatur. Digiti tamē nō erant quini, ut in lacertis, sed tantum quatuor brevibus unguibus ar-

mati, qui adhuc eorum primordia præ se ferebant: unde Draconem juvenem esse conjectavimus: quemadmodum etiam ex dentibus dignosci poterat. Præterea altitudo pedum latitudinem corporis adæquabat. Immo magnâ admiratione tenebamur, quod pedes ex opposito juncti non essent: veluti in cæteris animalibus quadrupedibus, & in alijs exanguibus multipedibus observamus: sed pedum unus erat anterior altero, distantia sex digitorum, neque in eodem latere; immo per Diametrum erant oppositi: ut facilius forte corpus movere posset: propterea quod media pars corporis motu progressivo impellebatur, reliquæ autem partes, nempe colli, & caudæ per lubricos fluxus ritu serpentino movebantur. *Podex* ab extremitate caudæ duabus distabat palmis, pars caudæ superior viperæ erat similis, inferior verò dissimilis: siquidem squamæ partim nigræ, partim virides erant, hoc tamen ordine, & figura, ut quasi singulæ formam semicircularem referrent, & binæ tantum latitudinem caudæ amplectebantur. Secus verò in vipera se habent, quoniam squamæ rectæ sunt per totam corporis partem inferiorem. In hoc autem Dracone à podice ad caput usque squamæ inferiores, tam residuæ caudæ, quam ventris, & totius colli ad os usque rectæ erant, ut in vipera, hoc tamen ordine, ut imbricatim sitæ essent, colore usque ad alvum partim albo, partim nigro, sub ventre albæ, & latiores dimidio ferè digito. At in extremitate squamarum rectarum non nihil coloris viridis conspiciebatur. Demum extremitas caudæ durissimo, & corneo ferè apice munita erat, cujus una pars squamulis tegebatur, & extremitas apicis nigerrima, & aculeus instar literæ C. seu instar Centri scorpionis, erat repandus. Quamobrem verisimile fuit, hoc animal hujusmodi aculeo, pro tutela adversus cætera animantia uti. Cæterum, ut melius forma hujus draconis intelligatur, denuò singulas partes considerabimus. *Caput* erat admodum simile viperino, pars capitis superior juxta extremitatem, erat nigra, novem nigris squamis integrata, reliqua autem pars squamis majoribus leucophæis trigonam figuram æmulantibus. *Oris* hiatus longitudo erat duorum digitorum: *lingva* tenuis, longa & bifida, more aliorum serpentum conspiciebatur. Singula oris latera *dentes* ferrati, & graciles armabant, anterioribus tamen in vipera observatis carebat. Hinc colligimus hoc animal non valde fuisse venenosum. *Oculos* in comparatione ad molem corpoream magnos habebat, & aurei coloris: qua de re draconem hunc solaris naturæ fuisse judicavimus. Foramina *aurium*, ritu aviū, habebat; deinde auriculis carebat, quavis in Helvetijs Anno 99. supra milleimum & quadringentesi-

tesimum Draco auribus longissimis præditus fuerit inventus. Idcirco ad monstrum in genere serpentum reducendum fuisse putavimus.

CAPVT II.

De Draconibus alatis.

DRacones alatos dari negat Ammianus, comprobatur experientia. Dari in Æthiopia certum. Visus & in agro Pistoniensi squamosus, bipes, dentibus magnis, auribus urfi instar pilosis, cuius alæ, cubitum longæ & latæ, multis intertuebantur nervis. Sirenes Æthiopicis dari Isidorus auctor est. Descripsit & Scaliger longitudine pedum quatuor, crassitie brachij humani, cui alæ cartilagineæ de lateribus dependebant. Similem in agro Santonico occisum, & ad Regem Franciscum delatum, Galliam vidisse Brodæus testis est. Cardanus quoque Lutetiæ tam diligenter exsiccatos, ut vivi viderentur, bipedes, alis exiguis, capite serpentino, colore lurido, pilis nullis, cuniculi magnitudine vidit. Ex India allatæ dicebantur. Bellonius integra eorundem cadavera, diligenter condita se vidisse dicit; & quidem de eorundem genere, qui ex


Arabia in Ægyptum advolant. Crassi hi circa alvum, bipedes, alis vespertilionum, & anguinâ caudâ instructi. Respondit eis icon quam Gabriel Barbarus Aldrovando cõmunicavit; & Æthiopicus exsiccatus Draco, quem à Francisco Cetensi accepit; tubercula quinque in dorso prominentia si excipias, Squammæ virides, & subnigricantes erant; pedes bini, ungue armati; auriculæ totidem, alæ advolandum factæ; Os dentibus acutis instructum; nares binæ; pars capitæ inferior versus auriculas plana; Oculi pupilla cum circulo semiluteo nigra; Cauda longa, flexuosa, subluteis squammis tecta. Noshic quatuor icones exhibemus; quarum prior est ex Grevino; altera ex Pareo; reliquæ duæ Æthiopicos expriment, unum sine eminentijs in dorso; alterum cum eminentijs, quar. modò mentionem fecimus. Reperiuntur in Arabia, & si Herodoto fides, circa arbores thuriferas, si Plinio, circa Cassiæ. Inde in Ægyptum avolant & ab ibidibus consumuntur. Cicero Lybia discedere scripsit. In antris plerumque degunt. Cum aquila & elephanto dimicare, Plinius auctor est. Et tantum de Serpentibus & Draconibus. Si quæ interim occurrent, vel in Paralipomenis, vel in editione iterata, repentur, volente Deo, cui laus, honor & gloria, in sempiterna secula


Cicero l. 1.
de Nat.
Deorum.
Pli. H. N.
l. 8.

Amen.

Brodæus
Miscell. l. 3.
cap. 1.

Cardan. de
Variet. rer.
l. 7. c. 29.





INDEX

In HISTORIAM NATURALEM
de SERPENTIBUS JOANNIS JONSTONI Med.
Doctōris: prior numerus Historicæ descriptionis locum
exhibet, posterior Tabulam Iconisimi demonstrat.

A.

A Contias, Angelschlang / Nomen, Descriptio,
Locus, Venenum, Natura, Differentia,
Vfus. pag. 23. Tab. 4.
Aguafen. p. 18.
Ahucyaali. p. 16.
Ammodyte. Nomen, Descriptio, Locus, Vene-
num, Remedia. p. 14. t. 1.
Amphibrena, Nomen, Descriptio, Locus, Natu-
ra, Venenum, Differentia, Vfus. p. 21. t. 5.
Anguis Angioleta Neap. p. 26.
Æsculapii, Nomen, Descriptio, Locus,
Natura, Vfus, Differentia. p. 25. t. 5.
Bisognola Bononiens. p. 26.
Caprimulgus. p. 32.
Cerveri. p. 25.
Cervonis. p. 25.

Apochycoatl. p. 29.
Argoli. p. 30.
Alpis, Nomen, Descriptio, Locus, Sympathia &
Antipathia, Natura. p. 18. t. 3. Venenum, Vfus.
p. 19.

B.

Basiliscus, Nomen, Generatio, Venenum, Diffe-
rentia. pag. 36. 37. tab. II.
In solitudinibus Africa. p. 37. t. 12.
è Raja effectus pronè & lipinè pi-
cius. t. 12.

Bitin. p. 38.
Boa. p. 32.
Bodty. p. 22.
Boicininga. p. 26. t. 6.
Boicininga. p. 26. t. 6.
Boiquira. p. 26. t. 6.
Boiguacu. p. 27. t. 6.
Bojobi Bralil. p. 29.
Boitiapo. p. 29.
Boquatrara. p. 34.
Bor obi. p. 28.

C.

Caninana. p. 29.
Cascavela Lulit. p. 26.
Cæcilia Blindschlecht / Nomen, Descriptio, Na-
tura, Vfus, Differentia. p. 22. t. 4.

Cega Lulit. p. 22.
Cenchrus, Nomen, Descriptio, Natura, Vfus,
Differentia. p. 22. t. 4.
Ceraftes, Behörnichte Schlang / Nomen, De-
scriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentia.
p. 15. t. 2.
Celonc. p. 39.
Cherfydrus. p. 22. 23. t. 8.
Cobra de Cipo Lus. p. 29.
Cobra de Coral. p. 27.
Cobra de Veado. p. 27.
Cobre Verde. p. 29.
Cuileahuilia. p. 28.
Cumcoatl. p. 30.
Curucucu. p. 16.

D.

Decurtati. p. 23.
Dipsas, Nomen, Descriptio, Locus, Venenum, Dif-
ferentia. p. 20. t. 3.
Domina Serpentum Nicremb. p. 26. t. 7.
Draco, Nomen, Descriptio, Locus, Victus, Genera-
tio. p. 34. Antipathia, Venenum, Mores, Vfus in
Cibus, Differentia. p. 35. t. 10. II.
æthiopicus. p. 40. t. 10.
bipes Bononiensis. p. 39. t. 10.
Pythius. p. 37. t. 11.
ex Raja effectus Aldr. t. 12.
alter ex Raja exiccata Aldr. t. 12.
Dryinus, Stinckschlang / Nomen, Descriptio,
Venenum. p. 24. t. 5.

E.

Excedra Isidori. p. 38.
Excetra Plauti. p. 38.
Elaps, seu Elops, Elaphis, Nomen, p. 24. t. 5. De-
scriptio. p. 25.

H.

Hæmorrhous, Nomen, Descriptio. p. 15. t. 2. Lo-
cus, Natura, Venenum, Differentia. p. 16.
Hoacoati Mexic. p. 27.
Hyæna Aliani. p. 30.
Hydra, Nomen, Descriptio, Locus, Venenum, Or-
tus. p. 38. c. II.
Hydrus marinus, p. 33. c. 8.

):(

Hy-

INDEX.

- Hydrus, *Nomen, Descriptio*, p.30. *Locus, Victus, Natura, Vfus*, p.31. t.8. *Differentia*, p.32.
 Hypnalis. p.18.
- I.
- Ibiboboca Bras. p.27. t.6.
 Ibyara Maregr. p.21. t.3.
 Ilicinus. p.24.
 Iraraca. p.29. t.6.
- K.
- Kokob. p.16.
- L.
- Laphiati. p.25.
- M.
- Maquizcoatl. p.21.
 Mariperi angues. p.34.
 Mater formicarum. p.28. t.7.
 Mergoli. p.30.
 Miliaris. p.22.
- N.
- Natrices magnæ. p.38.
 Natrux. p.30.
 Torquata. p.32. t.8.
 Rubetaria, *Nomen, Descriptio, Natura*, p.32. t.8.
- P.
- Padalica Polon. p.32.
 Polpoch. p.23.
- Q.
- Querculus. p.24.
- R.
- Ractelschang. p.26.
- S.
- Scolopendra marina. p.33. t.9.
 amethystini coloris. p.34. t.9.
- Scytale, *Nomen, Descriptio, Natura*, p.20. t.4.
 Seps, *Nomen, Descriptio, Locus, Venenum, Differentia*, p.17. t.2. & 3.
 Serpentes in genere, *Nomen, Descriptio*, p.4.
 Locus, p.5. *Victus, Generatio*, p.6. *Sympathia*, p.7. *Natura & mores, Venenum*, p.8. *Vfus*, p.9. *Differentia*, p.9.
 Serpens alatus. p.29.
 americanus Indicus. p.34. t.9.
 biceps. t.1.
 mansuefactus. p.29.
 mariNorwegico familiaris. p.33. t.9.
 Suetico. p.33. t.9.
 marinus. p.33. t.9.
 Serpentes aquatici. p.30.
 Bambæ. p.37.
 exotici. p.26. t.9.
 Senegæ. p.38.
 Terrestres. p.10.
 Veterum. p.30.
- Situla. p.19.
- T.
- Tangelor Lusit. p.26.
 Tetrachcoatl. p.29.
 Teutlacauhqui Mexic. p.26.
 Texmineni. p.23.
 Tezahcoatl. p.21.
 Tlcoa. p.30.
 Trinhuitili. p.30.
- V.
- Vipera, *Nomen*, p.10. t.1. *Descriptio*, p.10. *Locus, Victus*, p.11. *Temperamentum, Generatio, Antipathia, Venenum, Remedia*, p.12. *Vfus*, p.13.
 Vipera Chiappæ. p.14.

F I N I S.



ADMO-



